antuerpiæ

1609

C

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
15. C

6. E. 6.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

D. ANTONII DE GVEVARA

S. MICHAELIS DE SCHALADA PRIORIS,

IN HABACVC

PROPHETÆ VATICINIVM

COMMENTARIA ABSOLVTISSIMA ET ECPHRASIS.



Ex Legato Illustriss: Focini

ANTVERPIÆ,
Apud Gaſparem Bellerum.
ANNO M. DC. IX.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. GASPARI DE QVIROGA.

S. R. E. CARDINALI, ARCHIEPISCOPO TOLETANO, SVMMO APVD HISPANOS *de negotijs Catholicæ fidei quæſitori,*

D. ANTONIVS DE GVEVARA, PRIOR S. MICHAELIS DE SCALADA,

S.

ROGIS ME, *ILLVSTRISSIME* PRÆSVL, *quæ ſunt mihi in tenebris dicta, palam in lumine dicere; & iuxta Euangeliſtæ ſententiam, quæ in aurem audiui ſecretò, ſuper tecta publicè prædicare. Sed caue ne, aduerſatus Apoſtolo, dum lucem de tenebris expetis, luci tenebras aſſociare moliaris. Quæ enim participatio diuinæ Philoſophiæ pacatiſſimæ cum forenſibus iurgijs, & conflictationibus? aut quæ ſacræ Scripturæ conuentio cum omnium artium bonarũ extrema ignoratione & inſcitia? quid illi cum latebricola ruſtico, ab omni doctorum hominum communione & conuerſatione*

Digitized by Google

ſemoto? Etenim ſi velim gloriari, quæ ſunt infirmitatis meæ gloriabor. Vix annum egreſſus duodecimum, patre orbatus, ſtudiis legalibus addictus ſum: inuitus ſanè ac renitens, quatenus puerulo mitioribus diſciplinis vehementer adfecto, tutoribus, ſpe lucelli in forum atque ſubſellia impellentibus, per ætatem licuit repugnare. At poſtquam ex ephebis exceſſi, & liberius viuendi fuit poteſtas; tanto tædio, tanto faſtidio, forenſes tumultus effugi: vt toga quoque exuta & abiecta, ad breue & militare ſagum transfugerim, & Scyllam euitare feſtinans, in Charybdim me imprudens immerſerim. Ibi enim mihi aduerſa multa fuère: quippe pro pudore, pro abſtinentia, pro virtute, audacia, largitio, libido vigebant. Verùm ſecundo numine emercens, ad ſtolam ſacerdotalem, tamquam ad aſylum, confugi: à ſacriſque conſtitutus Philippo ſecundo, Regi noſtro Catholico, illi temporis aliquantulum in eorum miniſterio inſeruiui. Sed aulicis ſtudijs deterritus, miſerrimam ambitionem exoſus, turpem prorſus atque ſeruilem honorum contentionē ſpernens, diuitias operoſiores tranquillo ſeceſſu commutare decreui: & in ſinu tutiſſimo ſolitudinis, ex præcepto Epicuri, me condens, quod vitæ reliquum ſupereſſet, ruri cum Deo, mecumque, & cum libris, tranſigere deſtinaui. Vbi igitur ex multis miſerijs atque periculis animus requieuit: non fuit conſilium, ſocordia atque deſidia bonum ocium conterere: neque verò agrum

colen-

*colendo, aut venando, ſeruilibus (vt Criſpus dixit) offi-
ciis intentum ætatem agere: ſed promptioribus etiam ac
facilioribus ſtudiis poſthabitis, totus ad magiſtram vitæ
philoſophiam, & ad Scripturæ diuinæ clauſa & recondi-*
4 *ta ſacramenta, crebris ſingultibus anhelabã.* * *Sed quid
facerem? qui eam philoſophiæ partem, quæ quærendi eſt
ac diſſerendi, & λογικὴ dicitur; aut eam, quæ φυσικὴ, nam
ſcrutatur Naturam; aut quæ fabricat animum ἠθικὴ, ne-
que vel à limine ſalutaſſem? Diſputatricem Theologiam,
neque de facie etiam noſſem? In ſacrarum ſcripturarum
ſtudio, planè inermis ac nudus eſſem? vtpote qui negoti-
is ſecularibus implicatus, neque vllius magiſterio vnquã
edoctus, propria idiomata, domeſticas phraſes, & flexilo-
qua oracula diuinorũ librorũ, tanquam linguam mihi in-
auditam, & regionem incognitam, ignorarem: in He-
braica & Græca tam rudis, vt etiam characterum ipſo-
rum penitus imperitus exiſterem. Nullam artem literis
ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe,
Ciceronem affirmare conſiderans; animum mirificè de-
ſpondebam. Is namque difficultate negotii, ceu Herculea*
5 *claua, repulſus, à propoſito protinus reſiliebat.* * *Sed dum
Pherecydem & Heraclitum, Maniliumq́; Senatorem, &
alios, ingenio & diligentia magiſtris, nulliusq́; præterea
diſcipulos, multum olim eruditionis aſſequutos fuiſſe com-
perio: dum Demodocum apud Homerum, cithara-*

*dum αὐτοδίδακτον, deniq́ue, dum Antonium, & Barbarum,
quiq́ue horum meminit Auguſtinum, à Domino fuiſſe do-
ctos inuenio: dum lego apud diuinum Chryſoſtomum, ho-
milia in Geneſim triceſimaquinta: Non fieri poteſt, eum
qui in diuinis ſcripturis magno ſtudio, feruentiq́ue deſide-
rio vacat, ſemper negligi: ſed licet deſit nobis hominis ma-
giſterium, ipſe Dominus ſupernè corda noſtra intrans, il-
luſtrat mentem, rationi iubar ſuum infundit, detegit oc-
culta, doctorq; fit eorum quæ ignoramus; tantùm nos quæ
nobis ſunt, afferre velimus, dum hæc lego, & illa conſidero,
meliori confirmatus ſpe, ſacrarum ſcripturarum ſtudia læ-
tè iam & confidenter aggredior: neq́ue quod inuicti Gly-
conis membra deſperarem athletica, nolui nodoſa corpus
chiragra prohibere.* Nam (vt Columellæ verbis dicã) 6
quæ probabilis ratio eſt obtumeſcendi, quia nequeas ora-
tor eſſe perfectus? aut in ſocordiam compelli, quia deſpon-
deris ſapientiam? Magnæ rei, quantulumcunque poſſede-
ris, fuiſſe participem, non minima eſt gloria. Par eſt (in-
quit Cicero) omnes omnia experiri, qui res magnas, &
magnoperè expetendas, concupiuerunt. Quod ſi quem aut
natura ſua, aut illa præſtantis ingenii vis fortè deficiet,
aut minus inſtructus erit magnarum artium diſciplinis;
teneat tamen eum curſum quem poterit. Prima enim ſe-
quentem, honeſtum eſt in ſecundis, tertiisq́ue conſiſtere.
Neque illud ipſum quod eſt optimum, deſperandum eſt: &*

in

Digitized by Google

*in præſtantibus rebus magna ſunt ea, quæ ſunt optimis
proxima. Ariſtoteles vel tenuiſſimum quiddam è rebus cœ-
leſtibus delibare, multò dixit eſſe præſtantius, quã infero-
rum cunctorum cognitionẽ mente complecti. Ergo et ſi ſpes
ardua & immenſa videretur nobis cum Plinio, cæleſtem
diuinitatem poſſe miſceri imperitiæ: viſa tamen cum ipſo
7 eſt, tã grandi emolumento tentanda. * Incipio igitur opſi-
mates, libros diuinorum autorum nocturna verſare ma-
nu, verſare diurna. Incipio & aſſiduo laborè, ardoreq́;
ſummo diſcendi, magiſtrantibus, linguarum elementa co-
gnoſcere, & vocabulariis conſultis, loca obſcura transla-
tionis Latinæ ad ipſa prototypa exigere, & riuos aliquan-
do ſubturbidos (ex Hieronymi & Auguſtini præſcripto) ad
fontiũ ſcatebras examinare. Eo deniq; peruenit audacia,
vt iam aliquot ſcripturarum volumina explanare & in-
terpretari geſtirẽ; & de rebus Theologiæ grauioribus quæ-
ſtionem & diſputationẽ moliri. Nam de authoritate Edi-
tionis Latinæ, quam Vulgatam appellant, atq; de decre-
to Concilii Tridentini ſuper hac ipſa iuſto volumine diſpu-
taui. Et in primum caput Geneſeos literarum expoſitionẽ
contexui. Et in Dauidicos Pſalmos breues annotatiuncu-
8 las cõcinnaui.* Poſtremo, in Habacuc vaticinium; tam
iam olim, ob difficultatem & obſcuritatem, clariſſi-
mum; commentarios iuxta hiſtoricum ſenſum, in quo
tota verſatur obſcuritas, meditari & ordiri inchoaueram.*

Verùm mox ab ipſo principio, telam incidere neceſſum fuit: dum Prioratus huius cauſa negotii, anno ferè toto præterito, & dulciſſimo abeſſe Muſeo, & Curiæ intereſſe compellor. Hæc ibi dum Gabrieli Pinelo, ex Auguſtiniana familia, viro docto, ex occaſione communico: ecce detulit indicium ad te, & codices ad lectionem contradidit. Legiſti, quæ eſt humanitas tua, Illuſtriſſime & eruditiſſime Præſul, & indigna non iudicaſti, quæ in vulgus & in lucem prodirent. Quinimò, niſi conditione depacta euulgandi & in lucem edendi, redditurum eadem te mihi, aliquantulũ temporis denegaſti.* Accepi conditionem, pro- 9
fiteor: verùm graui morbo detentus, manum his amplius admouere non valui. Et tu tamen dilationis impatiens; neque iuſtam, imò fatalem, valetudinis excuſſationem admittens; de mora vſque ad obiurgationem expoſtulans; me fidem prodidiſſe cauſaris, nec conuentis ſtetiſſe cõquereris. Vrges ingentibus iuſsis, incompta & impolita transmittere: vt, non dicam emendandi & poliendi, ſed ne curſim quoque & feſtinè, relegendi præbeas facultatem. Ergo in Habacuc commentarios, quos nec dimidiatos abſtuleras, integros & abſolutos reſtituo: rudes veruntamen & incultos, qualesque fœdos & informes fœtus, præpropera feſtinatio ſemper edere conſueuit.* Porrò quale- 10
quale hoc eſt, tuum eſt, Illuſtriſsime Præſul: non tam à me dono datum; quam (ſi liberè dicendum ſit) tui vi impe-

rii

rii & poteſtatis extortum. Neque enim ego tale eſſe iudico, quod morari tuæ Celſitudinis oculos, excubias agentes Reipublicæ; aut occupatiſſimas aures, communibus negotiis intentas; deſtinere & interpellare mereatur. Id tamen certiſſimum tibi, & conſtitutiſſimum eſſe velim: ſi quid meum valeret ingenium, nulli hominum vnquam libentius, quam tibi potiſſimum, deſudaret.

11 *Et quidem, quoniam ſanctus Hieronymus, quique illum ſunt inſecuti, huius noſtri Vatis interpretes, in id elaborarunt præcipuè, vt (paleis exterioris hiſtoriæ, & literæ occidentis poſthabitis) ſpicas viuificantis ſpiritus, & grana demeterent allegorici ſenſus: (Quid enim paleis ad triticum? dicit Dominus per Ieremiam) hocque illis fuit maximè cordi; vt in horrea & penum Eccleſiæ, expurgata comportarent frumenta: ita vt vix ſpicilegium reliquerint, quod facere poſt diligentiſſimos meſſores queam. (Porrò mihi nunquam fuit mens, actum, vt dicitur, agere; tranſcribendoque ab aliis ſcripta, alieno labore & im-* Iere. 23. 28.
12 *pendiis, nomen atque gloriam venari.) *Ergò legere ſtipulam viſum eſt, & hiſtoricum tantummodo ſenſum quā poſſem diligenter exponere. Eos vero qui abſtruſiora requirerent, ad Hieronymum, ad Auguſtinum, Theodoretum, Theophylactum, Rupertum, ad Remigium Altiſiodorenſem, ad Dionyſium Carthuſianum, remittere. Imitati quod ante nos fecit, ſiue Anglicus, ſiue Angelicus Tho-*

mas. Qui Iob librum (in quo, teſte Hieronymo, verba ſingula plena ſunt ſenſibus) iuxta hiſtoriam tantum expoſuit: ad Gregorium ablegans auditores, quem de myſticis interrogarent ſententiis.

** Dum etiam quid humeri valeant, quidúe ferre ne-* 13
queant, conſidero; pondus leuiſſimum palearum viribus exiguis aſſumere, conſentaneum & condecens iudicaui: quippe aurum & argentum non poſſem, vile fœnum, ſtipulamq; parabilem, ſuperædificare conſtitui.

** Sed (vt verum fatear) & hoc in ſenſum me hiſtori-* 14
cum impulit; quod ſi qui, eorum quos viderim, interpretes huno ſeriò enarrare, & perſequi diligentius tentarunt; dum Vatem de prouidentia diuina mouere quæſtionem intelligunt; tantummodo vaticinari in Chaldæos; & idcircò, præter morem tritiſsimum cæterorum Vatum penè omnium, cum infauſta & triſtia prædixerit, nullam poſtmodùm conſolationem attexere: denique dum Orationem ſeu Canticum, id eſt, caput extremum Prophetæ, à duobus capitibus præcedentibus materia & argumento ſeiungunt, totumque, etiam iuxta hiſtoricum ſenſum, ad Chriſtum & Eccleſiam traducunt: hi, inquam, dum ſic Vatem exponunt, externum eius ſcopum non rectà quidem attingere; nec contextum & ordinem vaticinii percepiſſe mihi
*videntur. * Rectius meo iudicio Rupertus, qui in pro-* 15
logo ſuper Canticum Canticorum; Orationem ſeu Canticum

cum

cum Habacuc, diaboli deiectionem occinere, ſed ſub typo Nabuchodonoſoris, aſſeuerat. Reſpexit proculdubiò Habacuc, ſicut reliqui reſpexerunt Prophetæ, ad Chriſtum & Eccleſiam potiſſime. Hæc tamen ſacratiora myſteria (ne profanis paſſim pateſcerent; ne à carnalibus deſpicerentur Iudæis, & nude ac ſine exemplo propoſita, fide apud infidos carerent: denique vt ex iis quæ nouiſſent, ad incognita, quæ non noſſent, aſſurgerent; & per viſibilium exemplar, ſe ad inuiſibilia transferrent; & ob alias cauſas complures) hæc, inquam, ſacratiora myſteria, Prophetæ raro nuda proponere, ſæpius autem inuoluta figuris, & aut rerum gerendarum propediem, aut interdum iam geſtarum, imagine, quaſi per picturam vmbratilem, delineare conſueuerunt. Et quæ ſibi aut Iſraelitico populo, vel gentibus circumuicinis perſæpè, euentura forent in proximo, prædicentes & vaticinantes; tum ex breui atque certiſsimo euentu, & ex experientia dictorum, aliis fidem conciliabant oraculis, quæ poſt longum tempus complenda, de Chriſto & Chriſtianorum Eccleſia, apertè, quamuis rarò, promebant: tum ſub his, quæ ſenſus exterior carnarii populi capiebat; aptius quidem & cum maieſtate maiori, pro illius gentis & temporis conditione, quam ſi verbis pronunciaſſent apertis; noui teſtamenti myſteria, ſimul ſuère vaticinati; ſuiq; ſeculi & hiſtoriis & rebus

bus, hæc ipſa ſacra opertanea deſcriptiſſimè præfigurarunt.
** Vmbram itaque futurorum bonorũ, non ipſam imagi-* 16
Heb.10. 1. *nem rerum, habuit Lex: vti Paulus teſtatur. Et veteris teſtamenti ſcriptores, noui teſtamenti diuitias, vmbris ac figuris obiectas (vt dabatur arca Leuitis) portandas Sinagogæ dederunt: quas poſt Euangelii miniſtri, Apoſtoli & Euangeliſtæ nimirum, quaſi literæ promptuariis apertis, & diſciſſo templi velamine, manifeſtè diſpenſarunt Eccleſiæ, & reconditas allegorias in lucem & publicum eruerunt.*

** Ego quippe nunquam probaui opinionem, qua plerię;* 17
voluerunt; eam eſſe diuinorum verborum hiſtoricam & literalem ſententiam; quam Spiritus ſanctus præcipuè, tanquam præſtantiorem, reſpexerit: atque Apoſtolos & Euangeliſtas, teſtimonia veteris legis, iuxta ſenſum literalem tantummodò, citaſſe & adduxiſſe definiunt; nuſquam iuxta ſpiritualem & myſticum: quoniam hunc infirmum ac debilem conficiendis argumentis exiſtimant. Ab his enim ſuſcitari percupio: Qui nam ſint cum quibus confligere, cum quibus argumentari ſtatuerint? Quippè ſi infideles ac foris ſint, quique Eccleſiæ non arrogent fidem; nonnè ſi dixerim eis, Moyſen iuxta hiſtoricum ſenſum illud præcepiſſe de Chriſto: Os non comminuetis ex eo: extollent tremulos naſo criſpante cachinnos? Sanè extollent, & illudent mihi; quaſi ſibi, præſtigiatoris in modũ,

ac ſuis ſenſibus fucum faciam, & auribus pro literali ſono propinem, quæ nullatenus propriè vel metaphoricè, ipſa litera & facies verborum, ſonare ſine præferre ſentiatur.

18 **Etenim metaphoricus ſenſus ibi ſolum ſibi vēdicat locum, vbi abſurditas aut etiam impoßibilitas, propriam verbi ſignificationem excludit. Neutrum autem horum interuenit, ne, quæ Moyſes de agno præcepit, propriè de typico intelligamus. Si de Chriſto dictum docuero iuxta ſenſum literalē verborum: dicent vtique (vt Cicero dixit, libro ſecundo de finibus.) Hoc eſſe vim afferre ſenſibus, extorquereque ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti ſumus.*

19 ** Quod ſi verò cum fideli & orthodoxo decertare & argumentari conueniat; cur ſolum literalem ſenſum huic, & hiſtoricam intelligentiam opponam? qui Eccleſiæ dogmatibus habeat fidem, qui credere præſtò atque paratus ſit, quoquo ſenſu literali vel myſtico, id de Chriſto interpretetur Eccleſia? Imo verò, ſi ex multis ſcripturæ locis, quæ inficiari aut tergiuerſari nullus queat, hoc primum in diſputatione ſtatuerim, Sacramenta Chriſti & Eccleſiæ, varijs vmbris atque figuris, & quaſi per ſciagraphiam, iam olim Patriarchis & populo Iudæorum, repromiſſa fuiſſe & præoſtenſa: ſi hæc deinde cum illis congruere, & (vt poſitum repetamus exemplum) quæcunque de agno illo typico, per Moyſen præcepta fuêre, Chriſtum ferè ad*

vnguem exprimere, & repræſentare docuerim: dignius vtique pro maieſtate myſterii, hæc de Chriſto fuiſſe prædicta iuxta myſticam intelligentiam, & ſenſum ſpiritalem ac conditum, euincam à diſputatore cordato, qui non repugnare obſtinate, ſed argumentari modeſte, & verum inueſtigare conſtituit. Illum enim qui præfractè reſiſtit, & fugiendi cuniculos circumquærit, nullis argumentis conuincam, nullo ſenſu literali expugnabo. Rapiet pene nullo negotio, deflectet ac detorquebit ſententiam, procul à legitimo ſenſu, hac & illac ſe conuertens, mentem ſcripturarum auertet: ſeque ad quaſuis rupes allidet potius, quam in ſenſum germanum recta ſe deduci vel trahi, quantumcunque aperta ratione, & dilucida argumentatione, patiatur.

** Deinde ſi hæc arcana myſteria, quæ Chriſtum & Ec-* 20
cleſiam attingunt: eò ad ſenſum hiſtoricũ pertinent, quod ad illa tanquam potiora, potius Spiritus ſanctus reſpexerit: neceſſario exinde ſequetur, nullum in diuina Scriptura eſſe myſticum & allegoricum ſenſum; ſed omnes, quotquot illi conueniunt, literales eſſe & hiſtoricos. Hos quidem, quod eos litera prodat: illos verò, quod, cum ſint præſtantiores, eos Spiritus ſanctus præponat. Ergo falſò Paulus dixiſſet: Quæ narrantur de filiis Abraham, dicta fuiſſe per allegoriam; id eſt, allegorico ſenſu bina teſtamenta ſignaſſe: cum ſenſu literali & hiſtorico, vt facto con-

contigêre reapſe, dicta fuerint de Iſmael & Iſaac. Falsò quoq; toties Spiritum Paulus diſcreuiſſet à Litera. Falsò quoque, Occidere literam, ſpiritum viuificare, dixiſſet.

21 ** Stet ergo, duplici ſenſu diuinam ſcripturam conſtare. Literali nempe primæuo, & ad modum putaminis exteriore. Quem auribus litera proprie, aut per translationem infundit. Myſtico de hinc, dignitate potiore, nucleique inſtar, intra literalem recondito. Quem eæ res, non verba, conſtituunt, quæ ſenſibus primitus obiiciuntur, & literæ vocibus ſignificantur. Quod etiam Vergilium nouiſſe, & elegantiſsime dixiſſe volunt, qui diſtichon hoc illi tribuerunt.*

Littera rem geſtam loquitur. Res ipſa medullam
Verba, quam viuax mens videt, intus habet.

22 ** Literalis ſenſus (vt dixit Philo, Primores Eccleſiæ docuiſſe) corporis vicem profectò, Myſticus animæ vicē gerit. Ille rudia fundamenta locat: hic domum ſpiritualem ſuperſtruit. Illum humi defoderunt deorſum teſtamenti veteris ſcriptores; hunc ſurſum erexerunt Apoſtoli, & in cœlum altiſsime ſubleuârunt. In Myſticū ſcanderunt interpretes, agiliores nobis & leuiores, nos graues circa Literalē reptamus. Nec tamen meremur explodi, qui excelſis fundamenta ſubſtruimus. Spiritualis ſiquidem interpretatio (inquit Hieronymus) ſequi debet ordinem hiſtoriæ.*

vnguem exprimere, & repræſentare docuerim: dignius vtique pro maieſtate myſterii, hæc de Chriſto fuiſſe prædicta iuxta myſticam intelligentiam, & ſenſum ſpiritalem ac conditum, euincam à diſputatore cordato, qui non repugnare obſtinate, ſed argumentari modeſte, & verum inueſtigare conſtituit. Illum enim qui præfractè reſiſtit, & fugiendi cuniculos circumquærit, nullis argumentis conuincam, nullo ſenſu literali expugnabo. Rapiet pene nullo negotio, deflectet ac detorquebit ſententiam, procul à legitimo ſenſu, hac & illac ſe conuertens, mentem ſcripturarum auertet: ſeque ad quaſuis rupes allidet potius, quam in ſenſum germanum recta ſe deduci vel trahi, quantumcunque aperta ratione, & dilucida argumentatione, patiatur.

** Deinde ſi hæc arcana myſteria, quæ Chriſtum & Ec-* 20
cleſiam attingunt: eò ad ſenſum hiſtoricũ pertinent, quod ad illa tanquam potiora, potius Spiritus ſanctus reſpexerit: neceſſario exinde ſequetur, nullum in diuina Scriptura eſſe myſticum & allegoricum ſenſum; ſed omnes, quotquot illi conueniunt, literales eſſe & hiſtoricos. Hos quidem, quod eos litera prodat: illos verò, quod, cum ſint præſtantiores, eos Spiritus ſanctus præponat. Ergo falſò Paulus dixiſſet: Quæ narrantur de filiis Abraham, dicta fuiſſe per allegoriam; id eſt, allegorico ſenſu bina teſtamenta ſignaſſe: cum ſenſu literali & hiſtorico, vt facto

con-

Digitized by Google

contigère reapſe, dicta fuerint de Iſmael & Iſaac. Falsò quoq; toties Spiritum Paulus diſcreuiſſet à Litera. Falsò quoque, Occidere literam, ſpiritum viuificare, dixiſſet.

21 ** Stet ergo, duplici ſenſu diuinam ſcripturam conſtare. Literali nempe primæuo, & ad modum putaminis exteriore. Quem auribus litera proprie, aut per translationem infundit. Myſtico de hinc, dignitate potiore, nucleique inſtar, intra literalem recondito. Quem eæ res, non verba, conſtituunt, quæ ſenſibus primitus obiiciuntur, & literæ vocibus ſignificantur. Quod etiam Vergilium nouiſſe, & elegantiſſime dixiſſe volunt, qui diſtichon hoc illi tribuerunt.*

Littera rem geſtam loquitur. Res ipſa medullam
Verba, quam viuax mens videt, intus habet.

22 ** Literalis ſenſus (vt dixit Philo, Primores Eccleſiæ docuiſſe) corporis vicem profectò, Myſticus animæ vicẽ gerit. Ille rudia fundamenta locat: hic domum ſpiritualem ſuperſtruit. Illum humi defoderunt deorſum teſtamenti veteris ſcriptores; hunc ſurſum erexerunt Apoſtoli, & in cœlum altiſſime ſubleuârunt. In Myſticũ ſcanderunt interpretes, agiliores nobis & leuiores, nos graues circa Literalẽ reptamus. Nec tamen meremur explodi, qui excelſis fundamenta ſubſtruimus. Spiritualis ſiquidem interpretatio (inquit Hieronymus) ſequi debet ordinem hiſtoriæ.*

Digitized by Google

Quod vtique dum ignorant plerique, lymphatico vagantur errore.

** Porrò duplici potiſſimum via, eloquia diuina interpretatus ſum. Aut enim diuinorum librorum inuicem cõpoſitis locis; aut veterrimorum autorum, etiam ethnicorum, elogiis; illuſtrare obſcuriora ſum ſolitus. Neque id ſolum, quod (vt ait Baſilius) veluti plantis; quibus propria virtus eſt, fructu ſcatere pulcherrimo; folia nihilominus ramis coniuncta, quendam ferunt ornatum: ſic & anima, cui præcellens quidem veritas fructus eſt, non ab re tamen exteriore ſapientia circumdatur, ſicuti foliis quibuſdam, vmbram fructui, & aſpectum non intempeſtiuum præbentibus. Sed etiam idcircò Ethnicorum libenter teſtimonia vſurpamus; quod (vt eidem viſum eſt Baſilio) ſi noſtrorum atque Gentilium vlla ſit ſermonum conuentio; non parum vtilitatis ac lucis nobis conferat illorum notitia. Sunt enim plurima loca, per diuinas Scripturas ſparſa, quæ niſi ex Gentilium hiſtoriis, aut ex fabulis & figmentis eorundem; ex vetuſtis dicendi modis vulgaribus, ex priſcorum hominum moribus, obſoletis & antiquatis iam diu; nullo pacto poſſint intelligi, nulla via penetrari queant.* 23

** Agebant ſcriptores diuini vſitatis ſuo ſeculo phraſibus communibus vtebãtur prouerbiis, conſuetudines ea ætate notiſſimas, ſi quando in ſermonem inciderent, obiter & in tranſitu perſtringebant. Taxabant* 24

ſui

ſui ſeculi mores, & ſuperſtitionem Gentilium multifariam cauebant ſuis. Regiones atque ſitus locorum exoletis appellant nominibus, & ad primam partitionem deſcribunt. Hiſtorias præterea aut præteritas, aut præſentes, ex occaſione narrabant: aut in proximo plerumque futuras, & venturas vaticinabantur. Ethnicorum vana figmenta, cauſis de pluribus referebant. Conſueuerunt que ſæpenumero ſacræ literæ (inquit Gregorius Nyſſenus ſuper Canticum Canticorum) fabulas etiam quaſdam externas ſumere, ad declarationem inſtituti ſui; atque adeò ſine verecundia vlla, ex fabuloſa hiſtoria ſumptarum vocũ mentionem facere, ad illuſtriorem indicationem ſententiæ ſuæ. Qui notitiam & cognitionem iſtorum, à veteribus monumentis Gentilium, quando apud fideles non extant, incurioſus non exquiſierit, ingenioſus delirare cogetur.

25 **Subornarant hoſtes Hieronymi Magnum quendam, oratorem Romanorum, qui ſciſcitatetur ab eo: Cur eccleſiaſticis libris admiſceret literas ethnicorum, & profanis ſacra pollueret? Huic ſanctiſſimus & doctiſſimus vir reſpondens, & ſatisfaciens, affirmat: In Moyſis & Prophetarum ſcriptis haberi quoque nonnulla, de libris ethnicorum aſſumpta. Salomonem phyloſophis Tyri & multas propoſuiſſe quæſtiones, & ab illis propoſitas abſoluiſſe. Paulum Apoſtolum Epimenidis, Callimachi, Menandri, & Arati, nonnunquam verſiculos vſurpaſſe. Denique,*

Digitized by Google

*vel recenſitis nominibus, docet; Scriptores fere omnes ve-
tuſtiores, & ſapientiores Eccleſiæ, tum Græcos, tum etiam
Latinos, eousque doctrinis Gentilium, & ſententiis ſua
infarſiſſe volumina; vt neſcias quid primum mireris án-
ne ſeculi eruditionem, an ſcientiam ſcripturarum ſacra-
rum. * Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana; inſignem fu-* 26
*turum Theologum, diſciplinis elegantioribus deguſtatis
cautim ac moderatè, per ætatem inſtitui præcepit. Rhetori-
ca nempe, Dialectica, Arithmetica, Muſica, & aliis, re-
rum autem naturalium in primis; velut ſiderum, arbo-
rum, animantium, gemmarum, & id genus, notitia. Ad
hæc cognitione locorum: præſertim quos ſcriptura comme-
morat. Nam agnitis ex Coſmographia regionibus fit, vt
cogitatione ſequamur narrationem obambulantem, &
omnino cum voluptate, velut vna circumferamur. vt
potius rem ſpectare, quam audire aut legere, videamur.
Iam verò ſi gentium ipſarum, apud quas res geſta narra-
tur, ſiue ad quas ſcribunt Apoſtoli, non ſitum modo regio-
nis, verumetiam mores, originem, inſtituta, cultum, in-
genium; ex Gentilium literis nouerimus: dictu mirum,
quantum lucis & vitæ, acceſſurum ſit lectioni. Quæ
prorſus oſcitabunda, prorſusque mortua futura eſt; quoti-
es non hæc ſolum, ſed & omnium penè rerum ignorantur
vocabula. * Adeò vt nonnunquam contingat; vt, vel* 27
impudenter addiuinantes, vel ſordida lexica conſulentes,

ex

ex arbore quadrupedem, ex gemma piſcem; ex ſydere auẽ; ex oppido fruticem; regionem ex homine faciamus. Pudet ſane dicere; dicam tamen prudenter & inuitè. Quem non miſeret noſtratis Theologi, Hiſpano ſermone ſcribentis? qui pro Candace regina, Reyna de Candacia conuertit? Prouinciæ (vt videtur) non fœminæ, Candaces vocabulum eſſe ratus. Cum tamen à diuina Scriptura, regina dicatur Æthiopum. Et Strabo ſuamet ætate (Tiberio Imperante Romanis) Candacen imperaſſe tradiderit: virilem ſane mulierem, ſed altero captam oculo; cuius & res geſtas enarrat. Ab hac (Plinio & Suida teſtantibus) Candaces nomen ad alias Æthiopum reginas deriuatum eſt, & capit dignitatis haberi. Et tamen inexpiabile crimen hodie à compluribus iudicatur; ſi quis Ethnicorum lectionem cum ſtudio Scripturarum coniungat; & aliunde intelligentiam Bibliorum, quam à Sanctis aut Chriſtianis, expoſcat.

28 * *Quorũ eripiendus eſt error, omniſq; deinceps opinio ad eam ſpeciem traducenda eſt: vt diuina ſcriptura explicanda, in his locis præſertim, quæ hiſtorias, aut externas res gentiũ attingunt, gentiũ monumenta ſequamur. Quis enim vel epiſtolam Ieremiæ, quæ ſupponitur vaticinio Baruch, valet niſi diuinando percipere, ſi nõ prius Babylonicos mores ex Gentilium monumentis tenuerit? Nam (vt*

vnum ac leuiculum ſit pro grauioribus & infinitis exemplum) quod ibi Propheta præmonſtrat: Sedere mulieres in viis Babylonis , circumdatas funibus , ſuccendentes oſſa oliuarum : quo pacto intelligere poterit , qui Theocritum penitus ignorauerit ? At qui ab eo interpretationem quæſiuerit ; is probè , cur oſſa oliuarum à mulieribus cremarētur, intelliget. Nam eius, quod de funiculis intulit, ab Herodoto intelligentia petenda eſt. Habent autem apud Ieremiam Græca, pro Oßibus oliuarum , τὰ πίτυρα. Eſt autem πίτυρον palea , furfur , & tàm capitis ſordes , quàm (vt vertit Vulgatus) oliuæ os. Porrò verò , ſuccendere pityra, genus fuiſſe incantamenti amatorii, ad animos in venerem alliciendos, & amores conciliandos adhibitum , Theocritus in Pharmaceutria nos edocet. Ibi enim Simætha venefica, quæ Delphidem iuuenem deperibat ; dum illum carminibus magicis ad ſe trahere conatur , ſic ait.* 29

Sicut hanc ceram ego deo iuuante liquefacio,
Ita præ amore ſtatim liqueſcat Myndius Delphis.
Vtque voluitur hic æneus orbis, ope Veneris
Sic ille voluatur ante noſtras fores.
Iynx trahe tū illum meum virum ad domum noſtram.
Nunc ſacrificabo (vel ſuccendam) pityra.

Oſtendit autem Simætha, huiuſcemodi incantationes & artes, Aßyriorum fuiſſe commentum: addit enim circa finem Eidyllii.

Talia

Talia in ciſtella venena me dico ſeruare:
Quæ, ô Luna, ab Aſſyrio hoſpite conficere didici:

Quis, quæſo, iam deinceps addubitet, hæc eſſe quæ Judæis Ieremias cauenda Babylone præhortatur? At verò qui non norunt Theocritum, religionis gratia mulieres, aut ſcelerum expiationis intuitu, hæc ipſa feciſſe ſomniarunt.

30 **Sed & illud ex Cantico canticorum. Equitatui meo (vel, vt habent Hebræa, Equæ meæ) in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea. Quò, obſecro, referremus cōmodius iuxta externum ſonum verborum; quam quò idē Theocritus retulit, vbi canens Helenæ epithalamium, eandem ſimilitudinem vſurpauit? His nempe verbis ad verbum.* Can.1.9.

Valida, procera: quemadmodum procurrit ſulcus in aruo:
Aut in horto cupreſſus: aut in curru Theſſalicus equus.
Sic & roſea Helena Lacedæmoni ornamento fuit.

Equas porrò Theſſalas reliquis omnibus præſtitiſſe, Pythium oraculum affirmauit. Nam cum Æginenſes Apollinem (alii dicunt, Megarenſes) rogarent: Qui nam eſſent præſtantiores Græcorum? Futurum exiſtimantes, vt ipſi; ob victoriam quam extorſerant Ætolis; primo loco nominarentur: Oraculum in hunc modum reſpondit.

Præcellit reliquis equa Theſſala: prima Lacænæ
Laus eſt fœmineo in ſexu: pariterque virili
In genere excellunt Siculo de fonte bibentes.

Digitized by Google

* *Narrat Herodotus in Polymnia; cum Xerxes Græ-* 31
ciæ bellum inferret, curule certamen in Theſſalia feciſſe, vt
ſuas equas experiretur: nam optimas Græcarum illic
equas eſſe, fama ferebat. At Salomon equas Ægyptias in
comparationem adduxit, quod inde pretioſiſſimæ peteren-
tur: vt oſtendit Regum hiſtoria. Valeat ergo ſuperſtitio-
ſa & tetrica hæc, aut certè faſtoſa & inanis, humanioris
literaturæ contemptio, quæ dum nimis ſuperſtitioſe & ani-
liter, vel tumide nimis & arroganter, oculos à prophanis
auertit, media quoque in luce & fulgore diuinarum ſcri-
pturarum cæcutit. Sane (vt ſcite Fabius admonuit, cui &
Hieronymus aſſentitur) parua exiſtimari non debent, ſi-
ne quibus magna conſtare non poſſunt. Et prophana quæ
diuinis inſeruiunt, in eorum ſunt cenſenda familia.

* *Eruendis porrò & coaptantis verborum diuinorum* 32
ſententiis, ſæpe archetypa in medium vocamus. Ita tamẽ,
vt ſi quando vel ſenſum, vel dictionis ſignificatum, va-
riare vel diſtorquere contingat, id nunquam abſque Edi-
tionis Latinæ vulgatæ conſenſu, teſtimonioque, feceri-
mus. Fundamento vt niteremur firmiori: & his, qui
neſciunt Hebraicè, fidem noſtræ expoſitionis certiſſimam,
argumento certiſsimo faceremus.

Quicquid autem à nobis eſt dictum, totum id Eccleſiæ
Catholicæ, & ſentientibus meliora ſubiicimus: teſtorque
Deum optimum Maximum, nihil me conſultò aſſeruiſſe,
quod

Digitized by Google

quod Eccleſiæ repugnare cenſuerim. Vale præſulum decus, vale, & ſalue. IESV Scelſitudinem tuam longum nobis ſeruet incolumem, cunctorum affluentia bonorum affatim & eximiè florentem. Ex ſancto Michaele de Scalada, amœniſſimo noſtro ſeceſſu: pridie Idus Maii, anno à partu Virginis 1581.

Digitized by Google

PROPHETIA HABACVC.

CAPVT I.

ONVS quod vidit Habacuc Propheta.
2 Vſquequò Domine clamabo, & non exaudies?
vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis?
3 Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem:
videre prædam & iniuſtitiam contra me? Et factum eſt iudicium
& contradictio potentior?
4 Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem
iudicium: quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egre-
ditur iudicium peruerſum.
5 Aſpicite in Gentibus, & videte, admiramini, & obſtupeſcite:
quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet, cum nar-
rabitur.
6 Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram & velo-
cem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat taberna-
cula non ſua.
7 Horribilis & terribilis eſt: ex ſemetipſa iudiciũ & onus eius
egredietur.
8 Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, &
diffundentur equites eius: equites namque eius de longe venient,
volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.
9 Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: &
congregabit quaſi arenam, captiuitatem.

10 Et

Digitized by Google

10 Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erũt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.
11 Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.
12 Numquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium poſuiſti eum: & fortem: vt corriperes, fundaſti eum.
13 Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris: quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe?
14 Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile, non habens Principem.
15 Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum. Super hoc lætabitur & exultabit.
16 Propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus.
17 Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere Gentes non parcet.

CAPVT II.

SVPER cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me.
2 Et reſpondet mihi Dominus, & dixit.
Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit eum.
3 Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur: ſi moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.

4 Ecce, qui incredulus eſt non erit recta anima eius in ſemetipſo:
iuſtus autem in fide ſua viuet.
5 Et quomodo vinum potantem decipit: ſic erit vir ſuperbus, &
non decorabitur: qui dilatauit quaſi Infernus animam ſuam: &
ipſe quaſi Mors, & non adimpletur: & congregabit ad ſe omnes
gentes, & coaceruabit ad ſe omnes populos.
6 Numquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & lo-
quelam ænigmatū eius, & dicetur: Væ ei qui multiplicat non ſua?
vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum?
7 Numquid non repente conſurgent, qui mordeant te: & ſuſci-
tabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?
8 Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes, qui reli-
qui fuerint de populis: propter ſanguinem hominis & iniquitatē
terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.
9 Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in celſo
nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali.
10 Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos,
& peccauit anima tua.
11 Quia, lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iun-
cturas ædificiorum eſt, reſpondebit.
12 Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem
in iniquitate.
13 Numquid non hæc ſunt à Domino exercituum? laborabunt
enim populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficient.
14 Quia replebitur terra: vt cognoſcāt gloriam Domini; qua-
ſi aquæ operientes mare.
15 Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians,
vt aſpiciat nuditatem eius.
16 Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & conſopi-
re: circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ
ſuper gloriam tuam.

17 Quia

Digitized by Google

17 Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos de ſanguinibus hominum & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.
18 Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile & imaginem falſam? quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulachra muta.
19 Væ qui dicit ligno, Expergiſcere: Surge, lapidi tacenti: numquid ipſe docere poterit? Ecce, iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius.
20 Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.

ORATIO

HABACVC PROPHETÆ PRO IGNORANTIIS.

CAPVT III.

DOMINE audiui auditionem tuam, & timui. Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud: in medio annorum notum facies, cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.
3 Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.
4 Splendor eius vt lux erit.
Cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.
5 Ante faciem eius ibit Mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.
6 Stetit, & menſus eſt terram: aſpexit, & diſſoluit gentes: & contriti ſunt montes ſeculi: incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus Æternitatis eius.

7 *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles*
terræ Madian.
8 *Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in flumini-*
bus furor tuus? vel in mari indignatio tua? qui aſcendes ſuper
equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio?
9 *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ*
loquutus eſt. Fluuios ſcindes terræ.
10 *Viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum tranſiit:*
dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit.
11 *Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarum*
tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.
12 *In fremitu conculcabis terram: in furore obſtupefacies gen-*
tes.
13 *Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo:*
percuſſiſti caput de domo Impii, denudaſti fundamentum eius vſ-
que ad collum.
14 *Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus*
vt turbo ad diſpergendum me. Exultatio eorum ſicut eius, qui de-
uorat pauperem in abſcondito.
15 *Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.*
16 *AVDIVI, & conturbatus eſt venter meus, à voce contre-*
muerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſub-
ter me ſcateat. Vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad
populum accinctum noſtrum.
17 *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: men-*
tietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abſcindetur de oliui
pecus, & non erit armentum in præſepibus.
18 *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.*
19 *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi cer-*
uorum: & ſuper excelſa mea deducet me victor in pſalmis canen-
tem.

D. AN-

Digitized by Google

D. ANTONII DE GVEVARA EXEGEMATA IN HABACVC.

PROPHETIA HABACVC.

CAPVT PRIMVM.

1. *Onus quod vidit Habacuc Propheta.*

1 CVM PLERISQVE PROPHETArum mos ſit, libri initio vaticinii ſui rationem præfari; ſcriptoris nomen ac munus, genus etiam interdum & patriam, tempora verò maximè, in quibus prophetauerunt, exprimere; atque eos, contra quos diuina perceperunt oracula, nuncupatis quoq; vocabulis prænotare: Habacuc tamen nihil horum nobis, præter oneroſam vaticinationis ſuæ materiam, proprium deinde nomen, & officium Propheticum, indicauit. Chaldæus paraphraſtes Sunamitidis fœminæ filium fuiſſe tradidit Habacucum; illum ſcilicet, quem Heliſe- 4.Reg.2.
us Propheta vitæ reſtituit. Dorotheus epiſcopus Tyri, & Epipha- 32.
nius epiſcopus Conſtantiæ Cypri, fuiſſe affirmant de tribu Simeon, ex agro Bithicucar, vt Dorotheus; ſiue Bexzochar, vt Epiphanius, appellat. Cuius autem eſſet filius (vt incertum forſitan) non prodiderunt.

2 *DE tempore autem, quo prophetauerit Habacuc, non ſatis conueniunt ſcriptorum ſententiæ. Si enim eſt vera ſanctiſſimi Hieronymi regula: Prophetas, in quibus tempus nõ p̃fertur in titulo, ſub illis regibus prophetaſſe, ſub quibus & hi, qui ante eos

habent

habent titulos, vaticinati ſunt: Habacuc ſane in diebus Ioathan,
Achac, & Ezechiæ, ſub quibus & Michæas, prophetaſſe, diceremus. Sed Hebræorum probatiſſima Chronica, Nahum, Ioëlem,
& Habacucum, Manaſſis tempore vaticinatos fuiſſe, aſſerunt, immaniſſimique regis, ob ſcelera & impietatem, nullam prorſus intuliſſe mentionem. His aſſentiunt Græci & Latini hiſtorici, ferè
omnes.* Neq; deeſt qui noſtris temporibus, diuinarum ſcriptu- 5
rarum authoritate hoc ipſum probare contenderit. Dum enim
hanc opinionem acris homo ingenii tuetur, ſic ſcribit: Sed ne temerè hunc Vatem in hæc tempora referre videamur, locus ex libris Regum, ex quo non leuem facimus de hac re coniecturam,
excutiendus nobis eſt. Scriptum igitur eſt in vltimo Regum libro,
eo in capite, in quo de Manaſſei regis criminibus agitur: Loquu-
4. Reg. 21. 11. tusque eſt Dominus in manu ſeruorum ſuorum prophetarum, dicens: Quia fecit Manaſſes rex Iuda abominationes iſtas peſſimas
ſuper omnia quæ fecerant Amorrhæi ante eum: & peccare fecit
etiam Iudam in immunditiis ſuis: propterea hæc dicit Dominus
Deus Iſraël: Ecce, ego inducam mala ſuper Ieruſalem & Iudam, vt
quicunq; audierit, tinniant ambæ aures eius.* Quo in loco omnia 4
fere verba, quæ Prophetarum nomine recitantur, Ieremiæ vatis
eſſe deprehendimus, præter pauca illa, quæ de auditione, & audientium ſtupore inſeruntur: quorum nullum apud Ieremiam eſt:
ſed eadem omninò ſententia exigua figuræ varietate apud hunc
Hab. 1. 5. Vatem legitur. Nam primo ſtatim capite ſcribit: Aſpicite in gentibus, & admiramini, & obſtupeſcite, quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet, cum narrabitur. Cum ergo per Dei
vates hanc calamitatem prædictam afferat ſcriptura, propter Manaſſei temeritatem atq; ſcelera, à Iudæorum gente mutuata: cumque in eadem recitatione horum duorum vatum permiſta verba,
in eandem ſententiam coniungantur, conſequens eſt, eos eadem
tempeſtate fuiſſe, & ad idem vnumque ſeculum, pertinere. Hæc
ille.* Verum, mea ſententia, eum proculdubio memoria fefellit: 5
neque enim verba illa: Ecce, ego inducam mala ſuper Ieruſalem
& Iudam, vt quicunque audierit, tinniant ambę aures eius, vlla ex
parte deſumpta fuerunt ex vaticinio Habacuc: imoverò verbum
Ier. 19. 3. ferè ex verbo, ex Ieremia fuere tranſlata. Is enim capite decimo-
nono

Digitized by Google

nono ſic habet: Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ieruſalem, hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Ecce, ego inducam afflictionem ſuper locum iſtum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius. Vtrobique autē legit idem verbū רָעָה, pro quo in libris Regum, Mala, in Ieremia vero Afflictionem tranſtulit Vulgatus interpres. Vtrobiq; habet in Hebreo אֲשֶׁר כָּל, pro quo in libris Regum, Vt quicunque: In Ieremia, Ita vt omnis, interpretatus eſt. Ergo nihil differunt vtrobique, pręterq̄ quod vbi Ieremias dixit: Super locum iſtum: Scriptor libri Regum vertit paraphraſticè: Super Ieruſalem & Iudam. Nam ad hos Propheta ſermonem dixerat, inquiens: Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Ieruſalem. Paraphraſticè quoq; ſubiungit: Tinniant ambæ aures eius, cū Propheta tantū dixiſſet: Tinniant aures eius.

6 * Sub quo igitur Regū prophetauerit Habacuc, certum nō eſt. Cęterum, ſi modo is noſter, & non alius huic propheta cognominis, fuit diſcophorus Habacuc (Legimus enim fuiſſe alium de tribu Leui) iam eſt ex Daniele certiſſimum, tempore illum Babylonicę captiuitatis vixiſſe; pulmentumque ꝙ meſſoribus coxerat in Iudęa, Babylonem detuliſſe, & Danieli prophetę in cauea leonum incluſo, iuſſu Domini miniſtraſſe. Vnde mirum non videatur, ſi poſt exciſam Ieroſolymorum vrbem, abductoſque in captiuitatem Iudęos, prophetaſſe creditur, neque pręuidiſſe venturam Iudęorum cladem, ſed illatam & pręteritam deploraſſe. Dan. 14. 32.

7 * Interpretes namq; ferè omnes in hanc conſpirauerunt ſententiam: Onere quod vidit Habacuc, non duas tribus, quę Iuda vocant, ſed Nabuchodonoſorem potius, & Chaldęos ac Babylonē grauari. Et quomodo Nahum vaticinatus eſt contra Niniuem & Aſſyrios, qui vaſtauerunt decem tribus, quę nuncupantur Iſraël, ita & hunc aduerſus Nabuchodonoſorem & Babylonem, prophetiam protuliſſe decernunt, à quibus Iuda & Ieruſalem, templumque, ſubuerſa corruiſſent. Vtrumque contra gentes idolorum cultrices, & quę Meſſiam, cunctorum malorum leuamen ac medicinam, non expectarent, prophetaſſe conſtituunt: hincque poſt terrores & pondera, nullam ſubdidiſſe conſolationem.
8 *Cum tamen cęteris Vatibus proprius ac perpetuus mos ſit, poſtquam grauia & triſtia prędixerint, è veſtigio pręſtare ſolatium, confeſtim vulneri

mederi fomento, ægros ac depreſſos auditorum animos blandis pollicitationibus delinire, & malorum fine propoſito erigere, ac ſpe meliore concepta releuare. Rixari ergo cum Deo, atque iurgari volunt Habacuc: quòd impiiſſimum regem Nabuchodonoſorem, Dei templum vaſtare permiſerit, ſanctamque vrbem Ieruſalem funditus euertere ſiuerit, & ſceleratiſſimo populo Chaldęorum iuſtiorem Iudam conculcandum tradiderit: neque, tamen aut illorũ immenſis ſceleribus offenſus, pœnam inferat; aut horum aſſiduis placatus clamorib⁹, medeatur. *Quinpotiùs, reliquas quo- 9
que nationes Babyloniis ſubiugare ſtatuerit: cùm ſecundis ſucceſſibus adaucta Chaldæorum potentia, illorum inſania indiès in immenſum excreſcat, cultus idolorum augeſcat, ſuperſtitio vana proueniat; miſera porrò Iudęorum captiuitas ex his quotidiè fiat durior atque deſperatior. Et hæc quidem primo huius vaticinii capite contineri cenſuerunt. Secundo autem, Dei reſponſum Prophetam ſolantis haberi volunt, & interitum Chaldæorum ob innumera ſcelera denunciantis. Porrò, quæ tertio dicuntur, à præcedentibus argumento ſeiungunt, & ad alium iudicant pertinere tractatum.

*EGO verò his potius aſſentior, qui ante Ieroſolymorũ ruinam, 10
& ante captiuitatem Iudæorum, Habacuc prophetaſſe arbitrantur. Non quod Oneris nomen hoc exigat, neque quod verbum Vidit hoc exquirat; neque quod qui audierint, credituri non ſint; vt quidam interpretum argumentatur. Hęc quippe omnia, de futura vaſtatione Babylonis, Chaldæorumq; ſtupenda ruina, ſatis commode coaptari potuiſſent; etiam ſi Habacuc poſt captiuitatem Iudæorum prophetaſſet. * At totius vaticinii contextus, continua- 11
taque oraculorum ſeries, me in hanc impulêre ſententiam, vt exiſtimen: Habacuc ex profeſſo, contra Iudam & Beniamin, onus tollere prophetiæ: eoſque primùm graui & moleſto captiuitatis pondere degrauare. Mox verò ex occaſione & obliquo, vt potè è re nata incidenter, inter colloquendum cum Deo, vaſtationem Chaldæorum inſerere. Rurſus autem poſtremo loco, negotium reſumere Iudęorum; & iuxta cum aliis Prophetis, poſt minas conconſolationem adiungere: & fauſtum Iudæorum ac lætum in pattiam reditum prænunciare. Etenim, vt ego ſentio, hoc eſt vaticinii argu-

argumentum; quod & diuinus Gregorius, ille Theologus Nazianzenus, oratione prima ſui Apologetici ſubindicauit, eiuſque ſcholiaſtes Elias; & doctiſſimus Theophylactus, & alii, quamuis tantum diminutè & ex parte, at apertiſſimè, tradiderunt. Quippe Septuaginta ſeniores, priora Vatis verba & querelas, non de oppreſſoribus Iudæorum Chaldæis, ſed de iniquis Iudæorum iudicibus, manifeſtè interpretati ſunt. Hosque veteres expoſitores, Græci maximè, ſunt inſequuti.

SVMMA PROPHETIÆ HVIVS.

12 INTELLIGENS Habacuc, nullam in hoc ſeculo grauiorem à Deo peccatoribus pœnam infligi, grauioremque nullam inferri vindictam; quam ſi gratia diuina nudatos tradat in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt: ſi delinquere impudenter palam, nec iam pios ac probos vereri: denique ſi ſcelera & crimina impunè multiplicare patiatur: Econtrario autem non ſinere, peccatores multo tempore ex ſententia agere; ſed ſtatim vltionem adhibere, effrenemque peccandi libidinem intercidere, magni beneficii eſſe indicium: Hæc, inquam, intelligens Habacuc, perditiſſimi populi Iudæorum calamitoſa conditione permotus, acrem contra Deum querimoniam & incuſationem proponit; cauſatus, quòd nimis ſeuerè, nimis crudeliter vlciſcatur, qui vernaculum populum ac peculiarem, eò malorum deuenire paſſus ſit, vt nihil iam in eo ex iuris atque rationis præſcripto fiat, nullus virtute ac honeſtati locus ſuperſit: ſed perfractis pudoris atque officii repagulis, pecuniæ & imperii cupido, materies omnium malorũ, dominetur. Vnde, legibus relegatis, impius prævalet aduerſus iuſtum, & egreditur iudicium peruerſum. Neque tamen Deus, iterum ac ſæpius Prophetæ precibus & clamoribus interpellatus, exaudiat; neque vnquam tantis malis obſiſtat, neque adhibita medicina, vel ſaltem caſtigatione, coërceat.

(Marginal notes: Cap. I. — Rom. 1. 24. 28. — Oſe. 4. 13. 14. — Pſal. 80. 13. — 2. Mach. 6. 13.)

13 * Ad hæc tandè, verſu quinto primi capitis, reſpondet Deus, & Prophetam bono animo eſſe, vltriceſque gentes Chaldæorum iam iam aduentantes ſpectare, iubet: Breui namque fore, vt Deus Nabuchodonoſorem regem Babylonis, & populos Chaldæorum immittat; qui debitas Iudæorum ſceleribus pœnas irrogent, atque Hab. 1. 5.

 meri-

Digitized by Google

meritam vindictā expoſcant. Vaſtabunt quippe omnia, funditus-
que ſubuertent & populū ipſum Iudeorum, captiuū in Babilonē
abducent. Vt autē maiorem terrorem incutiat, ac perinde mentes
Iudęorū vehementius in ſuorum criminū conſiderationem, atque
in ſeriam pœnitentiā impellat, miris exaggerationibus Deus po-
tentiam regis ac gentis Chaldeorum, induſtriam, celeritatem, fe-
rociam, denique crudelitatem, & immanitatem, amplificat.

Hab. 1. 12. *His minis conterritus Habacuc, extremūque veritus Iudęo- 14
rū exitium: verſu duodecimo eiusdem capitis primi, Deum pre-
catur, vt ſuum populum Chaldaico flagello, iuxta Patribus promiſ-
ſa, corripiat: non gladio excindat penitus, & interimat. In hanc
autē paternæ caſtigationis, & emendationis ſpem, duobus potiſſi-
mum argumentis ſe adduci, Propheta teſtatur. Primo quidē, quo-
niam antiquum Deo ſit, ſe placabilem præbere Iudæis. Secundo,
quod cum Deus peccata maxime deteſtetur, vt reſpicere etiam ad
iniquitatē non poſſit, credibile haudquaquam, neque veroſimile
ſit, minora illū Iudęorum peccata, maioribus Chaldeorū ſceleri-
bus vlciſci, dumque illorum expurgat leuiora, grauiora tamen ab
his impunè ſinere ꝑpetrari. Fore etenim, vt Nabuchodonoſor cū-
cta deprædetur, demoliatur, euertat: victoriamque diis aut idolis,
propriæ potentiæ & induſtriæ, fortiſſimisque exercitibus ſuis, in-
ſolens ac ſuperb⁹ adſcribat. His igitur ratiocinationibus Habacuc,
bonā de rebus Iudęorū ſibi promitit ſpē, & regi Babylonio in eos
traditā à Deo poteſtatē, non in excidiū & extremā perniciem: ſed
potius in correptionē & emendationē, delegatam argumentatur.
Et his Vltrò citroque dictis, primum caput vaticinii concludi-
tur.

Cap. II. *Secundo autem capite, veluti è ſpecula proſpectat Habacuc, 15
diuinūque orationi ſuæ reſponſum attentis auribus præſtolatur.
Iubet porrò Deus, quæ viderit, in tabulis apertè & explanetè de-
ſcribere. Videt autē: nō ideo regē Babylonis populo Iudæorū ſu-
periorē futurū, vt auctus imperio, & clarus victoriis, illuſtrior fiat,
& opes exinde atq; honorē acq̄rat, ſubactisq; finitimis nationib⁹,
& Iudæa in ditionē redacta, regno deinceps firmiore & ampliore,
vitaq; lætiore potiatur. Imò hoc ipſum ſibi ad perniciem, & maio-
rem ignominiam parari; breui namque fore: vt par pari reci-
piat

Digitized by Google

piat Babylon: & pœnas debitas iniuriarum, Dei templo, & ciuitati Ieruſalem, genti denique Iudæorum, impiè & crudeliter illatarum, exſoluat. Neque tantis periculis & calamitatibus obſiſtent idola, in quibus ſperauerāt Chaldæi: vtpote, quæ ſimulachra muta ſint, & omnis prorſus ſenſus expertia. His ſecundum caput abſoluitur: neque tamen hactenus aperuit Deus, quid de gente Iudaica ſtatuerit, quémue ſit finem habitura captiuitas. Num Chaldæorum prænunciata calamitas, permiſtos illis captiuos Iudæos pariter oppreſſura ſit: an expiatis ſeruitute ſceleribus, patrias Palæſtinæ ſedes aliquando ſint reuiſuri.

16 Conſternatus igitur Habacuc, tantis Iudæorum & Caldæorū, Cap.III.
auditis ſtragibus & ruinis: incertusq; hucusque & ignarus, quē Iudaicæ captiuitati finem daret ira diuina, tertio capite in oratione perſiſtit, quam in primi fine inchoauerat: & pro Iudæorum ſalute, adhuc ſibi occulta, precatur. Petit autem primū à Deo: vt depulſis huius rei ignorantiis, de illa faciat ſe certiorem. Orat poſthæc, vt in medio tam triſtium & infeliciū annorū, Iudæorum populū Deus, opus ſiquidem peculiare ſuum ſit, incolumē ſeruet ac tueatur, Memor benignitatis antiquæ & ſolitæ miſericordię, quibus olim apud montē Sinai, in terra deinde promiſſa, in Mari rubro, in Iordane, anteque hæc omnia in Ægypto, peccantes ac rebellantes identidem, patres illorum proſecutus eſt. Hæcque ipſa Dei beneficia ſingulatim quoque perſtringit, nempe vt moueat efficacius Propheta ſeque in ſpem, & Deum in clementiam: & multa exornatione verborum, multa figurarum perpolit.

17 * Aperitur demum pulſanti, & inſtanti, verſu decimoſexto. Auditque tam læta & iucunda, vt ferè, præ ſubito gaudio interius & exterius commotus, vita periclitatus ſit. Aut pro voto, accepto reſponſo, lætum ſe poſthac obiturum, & mortem oppetiturum, affirmet. Audit namque, hunc finem & exitum, manere Iudæos, Chaldæosque, vt hi penitus irreparabiliter vaſtandi, perdendique ſint, at illi, ſeruitute ſoluta, requieque laborum obtenta, lęti tandē, & honorati, & pęana Deo victori canētes, ad ſepulchra veneranda maiorū, in amęna Palęſtinæ mōtana, in patriā cariſſimā reuertanť.

18 *Hoc eſt (ſi nō ego fallor) Habacuc vaticinii argumentū, hæc ſermonūconcatenatio. Neq; enim impedimēto eſt, quominus hocce

caput poſtremum præcedentibus argumento cohæreat: quod illa ſoluto ſermone, iſtud epico conſcriptum ſit; & (vt atteſtatur Hieronymus) lyrico ſit more compoſitum. Nam & Iob principiũ & finis, oratione proſa conſiſtunt; cum capita cuncta intermedia numeris decurrant poeticis. Et caput Prouerbiorum extremum, cum libera oratione exordiatur, rythmis atque metris abſoluitur.
*Quamq̃ negant recentiores Hebręi, & cum his Auguſtinus Steu- 19
chus, præfationibus in Iob, & in Pſalmos: eſſe carmina in diuina Scriptura Græcis verſibus aut Latinis ſimilia; tempus nempè ſyllabarum ſeruantia; & nunc dactylo, nunc ſpondeo, nunc iambo, aut pedibus aliis poëticæ obſeruationis, currentia. Vt Hieronymus, Auguſtinus, Euſebius, Ioſephus, Iſidorus, & Beda, & alii quàmplurimi, docuerunt. Sed refellit Eugubinum Mendoza, in quæſtionibus ſuis quodlibeticis, in quæſtione tertia ſcripturæ: vbi, an Pſalmi vera ſint carmina, curioſe & diligenter pertractat.

*Cum autẽ (vt annotauit Ianſenius) cuncta quæ Iſraëlitico po- 20
pulo ante tempora Habacuc contigerunt; dum educeretur de Ægypto, & in terram induceretur promiſſam, dumque inhabitaret in ea: Et cum eius liberatio ſimiliter è Chaldaica captiuitate, figura fuerint eorum, quæ per Chriſtum erant patranda, pro noſtra liberatione & ſalute, (Omnia ſiquidem, vt Paulus aſſeruit, in figura contingebant illis. Omneſque Prophetæ à Samuel, & deinceps qui loquuti ſunt, annunciauerunt dies iſtos. Omnis denique legis veteris ſeries, teſte Ambroſio, fuit typus futuri) oportet, iuxta myſticum ſenſum intelligere, Prophetam in his orare, atque vaticinari, futuram per Chriſtum in multis prodigiis redemptionem humanam, poſt diuturnam captiuitatem, ſub diaboli poteſtate & tyrannide. Sed verò tempeſtiuum iam eſt, vt Prophetam ipſum audiamus; eiuſque ſententias & verba, interpretatione donemus.

I. Onus quod vidit Habacuc Propheta.

PRO, Onus, eſt Hæbraicè מַשָּׂא Maſſa: vox deducta à verbo 21
נָשָׂא, quod & exaltare, & attollere, aſſumere, atque portare, ſignificat. Vnde Septuaginta ſeniores, hoſq; Symmachus & Theodotio ſequuti, λῆμμα, id eſt, Aſſumptio verterunt. Quo vocabulo Theo-

Theodoretus exiſtimat tranſitionem à rebus humanis ad diuinam reuelationem, raptumque Propheticæ mentis ad futura percipienda, vocari. Theodoreto Theophylactus conſentit: ita tamen, vt dictionis Lemma aliam ſignificationem inuexerit. Inquit enim: Lemma, id eſt Captio, ipſa Prophetia nominatur: ſiue quod accipitur ex Deo tradita: ſiue propter Propheticæ mentis acceptionem; ac propter ab humanis ad diuinas reuelationes translatio-
22 nem. Hęc ille. * Sancti namq; Spiritus benignitas (inquit Theodoretus) variis modis erga mirificos Prophetas ſuam vim oſtendens, quibusdam viſa quædam ſuggeſſit, vt diuino Iſaiæ, Micheæ, Danieli, Ezechieli, & Zachariæ: quibusdam vero per ſonitum, quæ volebat, infundebat, vt audire ſe arbitrarentur illi quendam loquentem: alios ſpiritu prophetico afflabat, & ex illorum ore quæ volebat loquebatur: gratia nimirum prophetica repente eorum mentem corripiens, & à rebus humanis eos abducens & abſtrahens, dantes operam & aſſeruientes verbis propheticis efficiebat. Hanc igitur aſſumptionem, appellauit mentis raptum, & à rebus humanis traductionem. Hactenus Theodoretus. Hisque forſitan conſentiens Pagninus, Prophetia tranſtulit pro מַשָּׂא vertit enim: Prophetia quam vidit Chabbacuc.

23 * At vox Hebraica Maſſa *Onus* proprie, ſiue pondus, ſignificat. Vt Exodi viceſimotertio: Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, & Pſalmo 37. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Quid autem Prophetis ſignificet *Onus*, apertè apud Ieremiam nobis Deus ipſe declarat, ſic inquiens: Si interrogauerit te populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos, dicens: Quod eſt onus Domini? dices ad eos: Vt quid vobis Onus? proijciam quippe vos, dicit Dominus: Et Propheta (falſus, ſcilicet, atque veris illudens) & Sacerdos, & populus, qui dicit: Onus Domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius. Hæc dicetis vnusquisque ad proximum ſuum, & ad fratrem ſuum: Quid reſpondit Dominus? Et, quid loquutus eſt Dominus? Et Onus Domini vltra non memorabitur: quia Onus erit vnicuique ſermo ſuus: & peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei noſtri. Hæc dices ad Prophetam: Quid reſpondit tibi Dominns? Et, quid loquutus eſt Dominus? Si autem Onus Domini dixeritis: pro-

Exo. 23.5.
Pſa.37.5.
Iere.23.33.

Digitized by Google

pter hoc hæc dicit Dominus: Quia dixiſtis ſermonem iſtũ, Onus Domini: & miſi ad vos, dicens: Nolite dicere Onus Domini: Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus veſtris, à facie mea. Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. Hactenus Ieremias.* Quibus Dei 24
verbis fit manifeſtum, *Oneris* nomine nuncium infauſtum, duriorem & oneroſiorem prophetiam, miſeriarum pondus, & afflictionem, excidium denique deſignari. In qua etiam ſignificatione frequenter Hiſpani, *Oneris* abutuntur vocabulo: Dar carga, pro, verbis aut factis eſſe alicui moleſtum & grauem. Neque vero prohibet Deus per Ieremiam, quominus ſacri Prophetæ *Oneris* vocabulum vſurparent, cum grauia & moleſta prædicerent: ſiquidem hoc ipſo Zacharias & Malachias vſi ſunt, proculdubio Ieremia poſteriores. Sed vetat, ne poſthac irridendo, hac formula Prophetã interrogent: quaſi nunquam Deus per ſuos Vates læta proſpera prędici voluerit, ſed infauſta ſemper & triſtia, ſemper demum grauia per ipſos, & moleſta prænunciare conſueuerit.*Ei, qui contra 25
diuinum præceptum, hoc nomine Prophetam interrogauerit: grauis & oneroſus ſuus ſermo futurus prædicitur: ipſum enim, tanquam graue & moleſtum ſibi onus, procul Deus ſe abiecturum
Ierem. 23. 33. 39. minatur. Ait enim: Vos eſtis onus. Sic namque legit Complutenſis editio vulgata: ſic etiam Septuaginta verterunt, ὑμεῖς ἐςὲ το λῆμμα, vos eſtis aſſumptio. Et inferius, verſu triceſimonono: Tollam vos portans, & derelinquam vos. Id eſt, Attollam vos altius, inſtar ſarcinæ & inutilis ponderis, vt abiiciam, atque longius propellam. Vel (vt Ariſtophanes dixit) Tollens ſublimem, in barathrum deturbabo, appenſo ex ceruice hyperbolo. Hæc vltima tranſlationi conueniunt, qua quidam nõ ineptè verterunt: Onerabo vos onere, & proiiciam vos. Habent quippe Hębraica in hunc modum, בְּשִׁיתִי אֶתְכֶם בָּשֹׂא. Vt ſit intelligentia verborum: Appenſo ex ceruice hyperbolo, in barathrum vos deturbabo. Alligata mola aſinaria, vos demergam in profundum maris. Id eſt, irreparabiliter perdam. *Onus* igitur videt Habacuc, quia & imminentem Iudæorum captiuitatem, & ſubſequentem Chaldæorum ruinam, prænoſcit.

Vidit

26 * *Vidit* autem,non vtiq; corporeis oculis,non ſagaci ratiocinatione & argumentatione,non denique coniectura prudenti: quibus non raro ſapientes in poſterum proſpiciunt viri. Sed vidit acutiſſimo illo mentis intuitu,ſextoque quodam per ſpicaciſſimo animi ſenſu; quo Prophetæ,ſuperno lumine colluſtrati,& ſupra omnem humanum captum euecti,procul diſſitos rerum euentus clare,& ſine dubio aliquo, proſpexerunt, & notis quoque appoſitis prænunciarunt. Neque enim inſanientium & phanaticorum more,ſonum dederunt ſine mente: vt inſanus atque phanaticus olim Montanus hæreticus blaterauit. Petrus Apoſtolus apud Clementem, in libro Recognitionum, ſic inquit: Eſt & alius ſextus ſenſus, id eſt, prænoſcendi: iſti enim quinque ſenſus ſcientiæ capaces ſunt; ſextus autem præſcientiæ, quem habuere Prophetæ.

27 *Et forſitan apud Habacuc, *Vidit* pro Audiuit poſitum eſt: vt ſit
idem, *Onus quod vidit*, & Auditio quam, capite tertio, ſe audiuiſſe Haba.3.2.
& extimuiſſe teſtatur. Frequens eſt enim Scriptoribus ſacris,quod
eſt vnius ſenſus,alteri tribuere. Vt Geneſis capite viceſimoſepti- Gen.27.
mo: Vide (inquit Iſaac) odorem filii mei: etenim ſic habent He- 27.
bræa; ſicque etiam vertit Pagninus, pro eo,quod legimus in vul-
gata editione: Ecce odor filii mei,ſicut odor agri pleni. Et vbi in Exo.5.21.
Exodo legimus: Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharao-
ne. Et in eodem libro,capite viceſimo, dicitur: Omnis populus Exo.20.
videbat voces. Quomodo etiam vulgatæ editionis correctiora 18.
præferunt exemplaria.

2 *Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis?*

3 *Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me?*

28 DOlet (vt diximus) Habacuc vicem miſeram Iudęorum: qui eo dementię & infelicitatis, ob commiſſa peccata deuenerint: vt nulla iam Dei reuerentia, nullo hominum pudore aut timore,à perpetrandis ſceleribus arceant. Verũ fronte perfricata,

 palàm

palàm cuncta per iniuriam & inquitatem admittant; ablegatisq; diuinis ac humanis legibus, opulenti & ſceleſtiſſimi quique, inopes & innocentes affligant atque proculcent. Neque tamen in tanta flagitia Deus iampridem animadvertat, neque (vt ſoleret) paternam correptionem & emẽdationem adhibeat; licèt tot Prophetæ clamoribus, tot vociferationibus interpellatus. Qua ſanè nullam in hoc ſeculo Deus peccatoribus pœnam irrogat grauiorem. Sic enim intelligere oportet; Deum nullum non mouere lapidem, nulla non adhibere medicamina, dum ſpes eſt, ſanari nos poſſe; dũ vlla ſuperſunt vel minima iuſtitiæ vel emendationis veſtigia. Vbi verò paulatim labente diſciplina, magis magiſque moribus lapſis, eò peruentum eſt, vt, ob perſicaciam & duritiem infractam, locus faciendæ medicinæ non ſit: deſperatis etiã Hippocrates vetat ad-
Ier. 51. 8. hibere medicinam. * Subitò cecidit Babylon (inquit Ieremias) 29
& contrita eſt: vlulate ſuper eam, tollite reſinam ad dolorem eius, ſi fortè ſanetur. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam: quoniam peruẽnit vſquè ad cœlos iudicium eius, & eleuatũ eſt vſquè ad nubes. Neque idcircò deſerit Deus, quòd quicquam ſit ei noſtra ſalute charius: ſed quia huiuſmodi hominibus medicamenta peſtifera multis, admodum paucis ſalutaria eſſe ſolent: niſi animo purgato & ſano propoſito, ratione & conſilio ſumantur. Repugnantes ergò, retrectanteſque obſtinatè ſuauiſſimũ iugum, tamquam inſanabiles deſtituit Deus: auerſionem ac deſertionem, vltimum
ducens peccatorum ſuppliciũ. *Neque id iniuria: nam ſi in maxi- 30
mis fluctibus atque turbinibus, nauem ſcientiſſimus gubernator deſtituat: certum eſt illam & euerti & ſubmergi. Si autem ſedens in puppi clauũ teneat, & remiges, quando inhibere oporteat, quãdo impetu pulſuque remorum vti, quando mutare velificationem, edoceat: nauis, optimè confecto curſu ſalua collocatur in portu. Quadrigæ verò quem curſum tenere poterunt, non iam ſi ineptè gubernentur: ſed verò ſi auriga ceſſante, intractatis & nouis equis, ferocitate exultantibus, committantur: temerè præcipitari & pro-
ſterni, ꝓculdubiò neceſſum eſt. *Quòd, ſi hæc mortalia mortali- 31
bus priuata rectoribus, diſſoluunt ſubitò ac pereũt: quid eis euenturũ putamus, quos (quoniam in profundũ malorum venerint, &

Dei

Digitized by Google

Dei ac hominum cõtemptores effecti ſint,& immedicabiles videantur) deſerit ac derelinquit Deus,ſuoque ipſorum permittit arbitrio: vt dimiſſi in deſideria ſui cordis,& euntes in adinuentionibus ſuis,ſuo ſe ipſi gladio trucident? His quippè,tanquã deſperatis,& mortifeta ac immedicabili plaga ſauciatis,Deus cauterii vim, atque correctionis & caſtigationis cauſtica ampliùs non adhibet: ſed pro libito quibuſcunque veſci, & pro animi ægri appetentia impunè furere & inſanire, atque liberè debacchari,permittit. Et peccatis peccata caſtigans,peccatorem obcæcat & indurat. Non quidem infundendo malitiam,nec mouendo peccatorem ad malum: ſed verò ſubtrahendo gratiam,& illa non impediendo, quæ ſunt cauſæ inclinantes ad peccandum: cuiuſmodi ſunt paſſiones, Exo. 4. 21. & 11. 10. atque tentationes diaboli, & id genus alia: quæ impediuntur per & 14. 17. auxilium diuinæ gratiæ, quæ per peccatũ ſubtrahitur. Ex quo ſequitur, mentẽ diuinitus ad rectè videndum non illuminari, & cor Ad Rom. 9. 18. hominis ad recte viuendum nõ emolliri, verum excæcari & durari: & quidem quantum ad hoc Deus eſt cauſa excæcationis & in- Iſa. 6. 10. 2. Ad Corint. 4. 4. durationis,& illi ab ſcriptura tribuitur. Vti diuus Thomas edocuit, parte prima partis ſecũdę,quęſtione octageſimaſeptima,& quę-

32 ſtione ſeptuageſſimanona. * Non audiuit populus meus vocem Pſ. 80. 13. meam (inquit dominus) & Iſrael non intendit mihi & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum,ibunt in adinuentionibus ſuis. Rom. 1. 28. Paulus vero ad Romanos ſcribit: Et ſicut non probauerunt Deũ habere,in notitia,tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione,auaritia,nequitia,plenos inuidia,homicidio,contentione,dolo,malignitate,ſuſurrones,detractores,Deo odibiles, cõtumelioſos,ſuperbos,elatos,inuentores malorum, parentibus nõ obedientes,inſipientes,incompoſitos,ſine affectione,abſque fœdere,ſine miſericordia.Denique dum extremum malorum Chriſtus Iudæis imprecatur,Patrem in hunc modum precatur: Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum,& non intrent in iuſtitiam tuam. Pſal. 68.

33 * Econtrario autem, blanda quidem & paterna vox eſt: Si dereliquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, ſi iuſtitias meas prophanauerint, & mandata mea non Pſa. 88. 33.

Digitized by Google

cuſtodierint: viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus
peccata eorum. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab
Prou.3.12. eo, neque nocebo in veritate mea. Quem enim diligit, corripit
Dominus & quaſi pater in filio complacet ſibi. Vnde gentium Do-
Heb.12.6. ctor aiebat: Tamquam filiis, vobis ſe offert Deus: quis enim filius,
quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis: cuius
particeps facti ſunt omnes: ergo adulteri & non filii eſtis.*Deni- 34
que, non acerbitatem & inclementiam, ſed manſuetudinem ac le-
Pſa.89.10. nitatem, Dei caſtigationem exiſtimauit, qui dixit: Quoniam ſu-
peruenit manſuetudo, & corripiemur. Cum enim humanæ vitæ
miſeriam & breuitatem deſcripſiſſet, eamque propter peccatum
& tranſgreſſionem, mortalium genus incurriſſe, faſſus ſit: hac ipſa
pœna homines à Deo, non tam caſtigari inimicè, quam patriè com-
moneri, teſtatur. Hinc enim (inquit) tanta nobis vitæ breuitas
& afflictio: quoniam venit mollis in nos & manſueta tua caſtiga-
tio, qua à te pro peccatis corripimur, & præciſi celeriter auolamus:
vt ea erudiamur, venturam tuam in nouiſſimo ſeculo iram & indi-
gnationem effugere. Quæ talis & tanta futura eſt, vt nemo eam
animo complecti queat, nulla lingua valeat exprimere, quam ter-
ribilis ac furibundus, extremum exercebis iudicium. Proin, Do-
mine, temporali punitione hac, notam nobis facito iræ tuæ futu-
ram potentiam, & fac nos per cæleſtem ſapientiam corde ſalubri-
ter erudiri, vt ex præſenti tua vltione, venturam tempori intelli-
gentes, illam effugere ſtudeamus.

*Harum igitur rerum omnium Habacuc nequaquam ignarus, 35
gentiſque Iudæorum miſeratione permotus, amicè ac familiariter
cum Deo iurgatur: quod in maximis illorum ſceleribus conniue-
at, ſeque tamdiu clamantem, remediumque ac medicinam expo-
ſcentem, non exaudiat, neque tamdiu vociferantem, vel ſaltem ad-
hibita caſtigationis curatione, aut certè Propheta ipſo de medio
ſublato, ab anxia ægritudine animi, & acerba moleſtia, liberet &
exſoluat. Etenim quod dicit *Vim patiens.* Iudæorum ſe ſceleri-
bus concuti, torqueri, atque vexari, ſignificat. Multis quippe no-
minibus pij viri alienis criminibus quatiuntur.* Dolent namq; 36
3.Reg.19.10. ante alia, Dei reuerentiam & honorem labefactari. Zelo zelatus
ſum pro Domino Deo exercitium (Helias iactabat) quia dereli-
querunt

Digitized by Google

querunt pactum Domini filii Iſrael, Dauid ſimiliter: Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. id eſt, Non minus, imò multo magis, probris, quibus te impii inſectantur, afficior, quam ſi meipſum probris atque contumeliis impeterent: quippe cum & pietatem violent, & certam ſibi perniciem aſciſcant. Vel, vt Paulus Apoſtolus exponit: Sic pro dictis ac factis gloriæ tuæ derogantibus dolui, vt pro eis, tanquam à meipſo commiſſis, me humiliauerim & afflixerim: iram tuam & iuſtam vltionem, ab ipſis patratoribus ſcelerum auertere conatus. Lugent enim homines probi, cum læſos & iniuria paſſos, tum maximè lædentes & iniurios. Nam & Ariſtoteles, minorem eſſe iniuriam, pati iniuriam: maiorem, iniuriam inferre, decreuit. Et Socrates apud Platonem in Gorgia: Secundum, meam ſententiam (inquit) ò Pole, qui iniuriatur, iniuſtusque eſt, omnino eſt ante alios miſer: miſerior autem ſi iniuriarum pœnas nunquam luat: minus vero miſer ſi luat, ſuppliciumque iuſtum diis hominibusque reportet. Hæc ille. Quem forſitan indicauit atque citauit Hieronymus, cũ ad Marcũ presbiterum ſic ſcribit: Apud Chriſtianos enim, non qui patitur, (vt ait quidam) ſed qui facit contumeliã, eſt miſer. Si non Paulũ indicaſſe putemus, qui Corinthios in in hunc modũ obiurgat. Quare non magis iniuriã accipitis? quare nõ magis fraudẽ patimini? ſed vos iniuriã facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.

Pſa. 68. 10.
Rom. 15. 3.
1. Cor. 6. 7.

37 * Infirmatur ergo cũ ægrotantibus Habacuc, & alienis ſcãdaliſ vritur. Dolet ac queritur, in populo Dei iniquitatẽ & proborum moleſtiã & oppreſſionẽ, prædam & iniuſtitiã graſſari. Idque etiam manifeſte & palã: nulla eorũ, qui virtute conſpicui, Dei honorẽ & ciuiũ ſalutẽ tuerentur, prorſus habita reuerentia aut pudore. Hoc enim ſignificat, *Contra me*, corã me, & ante oculos meos. Sicque etiã Septuaginta verterunt ἐξεναντίας μου, id eſt, Ex aduerſo mei. Hocque Hebraica dictio נֶגֶד frequenter importat, Coram, ante, in conſpectu, è regione, ex aduerſo, vt paſſim transfertur in vulgata editione: notiorque & vulgarior res eſt, quam vt teſtimoniis debeat comprobari. Vnde & illud: Peccatum meum contra me eſt ſemper: hunc habet ſenſum: Peccatum meum perpetuo coram me eſt, & ſceleris admiſſi memoria iugiter

Pſ. 50. 4.

ob oculos mentis verſatur & oberrat : cuius conſideratione & aſpectu,inceſſanter diſcrutior & enecor. * Porrò, *Iniquitas*, voca- 38
bulum generale eſt, omne vitium, quo à recta ratione deflectimus, comprehendens. *Labor*, moleſtiam ſignificat,& ea miſeriarum genera omnia, quibus prẹmitur humana conditio : quorum maxima plerumque pars iuſtos & innocentes inuadit. Actiue porro in hoc loco *Labor* vſurpari videtur, pro moleſtia, & afflictione, & miſeriis, quibus probos ſcelerati diuexant. Quomodo etiam accipitur Pſalmo quinquageſimo quarto, vbi Dauid corruptelam ſui ſeculi depingens, Habacucoque concinens, ſic ſcribit. Præcipita Domine, diuide linguas eorum : quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros eius iniquitas,& labor in medio eius, & iniuſtitia. Et non defecit de plateis eius vſura & dolus. Habent autem ad verbum Hebraica : Submerge Domine, diuide linguam
Pſa.56.10. eorum : quoniam vidi חָמָס & רִיב in ciuitate. Die ac nocte circumdederunt eam ſuper muros eius. (Ideſt, plusquam muri eius.) Et אָוֶן & עָמָל in interiori eius, הַוּוֹת in interiori eius, & non recedet è platea eius fraus & dolus. Quid autem hæ voces ſignificent, mox in ſequentibus fiet manifeſtum. *Præda*, omne rapinæ genus eſt, omnem rerum alienarum iniuſtam contrectationem, & iniquum vſum complectitur : ſiue fraude, ſiue dolo, ſiue vi, rem alienam contrectari cõtingat. Pro *Iniuſtitia*, idem eſt nomen Hebrẹis חָמָס, quod ſuperius pro *Vi* : omne genus iniuſtitiæ & iniuriæ, omne damnum atque malum deſignans. Ex Iudaicæ quippe gentis criminum & peccatorum aſpectu, cuncta ſe hæc perpeti Propheta teſtatur, ſecundum Latinæ Vulgatæ, quin & Græcæ, tranſlationis ſententiam.

* Illud enim diſſimulandum non eſt, Vulgatum interpretem 39
& Septuaginta ſeniores, paraphraſticè vertiſſe, *vim patiens* : Neque enim participium *Patiens* Hebræis eſt; ſed tantummodo ad verbum ſic habent : Vſquequò Domine clamaui, & non exaudies ? vociferabor ad te חָמָס (Ideſt, rapinam, iniquitatem, mendacium : hæc enim omnia hæc dictio ſignificat) & non ſaluabis ? Vt quid oſtendes mihi אָוֶן (ideſt, iniquitatem, iniuſtitiam, dolorem, luctum,

luctum,mendacium,& vanitatem) & עָמָל aſpicere me facies (id-
eſt,peruerſitatem,miſeriam,laborem, iniquitatem , mendacium ,
transgreſſionem,præuaricationem,& fraudem : cuncta hæc enim
hæc vox comprehendit) & שֹׁד (ideſt , rapinam , direptionem ,
40 ærumnam,miſeriam, & vaſtitatem) & חָמָס contra me. * Id eſt,co-
ram me ? Poteſt autem ſenſus eſſe Prophetæ : Vſquequò Domine
fruſtra clamabo & vociferabor ad te : Populum tuum plenum eſſe
ſceleribus,iniquitate,rapina,fraude, mendacio , direptione atque
vaſtitate : quę minoribus inferunt potentiores ? Vſquequò ne-
quicquam aſpicere me facies,Populum tuum plenum eſſe dolore,
luctu,ærumnis,atque miſeriis , quæ pauperes à diuitibus, plebs à
iudicibus,patiuntur ? Quandoquidem ego aſpectu diſcrutior,nec
41 illis oratione proficio. * Vtitur autem ſynonymia figura Habacuc
(Quo elocutionis genere vti conſueuimus, quoties vno verbo nō
ſatis videmur dignitatem, aut magnitudinem rei demonſtrare :
ideoque in eandem ſignificationem plura congerimus) cum vt
populi Iudæorum conditionem calamitoſam amplificet, tum eti-
am vt ſuam orationem vehementiorem & concitatiorem efficiat.
Similiter vulgatus interpres Iob capite 19. Vim patiens,interpre- Iob. 19. 7.
tatus eſt : cum tantummodo ſint in Hebræo eadem met verba quæ
apud Habacuc : אֶצְעַק חָמָס , Ideſt ; Clamabo vim.

3 *Et factum eſt iudicium & contradictio potentior.*

42 CRVCIARI ſe admodum ac conſumi , in præcedenti-
bus dixerat Habacuc,hocque vnum vociferari iamdiu :Quod
nihil ferme in populo Dei,præter laborem & iniquitatem , præter
prædam & iniuſtitiam, videret ; Quocunque pergeret, hæc tan-
tum haberet obuiam,in hæc mala paſſim incideret : eò quod vn-
dique publicè graſſarentur. His adiungit : Rixam & contentio-
nem ad ſummum deueniſſe, ſtetiſſeque iam in pręcipiti. Verbum
enim נָשָׂא , à quo deducitur dictio יִשָּׂא , quæ à vulgato transfer-
tur *Potentior*, ſubleuare (vt iam diximus) & exaltare eſt , haben-
que ad verbum Hebraica : Et fuit lis & contentio exaltauit : יִשָּׂא
וַיְהִי רִיב וּמָדוֹן. Ergo verborum Prophetæ eadem, quę & Poëtę,
ſententia eſt :

Digitized by Google

Nil erit vlterius quod noſtris moribus addat
Poſteritas, eadem cupient facientq́ minores.
Omne in præcipiti vitium ſtetit. Hoc eſt:
Vix vltra quo iam progrediatur habet.

* Vel, manſuetis ac mitibus hominibus depreſſis & abie- 43
ctis, contentioſos & iniurios extolli atque dominari, conque-
ritur Habacuc? Dum enim manſueti ac ſedati viri facilè ce-
dunt: rixoſi, & turbulenti, ac χειροδίκαι, rerumpublicarum po-
tiuntur, & tyrannidem in illos exercent. Vt autem Prophetæ
verba commodius intelligantur, ſcire oportet: *Iudicii* nomen
apud Latinum interpretem, plures habere ſignificationes, iuxta
varia Hebraicæ linguæ vocabula: pro quibus omnibus hæc
vna vox in Vulgata editione poni conſueuit. * Aliquando enim 44
vocabulum Hebraicum דִּין, hoc nomine *Iudicium* commutatur,
Iob. 36. 17. vt apud Iob, vbi legimus: Cauſa tua quaſi impii iudicata eſt, cau-
ſam iudiciumq́ue recipies. Sæpiſſimè ponitur pro dictione
Deut. 27. 19. מִשְׁפָּט; vt in Deuteronomio: Maledictus qui peruertit iudici-
um. Et in hoc noſtro Propheta, vbi dicitur verſu ſequenti:
Propterea egreditur iudicium peruerſum. * At in hoc, quem ex- 45
ponimus, loco, pro *Iudicium*, in Hebræo eſt רִיב, quod pro-
priè priorem iudicii partem & initium, litigium nempe, & li-
tigantium concertationem importat. Vnde capite decimoſepti-
Deut. 17. 8. mo Deuteronomii, vbi nos legimus in vulgata editione: Si diffi-
cile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſan-
guinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram,
& iudicum inter portas tuas videris verba variari: Hebræi legunt:
Verba litigiorum ſeu litium: id eſt, litigantium in portis tuis. Eſt
enim in Hebræo pluralis רִיבֹת. Hinc ad rixam atque iurgium
transfertur hæc vox: etiam ſi cauſa coram iudice non agatur. Qua-
Gen. 13. 7. lis facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Lot: hoc enim
vocabulo in Hebræo nuncupatur, quod etiam Iurgium mox ver-
tit Latinus interpres: ſubdit enim Abram: Ne quæſo ſit iurgi-
um inter me & te. Septuaginta verterunt, Pugna. * Hæc ea- 46
dem ſignificationis vis & notatio, illarum dictionum eſt: Iudi-
Pſal. 34. 1. ca Domine nocentes me. Id eſt, Domine ſuſcipe pro me rixam,
quam

quam maleuoli parant aduerſum me. Et illud: Surge Domine, Pſa.73.22.
iudica cauſam tuam. Et illud etiam apertiſſime apud Ieremi-
am: Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, ait Domi-
nus, & cum filiis veſtris diſceptabo. In Hebræo namque pro,
Iudicio contendam; vnicum eſt verbum אָרִיב, id eſt, litigabo,
diſceptabo, contendam. Sed hactenus de iudicio dixiſſe ſuffi-
ciat.
47 *Eiuſdem ſignificationis eſt, *Contradictio*, ponitur ſiquidem in
Hebræo מָדוֹן. Quæ vox, quoniam deducitur à verbo דון, litem,
rixam, iurgium, & contentionem deſignat. Nam vbi legimus
in Prouerbiis: Vir iracundus prouocat rixas. Et ibi quoq;: Ho- Pro.15.18.
mo peruerſus (vel, vt habent Hebræa, Delator & ſuſurro) ſuſci-
tat litem. Sed & ibi: Eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgi- Pro.16.28.
um, pro Rixa, pro Lite, pro Iurgio, in Hebręo habetur מָדוֹן.
Eandem ergo rem ac ſententiam, quamuis alio vocabulo, repe- Pro.22.
tit Habacuc: ſunt enim repetitiones iſtæ affectu plenæ, & ob 10.
48 id in ſcriptura creberrimæ.*Quod autem dixit Hilarius in Pſal-
mum vigeſimum octauum ſupra centeſimum: Non ſolita eſt
diuina ſcriptura, res eaſdem geminis elocutionibus iterare, ſic
intelligo: Sacros authores non nude tantum per tautologiam,
aut battologiam, repetere: ſed verò cum ſententiæ vel affectus
49 augmento, aut maiore cum explicatione rei. * Deplorat igi-
tur & conqueritur Habacuc, Iurgioſos ac viriligatores, qui-
que ſola animi prauitate contentionem quærunt, & (vt poë-
tæ verbis dicam) litium & rixæ cupidos proteruæ; exaltari,
& in republica Iudæorum cæteris omnibus imperitare: pio-
rum atque iuſtorum facultates & bona, nunc vi, nunc fraude &
calliditate, corradere; deniquc aut artę, aut violentia, honores
& magiſtratus, ac populi regimen inuadentes, rerum omnium
50 ſumma, & reipublicæ gubernatione potiri.*Et quoniam, vt dixit
Theognis:

Conſentaneum eſt, malum virum male iura adminiſtrare,
Nullam in poſterum reuerentem deorum vindictam.

Et Plato, Neceſſe eſt, inquit, malam animam malè imperare at-
que curare.

Digitized by Google

4 ***Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſq; ad finem iudicium: quia impius praualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.***

QVONIAM ambitioſi (ait Propheta) & inquieti, rem- 51
publicam adminiſtrant, pugnaceſque & contentioſi, Magiſtratus in ciuitate & honores, denique iuriſdicundi poteſtatem adipiſcuntur: ob id leges laceratæ ſunt: vel (quod proprius ſignificat פוג) relaxatæ ſunt, ac remiſſæ. Vnde conſequens eſt, vt iudicia deſtinatum ac debitum finem nunquam aſſequantur. Eſt autem in hoc loco pro *Iudicium*, מִשְׁפָּט, quæ vox veri ac legitimi iudicis officium & munus complectitur, rectumque, & ex iure ac legibus prolatum iudicium comprehendit. Iudicia verò omnia (vt inquit Cicero) aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. Legitima verò & iuſta tunc erunt iudicia, ſi ius ſuum vnicuique tribuerint, ſi bonos honore, malos autẽ ſuppliciis affecerint, ſi demum iuſtũ ab iniuſto, bonũ à malo, ſcientia, non opinione, ſecreuerint.*Iudiciũ quippe (vt docet Ariſtoteles) iuſti atque iniu- 52
ſti diiudicatio eſt: Magiſtratus vero, iuſti ac legum propugnator & cuſtos. Legum namque propriũ munus hoc eſt, cuncta ex rationis pſcripto moderari, mortaliũ vitã dirigere quidq; ęquũ quidq;
Pſ.6.23. iniquũ ſit, iudices ac magiſtratus docere. Mandatũ (ait Sapiens) lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. His ſanè amotis & extinctis, iudiciũ contenebreſcat oportet: amiſſa via, aberret iudex, neceſſe eſt. Non ſecundum legem ſcriptam iudicare, ſed ſecundum iudicantis arbitriũ ſtatuere, quanquã permiſit Plato, at meritò Ariſtoteles piculoſum eſſe duxit. Quamuis ſi princeps eſſet bonus, ſatius ab eo regi, quam à bona lege, idem ipſemet Ariſtoteles, in libro de Republica, iudicauit. Sunt vtique leges amuſſis & regula iudiciorum. His relegatis & amandatis, vel certe relaxatis atque diſtortis, iudicium à rectitudine deflecter, legibus & iudiciis enectis, concidat reſpublica neceſſum eſt. Demoſthenes quippè dicebat: Ciuitatis animam eſſe leges: etenim vt exanime corpus procumbit, ſimiliter ciuitas, ſi leges abfuerint, nõ conſiſtit. Et Cicero pro Cluentio ſic ait: Mens, & animus, & conſilium,

lium,& ſententia ciuitatis,poſita eſt in legibus. Vt corpora noſtra ſine mente,ſic ciuitas ſine lege,ſuis partibus,vt neruis, ac ſanguine,& membris,vti non poteſt.

53 * Cæterum,pro *Vſque ad finem*, in Hebræo habetur, לָנֶצַח id Pſ.12.2
eſt,In ſeculum,vel,In ęternum. Quæ vox ſicut in oratione affirmatiua ſignificat Semper, vel Perpetuo,vt eſt illud: Vſquequo Domine obliuiſceris me in finem? Et illud quoque: Laborauit in Pſ.48.10.
æternum, & viuet adhuc in finem: ſic in oratione negatiua ſignificat Nunquam. Cuiusmodi eſt illud: Auertit faciem ſuam, ne videat in finem: id eſt, ne vnquam, vel, vt nunquam conſideret. Pſ.10.11.
Et illud etiam: Quoniam non in finem obliuio erit pauperis Pſal. 9. 19.
hoc eſt; quoniam nunquam Deus pauperes obliuiſcetur: Ergò Vatis noſtri ſenſus is eſt: Propterea quod in republica Iudæorum,iuris atque legum tutela, iudiciorumque poteſtas populi deniq; gubernatio,ad iniquos & iniurios ciues, ac violentos & litigioſos, deuoluta eſt, euenit,vt debilitatis, dilaniatis & amandatis legibus, nunquam verum, nunquam legitimum proferatur iudicium. De legitimo quippe iudicio,& de vero loquitur Habacuc; quodque ſuis partibus omnibus integrum & abſolutum exiſtat,& anima (quam,ex Demoſthene,legem eſſe diximus)
54 informetur ac vegetetur. *Etenim vt homo mortuus (Ariſtotele authore) quanquam figuræ formam habeat eandem, tamen homo ſimpliciter non eſt; ſed homo mortuus eſſe dicitur: ſic etiam iudicium,iuſtitia& æquitate deſtitutum,non vtique iudicium verè eſt,ſed (vt etiam à noſtro Propheta) iudicium peruerſum vocatur. Quod enim ſubinfert: *Quia impius praualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum*: ſuperioris ſententiæ repetitio eſt,& eorum,quę inuolutius dixerat,explicatio. Declarat ſiquidem Habacuc,per Rixam & Contentionem potentiores effectas,& exaltatas,impios & improbos intellexiſſe,qui,probis ac iuſtis repulſis ciuibus,potentiam & magiſtratum fuerint adepti, & reipublicæ gubernationem inuaſerint. Declarat inſuper, nunquam ob id peruenire iudicium: quia ſemper egreditur iudicium peruerſum: vacuum nimirum iuſtitia, veritateque exhauſtum & æquitate. Etenim (vt inquit Ambroſius) Iudicii finis iuſtitia eſt, in altero veritatis cuſtodia, in altero fructus eſt ęquitatis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Quinimo in diuina Scriptura (fortè propter vicinitatem, ſi- 55
gnificationis, vt Aurelius Auguſtinus exiſtimat) & pro iuſtitia iudicium, & iuſtitia ſumitur pro iudicio ſæpiſſimè. Illud enim:
Pſ. 36. 6. Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tamq̃ meridiem, eiuſdem ſententiæ repetitio eſt: vt eidem Auguſtino
Pſ. 105. 3. videtur. Sicut & illud quoque: Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Amantque diuini Scriptores, hæc duo ſimul frequentiſſimè ponere, ſynonyma, ſcilicet, & æquipollentia, quibus vti cõſueuerunt creberrime.*Vel 56
fortaſſis (vt ego ſuſpicor) cum hæc pariter copulantur, endiadyn figuram vſurpant, non ignotam quidem Hebræis, Græcis autem & latinis notiſſimam. Hac abuſus eſt Vergilius, cum dixit libro Georgicorum ſecundo: Pateris libamus & auro, pro Pateris auri. Et, Molemque & montes, pro Molem mon-
Gen. 1. 14. tium. Per hanc etiam illud dictum videtur: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem: & ſunt in ſigna & tempora. Id eſt, In ſigna temporum: non in futurorum prognoſtica, qualia demens Chaldæorum matheſis, & vana Genethliacorum ſuperſtitio, ex horoſcopo notauit. Cum ergo Iudicium & Iuſtitia iunguntur, iudicium iuſtum ſignificari coniicio: vt, Feciſſe iudicium & iuſtitiam, idem ſit, quod iuſtum iudicium. Idipſum *Iudicii* vox, abſolute poſita, ſignificare con-
Pſa. 36. 28. ſueuit. Quale eſt illud apud Pſalmographum: Quia Dominus amat iudicium, id eſt, iuſtitiam & æquitatem. Hoc nunquam prouenire, conſequitur Habacuc: quia impius præualet aduerſus iuſtum.

*Operæpretium vero annotare eſt, in Hebræo pro *Prævalet*, 57
eſſe verbum כָּתַר, quod vallare & circumdare ſignificat. Dictio autem אֶת, pro qua tranſtulit *Aduerſus* editio vulgata, articulus quoque eſt, plerumque accuſatiuo deſeruiens. Itaque ex Hæbręo commodiſſimè verteretur: Quia impius vallat, aut circumdat iuſtum. Cæterum in diuina Scriptura, qui alium tuendum ac defendendum ſuſcepit, illum vallare ac circumdare perhibe-
Iob. 1. 9. tur. Numquid Iob fruſtra timet Deum? inquit Satan. Nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſamque ſubſtantiam per
Pſal. 31. 10. circuitum? Dauid autem: Multa flagella peccatoris: ſperantem autem

Digitized by Google

autem in Domino miſericordia circumdabit. Ac rurſus: Immittet (hoc eſt, diffundet ſeſe) Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Eſt enim pro immittet, Græcis παρεμβαλεῖ, id eſt, caſtrametabitur. Et Hebræis eſt verbum חָנָה, cuius vice vulgatus interpres ſæpiſſimè Caſtrametari, vel Caſtra Pſal. 33. 8.
58 ponere, vel Circumdare, reddit. *Hinc euenit, vt olim victores, quique patriam aut ciuem ſeruaſſent, corona donari ſint ſoliti: quippè quæ muri typum gerit. Quaſi ei vallum aut murus fuiſſet, qui vel patriam vel ciuem ſeruaſſet. Et apud ſcriptores diuinos, ei pro muro dicitur fuiſſe, qui quempiam ab iniuria aſſeruerit. De Dauid enim, atque de eius comitibus, vnus de Nabal pueris aiebat: Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die, omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges. Imo verò regis diadema, ſeu corona, vocatur כֶּתֶר, à verbo כָּתַר, quaſi vallum aut murus: quod rex ſubditis atque reipublicæ, pro muro & vallo eſſe conueniat. Quanquam econtrario, Pagninus verbum כָּתַר deduci vult à dictione כֶּתֶר, vt proprie Coronare ſignificet. Vnde vertit apud Habacuc: Quia impius circumdat inſtar coronæ iuſtum, propterea egredietur iudicium peruerſum. Exod. 15. 20. Exo. 14. 2. Zach. 9. 8. 1. Reg. 25. 16.

59 * Ergo, vt propoſitum agamus, hæc verba noſtri Prophetæ, hanc ſententiam habere cenſemus. Quoniam impiis ac ſceleratis hominibus iuſtorum & innocentium cuſtodia, vt ouium lupo, commiſſa eſt; ſemper egreditur iudicium peruerſum. Gubernari oportet malos à bonis (Euripides aiebat) & parere ſe melioribus. Si verò impios in ciuitate promoueris, ſurſum atque deorſum tota vita noſtra inopinato peruertitur. Sutores (dixit Plato) ſi praui & perditi ſint, quanquam diſſimulet ciuitas, nihil inde periculi imminet. Cuſtodes verò reipublicæ ac legum, ſi re vera non ſint, ſed videantur, vrbem totam funditus perdunt.

60 * Hactenus igitur Habacuc, dum illis à Deo medicinam expoſcit, Iudæorum peccata recenſuit. Maximè verò (quod omnibus Prophetis familiare eſt) Principes & Magiſtratus incuſat: quoniã quicquid in republica iniquitatis ac ſcelerũ fit, ab his, tanq̃

à turbido & lutulento fonte, deriuetur. Etenim,ſecundum iudi-
Eccl.10.2. cem populi (inquit Syrach) ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis,tales & inhabitantes in ea. Facere rectè ciues ſuos (inquit Velleius Paterculus) princeps optimè faciendo docet: Cumque ſit imperio maximus, exemplo eſt maior. Denique componitur orbis:

Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

Vt eleganter cecinit Claudianus. Neoptolemus apud Sophoclem in Philoctete, dum ſimulate conqueritur, arma patris ſui Achillis iniuſte ſibi fuiſſe prærepta, Vliſſique data, ſic ait:

Principibus omnia, quos penes rerum fuit
Summa, imputo, nam vrbs à magiſtratu, à duce
Exercitus dependet, exemplo ducum
Peccant frequenter milites.

* Quales autem fuerint principes Iudæorũ, graphicè deſcribit 61
Soph.3.3. Sophonias, dicens: Principes eius in medio eius, quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſpere, non relinquebant in mane. La-
Ezech.22. 6. tius autem Ezechiel: Ecce principes Iſraël ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te (ô Ieruſalem) ad effundendum ſanguinem. Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupillum & viduam contriſtauerunt apud te. Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui. Verecundiora patris diſcooperuerunt in te, immunditiam menſtruatæ humiliauerunt in te. Et vnuſquiſque in vxorem proximi ſui operatus abominationem, & ſocer nurum ſuam polluit nefariè, frater ſororem ſuam filiam patris ſui oppreſſit in te. Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem: vſuram & ſuperabundantiam ſuſcepiſti, & auare proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus. Verba Ezechielis hucuſque. Veruntamen querelarum ſatis ſit: iam verò quid Habacuco Dominus reſponderit, audiamus.

5 Aſſi-

Digitized by Google

5 *Aſpicite in Gentibus,& videte,admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur.*

62 NON diu patitur miſericors Deus,angi iuſtum, & expectatione torqueri. Non diu ſuſtinet, piorum vota eſſe irrita, qui cordis pauperum etiam præparationem exaudit. Reſpondet igitur Habacuco: Iam iam Iudaicarum iniquitatum ſupplicium & caſtigationem imminere,denuncians: propediem quippe aduentare Chaldæos,trucem atque efferam gentem, qui debitam vltionem expoſcant. Ita tamen ſuppliciorum optimus artifex minas,& terrores attemperat: vt futuræ,ſeu impendentis, calamitatis mole propoſita,metum auditoribus & religionem incutiat: illoſque ipſos,quibus minas & terrores intentat,à corrupta & praua conſuetudine vitæ, ad morum emendationem & correctionem hortetur: atque officium & honeſtatem,ſi non amore virtutis, ſaltem pœnarum formidine,traducat.Futurum proculdubio,vt ſi vel minus deterriti reſipiſcant,ſupplicia quoque & propoſitas pœnas, & prædictas calamitates euadant. Scriptum eſt enim: Si dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium & iuſticiam,& pignus reſtituerit ille impius,rapinamq; reddiderit,in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum: vita viuet & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit,non imputabuntur ei: iudicium & iuſticiam fecit, Ezech. 33. 14.
63 vita viuet. * Ergo, vt Iudæos Deus ad ſcelerum pœnitentiã impellat; magnitudinem impendentium malorum, flagellorum acerbitatem,multis ac miris modis amplificat. Hoſtium namque genus,& animos, mores,copias,velocitatem, promptitudinem, apparatus,& id genus cætera omnia,enumerat, explicat, exaggerat: quibus maior in bello crudelitas, maior calamitas timeri queat. Ait enim: *Aſpicite in Gentibus & videte; admiramini,& obſtupeſcite.* Priora verba,ſupplicii celeritatem & propinquitatem; poſteriora,immanitatem ſignificant.His fieri incipientibus (ait Dominus) reſpicite & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.Iſaias vero: Obſtupeſcite & admiramini: fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab Luc. 21. 28. Iſa. 29. 9.

ebrietate. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis: claudet oculos veſtros, Prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet. Porrò, *Aſpicite in Gentibus*, idem eſt, quod Aſpicite Gentes: videte propediem ingruentes & aduentantes Chaldæos. Hebræis enim actiua verba, ב, litera adhæſionis conſtruuntur pro accuſatiuo. Cuiuſmodi eſt illud in Pſalmis: Quoniam tu hæreditabis omnes gentes. Id eſt, Tu conſequêris hæreditatem omnium gentium.

Pſal. 81. 8.

Cæterum pro בַּגּוֹיִם. Id eſt, *In gentibus*, quod nunc legitur in Hebraicis codicibus, quoque Paraphraſtes Chaldæus, Aquila, Symmachus, & Theodotio legerunt בּוֹגְדִים pro qua voce vulgatus interpres, infra verſu decimotertio, Iniqua agentes, interpretatus eſt. Septuaginta verò hic & ibi, Contemptores καταφρονοῦντας verterunt. His Lucas Euangeliſta conſentit: qui Pauli referens concionem, quam habuit in Synagoga Antiochiæ, in hunc modum Vatis
Act. 13. 41. verba traduxit. Videte contemtores, & admiramini, & diſpertimini: quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non credetis, ſi quis enarrauerit vobis. Neque (vt quidã voluerunt) Apoſtolus aut Euangeliſta, ab Hebraico recedens, Septuagintaque ſequens, hæc intulit.*Affirmat namque Hieronymus in epiſtola ad 65
Pammachium, de optimo genere interpretandi: & in Apologia aduerſus Rufinum: & in commentariis ad tertium caput Malachiæ: & in procemiis librorum decimiquinti & decimiſexti commentariorum in Iſaiam, & in aliis locis: Apoſtolos, & Euangeliſtas, ea tantum de Septuaginta interpretibus, vel ſuis vel eorum verbis ponere teſtimonia, quæ cum Hebræo conſonarent. Ergo Septuginta ſeniores, & Apoſtolus & Euangeliſta, ex Hebraico Contemtores dixerunt: legerunt etenim בֹּגְדִים: Neque idcirco vulgatus interpres vitioſam lectionem ſequutus, *In Gentibus* tranſtuliſſe, putandus eſt: non enim oſcitantia ſcriptorum, aut alio vel errore vel auſu, duplex lectio Hebræos libros inuaſit: ſed Spiritus ſancti artificio, vt alio loco dicturi ſumus. Quippe contumaces Iudæos minax ſermo Dei loquentis affatur: quos tantorum ſcelerum nomine, Propheta apud eum accerſiuerat.

* *Admiramini & obſtupeſcite*, pro, Videte admiranda & ſtupenda, 66

da, poſitum eſt. Neque enim affectiones huiuſmodi imperari poſſunt alicui, quippe cum non volentes, ſed inuitos potius, idque etiam ſubitò ſoleant opprimere. Veruntamen, quicunque earum affectionum antecedentem imperat actionem, ipſas easdem, naturæ lege conſequentes, imperare videtur. Neque enim fieri poteſt, vt qui tam immane & ferox ſpectaculum videat, non admiretur & ſtupeſcat. Sunt qui putent, *Aſpicite*, ad oculorum ſenſus: *Videte*, ad animum & cogitationem pertinere. Ex cogitatione autem admirationem, ex admiratione ſtuporem, prouenire, compertum eſt. Ergo, Vatem incremento vti, arbitrantur, figura in rhetoricis ſatis ad amplificandum accommoda, & diuinis Scriptoribus non ignota. At vero in Hebræo pro *Admiramini, & obſtupeſcite*: idem verbum geminantur תמהו, Admiramini admiramini, quod & vertit Pagninus. Repetita autem eiusdem, aut æquipollentis verbi geminatio, vehementiorem atque concitatiorem (vt diximus) efficit orationem. Ergo ſingula verba expendenti, & de ſingulis philoſophanti: ſi neſciat, aut negligat, conſulere archetypa, aërem ſæpiſſime verberare continget, Par qui ęquoreis ſemina mandet aquis.

67 * *Quia opus factum eſt in diebus veſtris.* Pręteritum pro futuro, vſitatiſſimo Prophetarum more, ab interprete Vulgato poſitum eſt. Septuaginta per pręſens tempus verterunt: Quia opus ego operor in diebus veſtris. Pagninus nobiſcum conſentit. Symmachus tranſtulit per futurum: Quia opus fiet in diebus veſtris. Huic conſonat Tigurina translatio, Vatabli annotationibus illuſtrata, habet enim: Opus operabor in diebus veſtris. At Hebræa verbũ ex verbo: Quia opus operans in diebus veſtris, non credetis cum narrabitur. Quę quidem, quoquo modo tranſtuleris, Dei ſunt verba, ſignificantis, imminentem calamitatem Iudęis, non vtique caſu aut fortuna, ſed diuino conſilio euenturam. Ego, ego ſum (Dominus inquit) qui veſtris deploratiſſimis moribus meritas pœnas & ſupplicium paro: *Quod nemo credet, cum narrabitur.* Ego ſum qui non longo poſt tempore, ſed in diebus veſtris, vos hoſtibus tradam; qui nulla non dira, duraque, in vos exercebunt facinora: quibus haud quaquam in poſterum quiſquam hominum habebit fidem. Nam veritas ſine veriſimilitudine (vt dixit Cicero

non facit fidem. verumq́ue eſt illud Naſonis. *Tarda ſolet magis rebus ineſſe fides.*

6 *Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua.*

ECCE, aduerbium demonſtrandi eſt, præſentiamq́ue aut pro- 68
ximitatem, atque rei celeritatem ſignificat: & ſæpiſſimè in diuina Scriptura nouitatem, vel magnitudinem rei, cui præponitur, indicare conſueuit. Pronomen, *Ego*, emphaſin habet, & cum ſcelerum Iudaicorum immanitatem, tum Dei indignationem, adauget. *Ego*, ſcilicet, Deus Abram, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus denique patrum veſtrorum, qui mihi vos in peculium, & funiculum hæreditatis elegeram, qui, quaſi pupillam oculi, cuſtodire vos conſueueram: ecce Egoipſe ſuſcitabo Chaldæos in veſtram vaſtationem atque ruinam. Eſt autem verbum, *Suſcitare*, translatitium ab his, qui vacantem aliquem, atque ſommo vel ocio indulgentem ad munus aliquod ſubeundum exitant, atque ſollicitant: metaphora diuinis autoribus vſitatiſſima, quęque ad aliquid vehementius agendum, ſiue in bonum ſiue in malum, frequentiſſimè ab eis vſurpetur.

* *Chaldæorum* nomine, Babylonios intelligit diuina Scriptura: 96
Fuit enim Babylon Chaldaicarum gentium caput atque metropolis, propter quam etiam reliqua Meſopotamiæ & Aſſyriæ pars,
Ezechi. 12. 13. Babylonia vocata eſt. Quod aperte oſtendit Ezechiel: cum Sedechiæ regis captiuitatem prædicens, ſic ait: Extendam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum. Vel, vt expreſſius habent Hebræa, Adducam eum in Babylonem terram Chaldæorum. Neque enim in Hebræo habetur præpoſitio, In. Sed quod addit Ezechiel, Terram Chaldæorum, epitaſin habet, quaſi dicat per exaggerationem. Adducam eum in Babylonem, in terram ſcilicet ſæuiſſimorum hoſtium. Nempe vt intulit Hababuc, dicens: *Suſcitabo Chaldæos*:
apponitq́ue è veſtigio: *Gentem amaram.* * Ariſtoteles Stagirita, eos 70
amaros eſſe, definit, qui cum difficultate placantur, longoq́; tempore

pore perſeuerant in ira. Sunt autem huiuſmodi homines ſibiip-
ſis,& amicis quoque moleſti. At Ego, *Amaram* in hoc loco, im-
perioſam,& tyrannidis affectatricem, poſſe ſignificare, ſubſuſpi-
cor: nam & hoc ſubiuncta declarant,& verbū מר in lingua Chal-
daica,cuius vocabula frequenter vſurpant Scriptores diuini, Do- Dan. 2.
minum aut Dominatorem ſignificat. Vt apud Danielem: Verè 47.
Deus veſter,Deus deorum eſt,& Dominus Regum. Et rurſus apud Dan.4.
eundem: Domine mi,ſomnium his, qui te oderunt. Conſenta- 16.
neum porrò videtur,Chaldæos dictione Chaldaica notari. Moro-
ſi igitur & difficiles ſunt,truces,& dominandi percupidi,& quibus
71 (vt dixit Lucanus) regandi ſola voluptas.* *Veloces* præterea & cler-
rimi, & conſiliis exequendis diligentiſſimi. Celeritas autem in
bello plus ſolet prodeſſe,quam virtus: vt Flauius Vegetius teſtatur
Alexanderque interroganti,Quomodo tam breui tempore toti-
us orbis imperium obtinuiſſet,reſpondit: Nihil cunctando,id eſt
celeritate. Et cum rex Perſarum Darius bellum Athenienſibus
intuliſſet: Athenienſes auxilium à Lacedæmoniis petierunt. At
vero dux belli Miltiades, non expectato auxilio, inſtructis decem
millibus ciuium,& Platenſibus auxiliaribus mille, aduerſus ſex-
centa milia hoſtium in campos Marathonios in prælium egredi-
tur. Plus præſidii in celeritate,quam in ſociis eſſe decernens. Vt
Pompeius Trogus ſcribit. Quamquam Iſocrates in Panegyrico,
Athenienſium ambitioni id attribuat: qui maluerint ſoli pericu-
loſiſſimi prælii aleam experiri,quam expectatis ſociis,victoriæ lau-
dem cum illis communicare. Aſueti præterea ſunt bellis, nimi-
rum in his educati: nam *Ambulant ſuper latitudinem terræ*: id eſt,
hac & illac cunctas gentes laceſſunt,atque bellis cunctas inuadunt.
Vt poſſideant tabernacula non ſua. Neque enim alienas regiones
diripiunt tantum,& deinde in Chaldæam reuertuntur, vt vos in
ſpem veniatis,poſſe in Palæſtina conſiſtere. Verum hic ſcopus &
mens eſt,vt alienas domos inhabitent, alienis poſſeſſionibus per-
fruantur. Præterea teſtis eſt Xenophon,ex raptu plurimos Chal-
72 dæorum,ex præda,& ex manubiis vixiſſe.* Alii his verbis: *Ambu-
lantem ſuper latitudinem terræ*,ſiue,Super latitudines terræ, quod
habent Hebræa: Chaldæorum copiam & multitudinem ſignifi-
cari,arbitrantur. Vſque adeò enim magnum ac numeroſum exer-

citum collecturus erat rex Babylonis, vt non poſſet locis anguſtis capi: ſed vero latiſſimos campos, ingentiaque ſpatia, deberet occupare. Quod ſi locum, qui eos capere poſſet, ampliſſimum eſſe oportebat: proculdubio fuiſſe copioſum eorum & exercitum, neceſſum fuit.

7 *Horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudicium & onus eius egredietur.*

TRVCVLENTA & ferox gens eſt, & quæ vultu crudelitatem præfert, aliosq; terret: vt que de Polyphemo Vergilius dixit: 73

Nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli.

Omnimodis quippe Deus terrorem calamitatis amplificat. Ergo, ex hac immani, imperioſa, celerrima, ſtrenua, atque numeroſa Chaldæorum gente, ſupplicium atque vindictam ſceleratiſſimi Iudæorum populi egredietur, ô Habacuc, quem tu tantis contaminatum flagitiis, tantis criminibus obnoxium deploras. Hac ipſa rapaciſſima, nocentiſſima, & iniuſtiſſima Chaldæorum manu, iniquitatem, laborem, prædam, & iniuſtitiam Iudæorum vlciſcat. Etenim, vt vetus quidam dixit Poëta:

Improbos aduerſus armat improbitas probè.

* *Onus* porro hoc eſt, quod ſe vidiſſe, ab initio dixerat Habacuc. 74
Relatiuum vero, *Eius*, populum indicat Iudæorum, cuius Vates recenſuerat peccata. Frequens enim diuinis ſcriptoribus mos eſt, relatiuum ponere ſine expreſſo antecedente. Cuiusmodi eſt illud in Pſalmis: Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. Dei ſcilicet. Vt etiam in Threnis, vbi dicitur: Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Quæ figura Anacoluthon vocatur. Vel *Eius* apud Habacuc, Impium refert, de quo Vates præmiſerat: Quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.

Pſal. 113. 2. Thr. 3. 1.

8 *Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis.*

PROPOSVERAT Prophetæ Deus, Chaldæorum gentem amaram ac permoleſtam eſſe omnibus, imperii atque tyrannidis auidam, & gentili velocitate (vt de Hiſpanis di- 75

nus) aptiſſimam ad furta bellorum. Hæc eadem, de more ſcripturæ, nunc explicat, atque latius dilatat. Quippe diuinis authoribus genus illud repetitionis familiare eſt, quod Græcis ἐπεξήγησις vocatur: quod id, quod breuioribus prius, & inuolutioribus dictum fuerat, apertioribus poſtmodum verbis, & explanatioribus inculcatur atque recinitur: ita vt poſterior ac ſubiuncta pars, veluti prioris ſit exegeſis, & interpretamentum. Ergo, quod Velocẽ vocauerat, nunc explicat, rationem apponens, celeresque ob id eſſe declarat, non ſolũ ꝙ & ipſi ſint: ſed etiã ꝙ pernicibus equis vtantur. Quę pręcipua equorũ eſt gloria: pulchritudine namq; pręcellere, ad ſpecimen potius & luxum, q̃ ad ſolidam vtilitatem ſpectat.

Optimus hic, quocunq; venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.

Sophocles in Oedipo Colonæo, ab equorum præſtantia maxime Atticam regionem commendat, dicens:

Laus alia adhuc memoranda
Reſtat, qua vel maxime hæc
Lucida tollitur vrbs ad ſidera.
Hoc magni inſigne Dei munus,
Quod equis excellat præſtantibus.

Comparatione autem, equorum velocitatem amplificat Habacuc: & hæc omnia ad calamitatis Iudæorum augmentum, & ad Chaldæorum virtutem bellicam exaggerandam, tot figuris & verborum ambitu, à Deo apud eum referuntur.

76 * *Leuiores pardis equi eius.* In genere ferarum, pardi velociſſimi ſunt, vt etiam in Africa condenſa arborum inſidentes, occultatiq; ramis, in prętereuntia deſiliant, atque è volucrum ſede graſſentur.

Quod autem non ceruorum aut leporum, aliorumúe animalium, quæ curſu pręſtant, ſed pardorum celeritati, equorum velocitatem aſſimilat; id in cauſa eſſe videtur: quod pardis, leonibus, tigribus, atque feris aliis id genus, non tam ad fugiendum pernicitas, quam ad perſequendum, Natura conceſſa eſt. Huc autem reſpexiſſe Habacuc, & propoſitis comparationibus, non ſolum velocitatem equorum, ſed ſæuitiam potius & feritatem, nocendique auiditatem notaſſe; illud non obſcure declarat, quod Vates è veſtigio ſubintulit.

citum collecturus erat rex Babylonis, vt non poſſet locis anguſtis capi: ſed vero latiſſimos campos, ingentiaque ſpatia, deberet occupare. Quod ſi locum, qui eos capere poſſet, ampliſſimum eſſe oportebat: proculdubio fuiſſe copioſum eorum & exercitum, neceſſum fuit.

7 *Horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudicium & onus eius egredietur.*

TRVCVLENTA & ferox gens eſt, & quæ vultu crudelitatem præfert, aliosq; terret: vtque de Polyphemo Vergilius dixit: 73

Nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli.

Omnimodis quippe Deus terrorem calamitatis amplificat. Ergo, ex hac immani, imperioſa, celerrima, ſtrenua, atque numeroſa Chaldæorum gente, ſupplicium atque vindictam ſceleratiſſimi Iudæorum populi egredietur, ô Habacuc, quem tu tantis contaminatum flagitiis, tantis criminibus obnoxium deploras. Hac ipſa rapaciſſima, nocentiſſima, & iniuſtiſſima Chaldæorum manu, iniquitatem, laborem, prædam, & iniuſtitiam Iudæorum vlciſcat. Etenim, vt vetus quidam dixit Poëta:

Improbos aduerſus armat improbitas probè.

* *Onus* porro hoc eſt, quod ſe vidiſſe, ab initio dixerat Habacuc. 74
Relatiuum vero, *Eius*, populum indicat Iudæorum, cuius Vates recenſuerat peccata. Frequens enim diuinis ſcriptoribus mos eſt, relatiuum ponere ſine expreſſo antecedente. Cuiuſmodi eſt illud in Pſalmis: Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. Dei ſcilicet. Vt etiam in Threnis, vbi dicitur: Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Quæ figura Anacoluthon vocatur. Vel *Eius* apud Habacuc, Impium refert, de quo Vates præmiſerat: Quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.

Pſal.113.2. Thr.3.1.

8 *Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis.*

PROPOSVERAT Prophetæ Deus, Chaldæorum gentem amaram ac permoleſtam eſſe omnibus, imperii atque tyrannidis auidam, & gentili velocitate (vt de Hiſpanis dixit Frontinus) 75

nus) aptiſſimam ad furta bellorum. Hæc eadem, de more ſcripturæ, nunc explicat, atque latius dilatat. Quippe diuinis authoribus genus illud repetitionis familiare eſt, quod Græcis ἐπιδιήγησις vocatur: quod id, quod breuioribus prius, & inuolutioribus dictum fuerat, apertioribus poſtmodum verbis, & explanatioribus inculcatur atque recinitur: ita vt poſterior ac ſubiuncta pars, veluti prioris ſit exegeſis, & interpretamentum. Ergo, quod Velocẽ vocauerat, nunc explicat, rationem apponens, celeresque ob id eſſe declarat, non ſolũ ꝙ & ipſi ſint: ſed etiã ꝙ pernicibus equis vtantur. Quę pręcipua equorũ eſt gloria: pulchritudine namq; pręcellere, ad ſpecimen potius & luxum, q̃ ad ſolidam vtilitatem ſpectat.

Optimus hic, quocunq; venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.

Sophocles in Oedipo Colonæo, ab equorum præſtantia maxime Atticam regionem commendat, dicens:

Laus alia adhuc memoranda
Reſtat, qua vel maxime hæc
Lucida tollitur vrbs ad ſidera.
Hoc magni inſigne Dei munus,
Quod equis excellat præſtantibus.

Comparatione autem, equorum velocitatem amplificat Habacuc: & hæc omnia ad calamitatis Iudæorum augmentum, & ad Chaldæorum virtutem bellicam exaggerandam, tot figuris & verborum ambitu, à Deo apud eum referuntur.

76 * *Leniores pardis equi eius.* In genere ferarum, pardi velociſſimi ſunt, vt etiam in Africa condenſa arborum inſidentes, occultatiq; ramis, in prętereuntia deſiliant, atque è volucrum ſede graſſentur.

Quod autem non ceruorum aut leporum, aliorumúe animalium, quæ curſu pręſtant, ſed pardorum celeritati, equorum velocitatem aſſimilat; id in cauſa eſſe videtur: quod pardis, leonibus, tigribus, atque feris aliis id genus, non tam ad fugiendum pernicitas, quam ad perſequendum, Natura conceſſa eſt. Huc autem reſpexiſſe Habacuc, & propoſitis comparationibus, non ſolum velocitatem equorum, ſed ſæuitiam potius & feritatem, nocendique auiditatem notaſſe; illud non obſcure declarat, quod Vates è veſtigio ſubintulit.

D 4 Et

* *Et velociores lupis veſpertinis.* Verbũ namq; Hebraicum חַדּוּ, 77
pro quo vertit *Velociores* Vulgatus: Acutiores proprie ſignificat,
quod ipſe conſtanter interpretari cõſueuit. Nam vbi dicitur apud
Ezech. 21. 9. Ezechielem: Gladius exacutus eſt & limatus. Et apud Iſaiam: Po-
Iſa.49.2. ſuit os meum quaſi gladium acutum, vtrobique hoc verbum ha-
betur in Hebræo. Poteſt autem ad velocitatem, & pariter ad ma-
gnitudinem, nocendiq; auiditatem transferri: ſicuti gladius acu-
tus, velox in ſecando atque lędendo eſt, & facile graue vulnus in-
Pſal. 51. 4. fligit. Vnde eſt illud in Pſalmis: Sicut nouaculo acuta feciſti do-
Pſal. 56. 5. lum. Et illud quoque: Filii hominum dentes eorum arma & ſa-
gittæ, & lingua eorum gladius acutus. Eſt enim in Hebraico חַדָּה,
genere fœminino: quia gladius in Hebræo eſt generis fœminini.
Equi porro ſtrenui in prælíis quamplurimum nocere ſolent. Et-
Iob.39. 24. enim (vt eſt apud Iob.) Equus terram vngula fodit, exultat auda-
cter, in occurſum pergit armatis: cõtemnit pauorẽ, nec cedit gla-
dio, vtque Maro elegantiſſime cecinit: ſi qua ſonum procul arma
dedere:

Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumq́, premens voluit ſub naribus ignem.

* Autor eſt Herodotus, Artybio duci Perſarum equũ fuiſſe, qui 78
pedibus ſimul atque ore in hoſtes laniandos inſurgeret, morſuq́ue
& calcibus & impulſu, longe lateq́ue ederet ſtragem. Occiſo præ-
terea Scytharum regulo ex prouocatione dimicante, hoſtem, cum
victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo eius ictibus morſuque cõ-
fectum; Plinius ſcribit. Retulit, teſte eodem, Philarcus: Centare-
tum quemdam è Galatis, in pugna Antiocho interempto, potitum
equo eius conſcendiſſe ouantem: at illum indignatione ſuccen-
ſum, domitis frenis, ne regi poſſet, præcipitem ſe in abrupta dediſ-
ſe, ſicq́ue ſe & equitem exanimaſſe. Tanta fidelitas equis, tanta fe-
ritas atque ſæuitia: tantum in bellis nocere ſunt ſoliti: ii præſer-
tim qui ad bellicam diſciplinam inſtructi, & frequenti pugnandi
vſu exercitati ſunt. Tales enim natura feroces, vincendi conſuetu-
dine ferociores euadunt, lituis atque tubis exultant, & ſanguine
lætantur effuſo.

Inter equos porro, quos tellus educat, omnes
Anteuolant celeres rapida leuitate Sicani,

Qui

Digitized by Google

Qui depaſcuntur Lilybaum gramine mollem,
Tinacriamq; onus Enceladi populantu anheli,
Qua Ætnæ flamminomis eructat faucibus ignes.
Armenii Siculis, Parthiq; Euphratis vndas Præſtant.

79 * Vt canit Oppianus: qui Chaldæorum leuitatem ac ferociam equorum, ſic in alio loco deſcribit. (Nullum autem arbitror ignorare, flumine Euphrate Babylonem interlui.)

Qui habitant virides Euphratis ad vndas,
Magnanimis vtuntur equis in bella leonum.
Lumina glauca vibrant, & magnum in pectore robur
Efferat audaces animos ad feruida bella.
Accedit leuitas curſus, quoq; ora leonis.
Intrepide perferre valent, vocesq; ſuperbas,
Cum reliqui fremitus nequeant tolerare minaces.

Hoc ipſum ſignificat Habacuc, & vt gentis Chaldaicæ truculentiam & ferocitatem oſtendat, ab equorum pernicitate ac ferocitate exaggerat, qui velocitate ad nocendum, pardos quoque, & animoſitate antecellant: Ad maioremque exaggerationem, alia atque alia cōparatione repetita, ididem rurſus Vates amplificat. Addit enim:

Et velociores lupis veſpertinis.

80 EST lupus truculentiſſimum animal, & in primis genitum ad ſæuitiam, quo nullum aliud magis à paſtoribus timetur: propterea quod non ventris tantum & famis gratia prædas parat, ſed ad ferocitatem & crudelitatem explendam, totos ſæpe greges trucidat Acutiſſimus denique & audaciſſimus eſt lupus: vtpote qui multa milliaria nocte vna ſoleat conficere: cumque ad prædam fuerit peruentum, omnia loca circumire coſueſcat, omnes aditus pertentare, procurrere vndique: vt & caueat ſibi ab inſidiis, & rapiendi commoditatem percipiat. Sunt autem plura luporum genera, ineſtque omnibus natiua celeritas. Etenim, vt canit Oppianus:

Plus ſatis huius abactoris ſua cognita forma eſt,
Quem iaculatorem primum dixere magiſtri.
Corporis eſt habitu paruo, ſed membra toroſus,

Digitized by Google

Et vaſtius caput, & curſu rapidiſſimus idem.
Eſt alius membris & toto corpore maior
Iſto, quiq; lupos prauertit curſibus omnes:
Accipitrem quidam appellant, rapidumq; latronem,
Hic magno fremitu cupidam petit arduus eſcam,
Dum imperioſa fames ſub prima crepuſcula cogit.
Aſt alter toto nigreſcit corpore, quamuis
Exiguus ſit, ei tamen inſunt robora magna.
Pracipuè lepores venatur, & impete magno
Arrectis horrore pilis inuadit in illos.

* Sunt igitur lupi celerrimi, vtpote qui celerrimo curſu lepores velociſſimos aſſequantur. Nicolaus Leonicus libro primo de varia hiſtoria, aliud genus luporum conſtituit, ſic ſcribens: In Sardinia lupi inueniuntur, magnitudine quidem à cæteris aliarum regionum lupis non differentes, corporis autem admiranda forma conſpicui. Siquidem agreſtibus ſimiles arietibus ſunt armis villoſioribus, cornua vero habent non à fronte exeuntia, & longũ extenſa: ſed ſecundum aures conuoluta. Mira autem corporum velocitate, vel omnia animalia facile ſuperare dicuntur. Hæc ille. Sed re vera ii, lupi non ſunt: & Muſlones in Sardinia appellantur. Meritò nihilominus Habacuc, vt equorum Chaldæorum ferociam leuitati coniunctam exprimeret, lupos in comparationem adduxit: cum omnia luporum genera, eximia celeritate prępolleant, egregiaque ferocitate ac ſæuitia, feris ferè omnibus antecellant. 81

* *Veſpertinos* autem, ob id quidam appellari arbitrantur: quod hæc ferarum genera, quæ cæde atque rapina viuunt, noctu ſuas prædas facere plerumque ſint ſolita. Quod eleganter deſcribit Pſalmographus, dicens: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Nocturnos igitur lupos, ſeu *Veſpertinos*, dici volunt: quod nocturno potiſſimum tempore prædas agant, atque cibos conquirant. Veſperæ quippe vocabulo Hebræis noctem ſignificari, vel illud manifeſte declarat. Factũque eſt veſpere & mane dies vnus. 82

Pſal. 103. 22. Geneſ. 1. 5.

Verumtamen cum ratio hæc, communis ſit omnibus feris,

cur

cur potius lupos Propheta, quam pardos, veſpertinos vocauit?
Imo, cur conſtanter Prophetæ: hoc epitheto tantummodo lupũ,
non pardum, non leonem, non vrſum, aut aliud animalium, nota-
runt? Nam & Sophonias ſic ſcribit: Iudices eius lupi veſpere: id Soph. 3. 3.
eſt, veſperæ, vel veſpertini. Eſt enim עֶרֶב in Hebręo, vt eſt etiam
apud Habacuc. Ieremias quoq; ſic ait: Lupus ad veſperam vaſtabit Ier. 5. 6.
eos. Ad veſperã porrò dixit, ꝑ Lupus Veſptinus, vel Lupus noctiũ:
eſt namq́; Hebræis עֲרָבוֹת. Cumq; leonum, luporũ, ac pardorũ Ie-
remias meminiſſet, ſolis lupis hoc attribuit epitheton. Ait enim:
Idcircò percuſſit eos leo de ſylua, lupus ad veſperam vaſtauit eos,
83 pardus vigilans ſuper ciuitates eorum. Ad hæc, qui de animalium
proprietatibus ſcripſerunt, id lupo præ cæteris proprium, at-
que peculiare eſſe aſſerunt: primo diluculo venatum egredi,
nocturnaque fame & inedia irritatum, velociorem ac ferocio-
rem, in prædam inuehi. Et Vergilius quod dixerat in Georgicis:
Non lupus inſidias explorat ouilia circum, Nec gregibus no-
cturnus obambulat. libro nono Æneidos declarat: lupum ſci-
licet non tota nocte, ſed circa matutina crepuſcula, vel ſaltem
media nocte tranſacta (vt Seruius interpretatur) venari. Ver-
gilii porrò verba ſic habent:

Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas ventos perpeſſus & imbres
Nocte ſuper media, tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: illi aſper & improbus ira
Sæuit in abſentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſicca ſanguine fauces.

Idipſum, ſed tamen apertius, cecinit Oppianus, cum dixit,
vt paulò ante relatum eſt:

Hic magno fremitu cupidam petit arduus eſcam,
Dum imperioſa fames ſub prima crepuſcula cogit.

Vel, vt verbum verbo reddamus:

Magno autem fremitu valde arduus it ad prædam
Sub primum crepuſculum: facile enim indiget cibo.

84 * Neque enim primum crepuſculum, veſpertinum, ſed
matutinum appellat: diluculum, ſcilicet, ac primam lucem, q̄
Homerus ἀμφιλύκην νύκτα vocauit, ait enim libro ſeptimo Iliadis.

à turbido & lutulento fonte, deriuetur. Etenim, ſecundum iudi-
Eccl.10.2. cem populi (inquit Syrach) ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Facere rectè ciues ſuos (inquit Velleius Paterculus) princeps optimè faciendo docet: Cumque ſit imperio maximus, exemplo eſt maior. Denique componitur orbis:

Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.

Vt eleganter cecinit Claudianus. Neoptolemus apud Sophoclem in Philoctete, dum ſimulate conqueritur, arma patris ſui Achillis iniuſte ſibi fuiſſe prærepta, Vliſſique data, ſic ait:

Principibus omnia, quos penes rerum fuit
Summa, imputo, nam vrbs à magiſtratu, à duce
Exercitus dependet, exemplo ducum
Peccant frequenter milites.

* Quales autem fuerint principes Iudæorũ, graphicè deſcribit 61
Soph. 3. 3. Sophonias, dicens: Principes eius in medio eius, quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſpere, non relinquebant in mane. La-
Ezech. 22. 6. tius autem Ezechiel: Ecce principes Iſraël ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te (ô Ieruſalem) ad effundendum ſanguinem. Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupillum & viduam contriſtauerunt apud te. Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui. Verecundiora patris diſcooperuerunt in te, immunditiam menſtruatæ humiliauerunt in te. Et vnuſquiſque in vxorem proximi ſui operatus abominationem, & ſocer nurum ſuam polluit nefariè, frater ſororem ſuam filiam patris ſui oppreſſit in te. Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem: vſuram & ſuperabundantiam ſuſcepiſti, & auare proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus. Verba Ezechielis hucuſque. Veruntamen querelarum ſatis ſit: iam verò quid Habacuco Dominus reſponderit, audiamus.

5 *Aſpicite in Gentibus,& videte,admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur.*

62 NON diu patitur miſericors Deus,angi iuſtum, & expectatione torqueri. Non diu ſuſtinet, piorum vota eſſe irrita, qui cordis pauperum etiam præparationem exaudit. Reſpondet igitur Habacuco: Iam iam Iudaicarum iniquitatum ſupplicium & caſtigationem imminere,denuncians: propediem quippe aduentare Chaldæos,trucem atque efferam gentem, qui debitam vltionem expoſcant. Ita tamen ſuppliciorum optimus artifex minas,& terrores attemperat: vt futuræ,ſeu impendentis, calamitatis mole propoſita,metum auditoribus & religionem incutiat: illoſque ipſos,quibus minas & terrores intentat,à corrupta & praua conſuetudine vitæ, ad morum emendationem & correctionem hortetur: atque officium & honeſtatem,ſi non amore virtutis, ſaltem pœnarum formidine,traducat.Futurum proculdubio,vt ſi vel minus deterriti reſipiſcant,ſupplicia quoque & propoſitas pœnas, & prædictas calamitates euadant. Scriptum eſt enim: Si dixero impio,Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium & iuſticiam,& pignus reſtituerit ille impius,rapinamq; reddiderit,in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum: vita viuet & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit,non imputabuntur ei: iudicium & iuſticiam fecit, Ezech. 33. 14.
63 vita viuet. * Ergo, vt Iudæos Deus ad ſcelerum pœnitentiã impellat; magnitudinem impendentium malorum, flagellorum acerbitatem,multis ac miris modis amplificat. Hoſtium namque genus,& animos, mores,copias,velocitatem, promptitudinem, apparatus,& id genus cætera omnia,enumerat, explicat, exaggerat: quibus maior in bello crudelitas, maior calamitas timeri queat. Ait enim: *Aſpicite in Gentibus & videte; admiramini,& obſtupeſcite.* Priora verba,ſupplicii celeritatem & propinquitatem; poſteriora,immanitatem ſignificant.His fieri incipientibus (ait Dominus) reſpicite & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.Iſaias vero: Obſtupeſcite & admiramini: fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab Luc. 21. 28. Iſa.29.9.

Digitized by Google

ebrietate. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis & claudet oculos veſtros, Prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet. Porrò, *Aſpicite in Gentibus*, idem eſt, quod Aſpicite Gentes: videte propediem ingruentes & aduentantes Chaldæos. Hebræis enim actiua verba, ב, litera adhæſionis conſtruun-

Pſal. 81. 8. tur pro accuſatiuo. Cuiusmodi eſt illud in Pſalmis: Quoniam tu hæreditabis omnes gentes. Id eſt, Tu conſequêris hæreditatem omnium gentium.

Cæterum pro בַּגּוֹיִם. Id eſt, *In gentibus*, quod nunc legitur in Hebraicis codicibus, quoque Paraphraſtes Chaldæus, Aquila, Symmachus, & Theodotio legerunt בֹּגְדִים pro qua voce vulgatus interpres, infra verſu decimotertio, Iniqua agentes, interpretatus eſt. Septuaginta verò hic & ibi, Contemptores καταφρονοῦντας verterunt. His Lucas Euangeliſta conſentit: qui Pauli referens concionem, quam habuit in Synagoga Antiochiæ, in hunc modum Vatis

Act. 13. 41. verba tradit. Videte contemtores, & admiramini, & diſpertimini: quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non credetis, ſi quis enarrauerit vobis. Neque (vt quidã voluerunt) Apoſtolus aut Euangeliſta, ab Hebraico recedens, Septuagintaque ſequens, hæc intulit.* Affirmat namque Hieronymus in epiſtola ad 65

Pammachium, de optimo genere interpretandi: & in Apologia aduerſus Rufinum: & in commentariis ad tertium caput Malachiæ: & in proœmiis librorum decimiquinti & decimiſexti commentariorum in Iſaiam, & in aliis locis: Apoſtolos, & Euangeliſtas, ea tantum de Septuaginta interpretibus, vel ſuis vel eorum verbis ponere teſtimonia, quæ cum Hebræo conſonarent. Ergo Septuaginta ſeniores, & Apoſtolus & Euangeliſta, ex Hebraico Contemtores dixerunt: legerunt etenim בֹּגְדִים: Neque idcirco vulgatus interpres vitioſam lectionem ſequutus, *In Gentibus* tranſtuliſſe, putandus eſt: non enim oſcitantia ſcriptorum, aut alio vel errore vel auſu, duplex lectio Hebræos libros inuaſit: ſed Spiritus ſancti artificio, vt alio loco dicturi ſumus. Quippe contumaces Iudæos minax ſermo Dei loquentis affatur: quos tantorum ſcelerum nomine, Propheta apud eum accerſiuerat.

* *Admiramini & obſtupeſcite*, pro, Videte admiranda & ſtupen- 66

da,

Digitized by Google

da, poſitum eſt. Neque enim affectiones huiuſmodi imperari poſſunt alicui, quippe cum non volentes, ſed inuitos potius, idque etiam ſubitò ſoleant opprimere. Veruntamen, quicunque earum affectionum antecedentem imperat actionem, ipſas eaſdem, naturæ lege conſequentes, imperare videtur. Neque enim fieri poteſt, vt qui tam immane & ferox ſpectaculum videat, non admiretur & ſtupeſcat. Sunt qui putent, *Aſpicite*, ad oculorum ſenſus: *Videte*, ad animum & cogitationem pertinere. Ex cogitatione autem admirationem, ex admiratione ſtuporem, prouenire, compertum eſt. Ergo, Vatem incremento vti, arbitrantur, figura in rhetoricis ſatis ad amplificandum accommoda, & diuinis Scriptoribus non ignota. At vero in Hebræo pro *Admiramini, & obſtupeſcite*: idem verbum geminantur תמהו, Admiramini admiramini, quod & vertit Pagninus. Repetita autem eiuſdem, aut æquipollentis verbi geminatio, vehementiorem atque concitatiorem (vt diximus) efficit orationem. Ergo ſingula verba expendenti, & de ſingulis philoſophanti: ſi neſciat, aut negligat, conſulere archetypa, aërem ſæpiſſime verberare continget, Par qui ęquoreis ſemina mandet aquis.

67 * *Quia opus factum eſt in diebus veſtris*. Prętéritum pro futuro, vſitatiſſimo Prophetarum more, ab interprete Vulgato poſitum eſt. Septuaginta per prę́ſens tempus verterunt: Quia opus ego operor in diebus veſtris. Pagninus nobiſcum conſentit. Symmachus tranſtulit per futurum: Quia opus fiet in diebus veſtris. Huic conſonat Tigurina translatio, Vatabli annotationibus illuſtrata, habet enim: Opus operabor in diebus veſtris. At Hebræa verbũ ex verbo: Quia opus operans in diebus veſtris, non credetis cum narrabitur. Quę quidem, quoquo modo tranſtuleris, Dei ſunt verba, ſignificantis, imminentem calamitatem Iudęis, non vtique caſu aut fortuna, ſed diuino conſilio euenturam. Ego, ego ſum (Dominus inquit) qui veſtris deploratiſſimis moribus meritas pœnas & ſupplicium paro: *Quod nemo credet, cum narrabitur*. Ego ſum qui non longo poſt tempore, ſed in diebus veſtris, vos hoſtibus tradam; qui nulla non dira, duraque, in vos exercebunt facinora: quibus haud quaquam in poſterum quiſquam hominum habebit fidem. Nam veritas ſine veriſimilitudine (vt dixit Cicero

Digitized by Google

non facit fidem. verumque eſt illud Naſonis. *Tarda ſolet magis rebus ineſſe fides.*

6 *Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua.*

ECCE, aduerbium demonſtrandi eſt, præſentiamque aut pro- 68
ximitatem, atque rei celeritatem ſignificat: & ſæpiſſimè in diuina Scriptura nouitatem, vel magnitudinem rei, cui præponitur, indicare conſueuit. Pronomen, *Ego*, emphaſin habet, & cum ſcelerum Iudaicorum immanitatem, tum Dei indignationem, adauget. *Ego*, ſcilicet, Deus Abram, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus denique patrum veſtrorum, qui mihi vos in peculium, & funiculum hæreditatis elegeram, qui, quaſi pupillam oculi, cuſtodire vos conſueueram: ecce Egoipſe ſuſcitabo Chaldæos in veſtram vaſtationem atque ruinam. Eſt autem verbum, *Suſcitare*, translatitium ab his, qui vacantem aliquem, atque ſomno vel ocio indulgentem ad munus aliquod ſubeundum exitant, atque ſollicitant: metaphora diuinis autoribus vſitatiſſima, quæque ad aliquid vehementius agendum, ſiue in bonum ſiue in malum, frequentiſſimè ab eis vſurpetur.

* *Chaldæorum* nomine, Babylonios intelligit diuina Scriptura: 96
Fuit enim Babylon Chaldaicarum gentium caput atque metro
polis, propter quam etiam reliqua Meſopotamiæ & Aſſyriæ pars,
Ezechi.12. 13. Babylonia vocata eſt. Quod aperte oſtendit Ezechiel: cum Sedechiæ regis captiuitatem prædicens, ſic ait: Extendam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum. Vel, vt expreſſius habent Hebræa, Adducam eum in Babylonem terram Chaldæorum. Neque enim in Hebræo habetur præpoſitio, In. Sed quod addit Ezechiel, Terram Chaldæorum, epitaſin habet, quaſi dicat per exaggerationem. Adducam eum in Babylonem, in terram ſcilicet ſæuiſſimorum hoſtium. Nempe vt intulit Habacuc, dicens: *Suſcitabo Chaldæos*:
apponitque è veſtigio: *Gentem amaram.* * Ariſtoteles Stagirita, eos 70
amaros eſſe, definit, qui cum difficultate placantur, longoq; tem-

pore

pore perſeuerant in ira. Sunt autem huiuſmodi homines ſibiip-
ſis,& amicis quoque moleſti. At Ego, *Amaram* in hoc loco, im-
perioſam,& tyrannidis affectatricem, poſſe ſignificare, ſubſuſpi-
cor: nam & hoc ſubiuncta declarant,& verbũ מַר in lingua Chal-
daica,cuius vocabula frequenter vſurpant Scriptores diuini, Do- Dan. 2.
minum aut Dominatorem ſignificat. Vt apud Danielem: Verè 47.
Deus veſter,Deus deorum eſt,& Dominus Regum. Et rurſus apud Dan.4.
eundem: Domine mi,ſomnium his, qui te oderunt. Conſenta- 16.
neum porrò videtur,Chaldæos dictione Chaldaica notari. Moro-
ſi igitur & difficiles ſunt,truces,& dominandi percupidi,& quibus
71 (vt dixit Lucanus) regandi ſola voluptas.* *Veloces* prætereà & cler-
rimi, & conſiliis exequendis diligentiſſimi. Celeritas autem in
bello plus ſolet prodeſſe,quam virtus: vt Flauius Vegetius teſtatur
Alexanderque interroganti,Quomodo tam breui tempore toti-
us orbis imperium obtinuiſſet,reſpondit: Nihil cunctando,id eſt
celeritate. Et cum rex Perſarum Darius bellum Athenienſibus
intuliſſet: Athenienſes auxilium à Lacedæmoniis petierunt. At
vero dux belli Miltiades, non expectato auxilio, inſtructis decem
millibus ciuium,& Platenſibus auxiliaribus mille, aduerſus ſex-
centa milia hoſtium in campos Marathonios in prælium egredi-
tur. Plus præſidii in celeritate,quam in ſociis eſſe decernens. Vt
Pompeius Trogus ſcribit. Quamquam Iſocrates in Panegyrico,
Athenienſium ambitioni id attribuat: qui maluerint ſoli pericu-
loſiſſimi prælii aleam experiri,quam expectatis ſociis,victoriæ lau-
dem cum illis communicare. Aſueti præterea ſunt bellis, nimi-
rum in his educati: nam *Ambulant ſuper latitudinem terræ*: id eſt,
hac & illac cunctas gentes laceſſunt,atque bellis cunctas inuadunt.
Vt poſſideant tabernacula non ſua. Neque enim alienas regiones
diripiunt tantum,& deinde in Chaldæam reuertuntur, vt vos in
ſpem veniatis,poſſe in Palæſtina conſiſtere. Verum hic ſcopus &
mens eſt,vt alienas domos inhabitent, alienis poſſeſſionibus per-
fruantur. Præterea teſtis eſt Xenophon,ex raptu plurimos Chal-
72 dæorum,ex præda,& ex manubiis vixiſſe.* Alii his verbis: *Ambu-
lantem ſuper latitudinem terræ,ſiue, Super latitudines terræ, quod
habent Hebræa: Chaldæorum copiam & multitudinem ſignifi-
cari,arbitrantur. Vſque adeò enim magnum ac numeroſum exer-

citum collecturus erat rex Babylonis, vt non poſſet locis anguſtis capi: ſed vero latiſſimos campos, ingentiaque ſpatia, deberet occupare. Quod ſi locum, qui eos capere poſſet, ampliſſimum eſſe oportebat: proculdubio fuiſſe copioſum eorum & exercitum, neceſſum fuit.

7 *Horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudicium & onus eius egredietur.*

TRVCVLENTA & ferox gens eſt, & quæ vultu crudelitatem præfert, aliosq; terret: vtque de Polyphemo Vergilius dixit: 73

Nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli.

Omnimodis quippe Deus terrorem calamitatis amplificat. Ergo, ex hac immani, imperioſa, celerrima, ſtrenua, atque numeroſa Chaldæorum gente, ſupplicium atque vindictam ſceleratiſſimi Iudæorum populi egredietur, ô Habacuc, quem tu tantis contaminatum flagitiis, tantis criminibus obnoxium deploras. Hac ipſa rapaciſſima, nocentiſſima, & iniuſtiſſima Chaldæorum manu, iniquitatem, laborem, prædam, & iniuſtitiam Iudæorum vlciſcat. Etenim, vt vetus quidam dixit Poëta:

Improbos aduerſus armat improbitas probè.

* *Onus* porro hoc eſt, quod ſe vidiſſe, ab initio dixerat Habacuc. 74
Relatiuum vero, *Eius*, populum indicat Iudæorum, cuius Vates recenſuerat peccata. Frequens enim diuinis ſcriptoribus mos eſt,
Pſal.113.2. relatiuum ponere ſine expreſſo antecedente. Cuiusmodi eſt illud
Thr.3.1. in Pſalmis: Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. Dei ſcilicet. Vt etiam in Threnis, vbi dicitur: Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Quæ figura Anacoluthon vocatur. Vel *Eius* apud Habacuc, Impium refert, de quo Vates præmiſerat: Quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.

8 *Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis.*

PROPOSVERAT Prophetæ Deus, Chaldæorum gentem amaram ac permoleſtam eſſe omnibus, imperii atque tyrannidis auidam, & gentili velocitate (vt de Hiſpanis dixit Frontinus) 75

nus) aptiſſimam ad furta bellorum. Hæc eadem, de more ſcripturæ, nunc explicat, atque latius dilatat. Quippe diuinis authoribus genus illud repetitionis familiare eſt, quod Græcis ἐπεξήγησις vocatur: quod id, quod breuioribus prius, & inuolutioribus dictum fuerat, apertioribus poſtmodum verbis, & explanatioribus inculcatur atque recinitur: ita vt poſterior ac ſubiuncta pars, veluti prioris ſit exegeſis, & interpretamentum. Ergo, quod Velocẽ vocauerat, nunc explicat, rationem apponens, celereſque ob id eſſe declarat, non ſolũ ꝙ & ipſi ſint: ſed etiã ꝙ pernicibus equis vtantur. Quę pręcipua equorũ eſt gloria: pulchritudine namq; pręcellere, ad ſpecimen potius & luxum, q̃ ad ſolidam vtilitatem ſpectat.

Optimus hic, quocunq; venit de gramine, cuius
Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.

Sophocles in Oedipo Colonæo, ab equorum præſtantia maxime Atticam regionem commendat, dicens:

Laus alia adhuc memoranda
Reſtat, qua vel maxime hæc
Lucida tollitur vrbs ad ſidera.
Hoc magni inſigne Dei munus,
Quod equis excellat præſtantibus.

Comparatione autem, equorum velocitatem amplificat Habacuc: & hæc omnia ad calamitatis Iudæorum augmentum, & ad Chaldæorum virtutem bellicam exaggerandam, tot figuris & verborum ambitu, à Deo apud eum referuntur.

76 * *Leniores pardis equi eius.* In genere ferarum, pardi velociſſimi ſunt, vt etiam in Africa condenſa arborum inſidentes, occultatiq; ramis, in prętereuntia deſiliant, atque è volucrum ſede graſſentur.

Quod autem non ceruorum aut leporum, aliorumúe animalium, quæ curſu pręſtant, ſed pardorum celeritati, equorum velocitatem aſſimilat; id in cauſa eſſe videtur: quod pardis, leonibus, tigribus, atque feris aliis id genus, non tam ad fugiendum pernicitas, quam ad perſequendum, Natura conceſſa eſt. Huc autem reſpexiſſe Habacuc, & propoſitis comparationibus, non ſolum velocitatem equorum, ſed ſæuitiam potius & feritatem, nocendique auiditatem notaſſe; illud non obſcure declarat, quod Vates è veſtigio ſubintulit.

* *Et velociores lupis veſpertinis.* Verbũ namq; Hebraicum חַדּוּ, 77
pro quo vertit *Velociores* Vulgatus: Acutiores proprie ſignificat,
quod ipſe conſtanter interpretari cõſueuit. Nam vbi dicitur apud
Ezech. 21. 9. Ezechielem: Gladius exacutus eſt & limatus. Et apud Iſaiam: Po-
Iſa.49.2. ſuit os meum quaſi gladium acutum, vtrobique hoc verbum ha-
betur in Hebræo. Poteſt autem ad velocitatem, & pariter ad ma-
gnitudinem, nocendiq; auiditatem transferri: ſicuti gladius acu-
tus, velox in ſecando atque lędendo eſt, & facile graue vulnus in-
Pſal. 51. 4. fligit. Vnde eſt illud in Pſalmis: Sicut nouaculo acuta feciſti do-
Pſal. 56. 5. lum. Et illud quoque: Filii hominum dentes eorum arma & ſa-
gittæ, & lingua eorum gladius acutus. Eſt enim in Hebraico חַדָּה,
genere fœminino: quia gladius in Hebræo eſt generis fœminini.
Equi porro ſtrenui in præliis quamplurimum nocere ſolent. Et-
Iob.39. 24. enim (vt eſt apud Iob.) Equus terram vngula fodit, exultat auda-
ĉter, in occurſum pergit armatis: cõtemnit pauorẽ, nec cedit gla-
dio, vtque Maro elegantiſſime cecinit: ſi qua ſonum procul arma
dedere:

Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; premens voluit ſub naribus ignem.

* Autor eſt Herodotus, Artybio duci Perſarum equũ fuiſſe, qui 78
pedibus ſimul atque ore in hoſtes laniandos inſurgeret, morſuque
& calcibus & impulſu, longe lateque ederet ſtragem. Occiſo præ-
terea Scytharum regulo ex prouocatione dimicante, hoſtem, cum
victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo eius ictibus morſuque cõ-
fectum; Plinius ſcribit. Retulit, teſte eodem, Philarcus: Centare-
tum quemdam è Galatis, in pugna Antiocho interempto, potitum
equo eius conſcendiſſe ouantem: at illum indignatione ſuccen-
ſum, domitis frenis, ne regi poſſet, præcipitem ſe in abrupta dediſ-
ſe, ſicque ſe & equitem exanimaſſe. Tanta fidelitas equis, tanta fe-
ritas atque ſæuitia: tantum in bellis nocere ſunt ſoliti: ii præſer-
tim qui ad bellicam diſciplinam inſtructi, & frequenti pugnandi
vſu exercitati ſunt. Tales enim natura feroces, vincendi conſuetu-
dine ferociores euadunt, lituis atque tubis exultant, & ſanguine
lætantur effuſo.

Inter equos porro, quos tellus educat, omnes
Antevolant celeres rapida leuitate Sicani,

Qui

Qui depaſcuntur Lilybaum gramine mollem,
Tinacriamq; onus Enceladi populantu anheli,
Qua Ætna flammiuomis eructat faucibus ignes.
Armenii Siculis, Parthiq; Euphratis vndas Præſtant.

79 * Vt canit Oppianus: qui Chaldæorum leuitatem ac ferociam equorum, ſic in alio loco deſcribit. (Nullum autem arbitror ignorare, flumine Euphrate Babylonem interlui.)

Qui habitant virides Euphratis ad vndas,
Magnanimis vtuntur equis in bella leonum.
Lumina glauca vibrant, & magnum in pectore robur
Efferat audaces animos ad feruida bella.
Accedit leuitas curſus, quoq; ora leonis.
Intrepide perferre valent, voceſq; ſuperbas,
Cum reliqui fremitus nequeant tolerare minaces.

Hoc ipſum ſignificat Habacuc, & vt gentis Chaldaicæ truculentiam & ferocitatem oſtendat, ab equorum pernicitate ac ferocitate exaggerat, qui velocitate ad nocendum, pardos quoque, & animoſitate antecellant: Ad maioremque exaggerationem, alia atque alia cõparatione repetita, ididem rurſus Vates amplificat. Addit enim:

Et velociores lupis veſpertinis.

80 EST lupus truculentiſſimum animal, & in primis genitum ad ſæuitiam, quo nullum aliud magis à paſtoribus timetur: propterea quod non ventris tantum & famis gratia prædas parat, ſed ad ferocitatem & crudelitatem explendam, totos ſæpe greges trucidat Acutiſſimus denique & audaciſſimus eſt lupus: vtpote qui multa milliatia nocte vna ſoleat conficere: cumque ad prædam fuerit peruentum, omnia loca circumire coſueſcat, omnes aditus pertentare, procurrere vndique: vt & caueat ſibi ab inſidiis, & rapiendi commoditatem percipiat. Sunt autem plura luporum genera, ineſtque omnibus natiua celeritas. Etenim, vt canit Oppianus:

Plus ſatis huius abactoris ſua cognita forma eſt,
Quem iaculatorem primum dixere magiſtri.
Corporis eſt habitu paruo, ſed membra toroſus,

Et vaſtius caput, & curſu rapidiſſimus idem.
Eſt alius membris & toto corpore maior
Iſto,quiq; lupos prauertit curſibus omnes:
Accipitrem quidam appellant,rapidumq; latronem,
Hic magno fremitu cupidam petit arduus eſcam,
Dum imperioſa fames ſub prima crepuſcula cogit.
Aſt alter toto nigreſcit corpore, quamuis
Exiguus ſit,ei tamen inſunt robora magna.
Præcipuè lepores venatur, & impete magno
Arrectis horrore pilis inuadit in illos.

* Sunt igitur lupi celerrimi, vtpote qui celerrimo curſu lepo- 81
res velociſſimos aſſequantur. Nicolaus Leonicus libro primo de varia hiſtoria, aliud genus luporum conſtituit, ſic ſcribens: In Sardinia lupi inueniuntur, magnitudine quidem à cæteris aliarum regionum lupis non differentes, corporis autem admiranda forma conſpicui. Siquidem agreſtibus ſimiles arietibus ſunt armis villoſioribus, cornua vero habent non à fronte exeuntia, & longũ extenſa: ſed ſecundum aures conuoluta. Mira autem corporum velocitate, vel omnia animalia facile ſuperare dicuntur. Hæc ille. Sed re vera ii, lupi non ſunt: & Muſlones in Sardinia appellantur. Meritò nihilominus Habacuc, vt equorum Chaldæorum ferociam leuitati coniunctam exprim eret, lupos in comparationem adduxit: cum omnia luporum genera, eximia celeritate prępolleant, egregiaque ferocitate ac ſæuitia, feris ferè omnibus antecellant.

* *Veſpertinos* autem, ob id quidam appellari arbitrantur: quod 82
hæc ferarum genera, quæ cæde atque rapina viuunt, noctu ſuas prædas facere plerumque ſint ſolita. Quod eleganter deſcribit Pſalmographus, dicens: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Nocturnos igitur lupos, ſeu *Veſpertinos*, dici volunt: quod nocturno potiſſimum tempore prædas agant, atque cibos conquirant. Veſperæ quippe vocabulo Hebræis noctem ſignificari, vel illud manifeſte declarat. Factũque eſt veſpere & mane dies vnus.

Pſal. 103. 22.

Geneſ. 1. 5.

Verumtamen cum ratio hæc, communis ſit omnibus feris,

cur potius lupos Propheta, quam pardos, veſpertinos vocauit?
Imo, cur conſtanter Prophetæ: hoc epitheto tantummodo lupũ,
non pardum, non leonem, non vrſum, aut aliud animalium, nota-
runt? Nam & Sophonias ſic ſcribit: Iudices eius lupi veſpere: id Soph. 3. 3.
eſt, veſperæ, vel veſpertini. Eſt enim עֶרֶב in Hebręo, vt eſt etiam
apud Habacuc. Ieremias quoq; ſic ait: Lupus ad veſperam vaſtabit Ier. 5. 6.
eos. Ad veſperã porrò dixit, ꝑ Lupus Veſptinus, vel Lupus noctiũ:
eſt namq; Hebræis עֲרָבוֹת. Cumq; leonum, luporũ, ac pardorũ Ie-
remias meminiſſet, ſolis lupis hoc attribuit epitheton. Ait enim:
Idcircò percuſſit eos leo de ſylua, lupus ad veſperam vaſtauit eos,
83 pardus vigilans ſuper ciuitates eorum. Ad hæc, qui de animalium
proprietatibus ſcripſerunt, id lupo præ cæteris proprium, at-
que peculiare eſſe aſſerunt: primo diluculo venatum egredi,
nocturnaque fame & inedia irritatum, velociorem ac ferocio-
rem, in prædam inuehi. Et Vergilius quod dixerat in Georgicis:
Non lupus inſidias explorat ouilia circum, Nec gregibus no-
cturnus obambulat. libro nono Æneidos declarat: lupum ſci-
licet non tota nocte, ſed circa matutina crepuſcula, vel ſaltem
media nocte tranſacta (vt Seruius interpretatur) venari. Ver-
gilii porrò verba ſic habent:

Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas ventos perpeſſus & imbres
Nocte ſuper media, tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: illi aſper & improbus ira
Sæuit in abſentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces.

Idipſum, ſed tamen apertius, cecinit Oppianus, cum dixit,
vt paulò ante relatum eſt:

Hic magno fremitu cupidam petit arduus eſcam,
Dum imperioſa fames ſub prima crepuſcula cogit.

Vel, vt verbum verbo reddamus:

Magno autem fremitu valde arduus it ad prædam
Sub primum crepuſculum: facile enim indiget cibo.

84 * Neque enim primum crepuſculum, veſpertinum, ſed
matutinum appellat: diluculum, ſcilicet, ac primam lucem, q̃
Homerus ἀμφιλύκην νύκτα vocauit, ait enim libro ſeptimo Iliadis.

Ἦμος δ' ὔτε ἄρπω Ἠὼς, ἔτι δὲ ἀμφιλύκη νύξ.

Hæc ſunt ad verbum:

Quando autem nondum aurora, item & matutina nox: Vel vt alii transferunt:

Quando autem non aurora, adhuc autem crepuſculum. Nos vero proprius ad verbum, & ad vocis notationem transferimus:

Qando autem nondum aurora, adhuc autem dubia lupi nox.

Notat etenim Ælianus; Homerum matutinum crepuſculum ἀμφιλύκην νύκτα vocaſſe, quia tunc cernens lupus venatum proficiſcitur. Lupus, inquit, acerrimis atque acutiſſimis præditus eſt oculis: enimuerò in tempeſta nocte, ſed luna ipſa ſilente, lucis vſura perfruitur. Et tametſi omnibus tenebræ offunduntur, non huic tamen lux eripitur. Hinc Lycophos id temporis appellatur, cum lucem is ſolus naturæ munere oculis perceptam habet. Et vere Homerus mihi vocare videtur id tempus, cum iam tunc cernens lupus ſe in viam dat, ἀμφιλύκην νύκτα. Ælianus hucusq;. * Quale au- 85
le autem tempus Homero dicatur ἀμφιλύκη νύξ, Appollonius Rhodius oſtendit, libro ſecundo Argonauticon, dicens:

Ἦμος δ' ὔτε ἄρπω φάος ἄμβροτον, ὔτε ἔτι λίην
Ὀρφνάι πέλεται, λεπτὸν δ' ἐπιδὲ δρομε νυκτὶ
Φέγγος, οἷι ἀμφιλύκην μιν ἀνεχρόμενοι καλέναι.

Id eſt:

Quando autem nondum dies alma, neq; etiam admodum
Nox eſt, tenuis vero acceſſit nocti
Lux, quam ἀμφιλύκην *ipſam experti vocant.*

Sed & Porphyrius ſic inquit: Lycophos ſicut & ἀμφιλύκη νύξ, dicitur quod Auroram præcedit ſpatium. Nam aurora eſt, quæ Solem præeundo adnunciat. Spatium porro quod auroram præcedit, diluculum à Macrobio vocatur: nempe cum incipit cognoſci dies.

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo,
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.

Diluculo ſuccedit mane vel aurora, cum iam ſcilicet clarus eſt Dies. Vnde & mane nomen accepiſſe putatur: Nonio namque teſte, Manum veteres clarum dixere. Ergo ex Æliani ſententia, lupus ſub auroram venatur: quandoquidem prædas agit eo tempore,

quod

Digitized by Google

quod *ἀμφιλύκην* appellauit. Æliano adſtipulatur Pierius, libro Hieroglyphicorum vndecimo, de lupo quippe tractans, ſic inquit. Fuit autem, vti dictum, fera hæc pleriſque locis Appollinis memoriæ dedicata: eiuſque ſimulacri ea aſſeritur cauſa, quod oculorum acie potens adeò ſit, vt noctis tenebras euincat; acutiſſimo quippe polleat viſu, intempeſtaque nocte, etiam ſi Luna ſileat, clariſſimè tamen intueatur, & in prædis inuadendis, poſt nocturnam famem antelucanum tempus obſeruet.

86 *Lupus igitur ſub matutino crepuſculo præcipuè venatũ egreditur. Quod etiam & quotidiana paſtorum experientia, atque relatione, didicimus; & expertiſſimi ac vetuſtiſſimi opilionis Iacob fidedigno teſtimonio tenemus. Is quippe dum ſingulis filiorum ſuorum moribundus euentura prænunciat, ſic infert: Beniamin lupus rapax, mane (vel, in matutino: ſic enim habent Hebræa בַּבֹּקֶר) comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Id eſt: In terra Beniamin habitabit templi maieſtas, & in poſſeſſione eius ædificabitur ſanctuarium. Mane, vel in matutino, inſtar luporum ſacerdotes mactabunt hoſtias, aut illas altare holocauſtorum cõſumet: & in tempore veſpertino diuident ſacerdotes reſiduum portionũ ſuarum, de reliquis, quæ ſanctificata ſunt. In hanc enim ſententiam Hebræi, & Chaldæus hunc locum ediſſerunt: lupum voracem (vt inquit Hieronymus) ſuper altaris interpretatione ponentes: ſpoliorum autem diuiſionem ſuper ſacerdotibus, qui ſeruientes altari, viuunt de altari. Sed ipſe Hieronymus & Auguſtinus, maniſeſtiſſimam de Paulo Apoſtolo prophetiam eſſe cenſuerunt: ꝙ in adoleſcentia ſua perſecutus Eccleſiam, in ſenectute prædicator fuerit Euangelii. Sunt qui putent, bellum illud prædici, quo aduerſus reliquas tribus Beniamina tam felici pugna ſemel & iterum

Gen. 49. 27.

Iud. 20.

87 decertauit. *Ego vero vaticinium iſtud Iacob, de futuro Iſraelitici regni ſtatu non incongruè intelligi poſſe arbitror, vt ſit ſenſus: Sicut lupus in ipſo lucis exortu prædam rapit: ſic initio ſurgentis regni Hebræorum, Beniamina tribus per Saulem totius populi potietur imperio. Poſtmodum verò, contra Domini præceptum partitur ſpolia: parcetque Saul & populus Agag, & vniuerſis quæ pulchra erunt, ad prędam conuerſi. Ex quo ſcindet Dominus regnum Iſraël, ablatumq́; à domo Saul, tradet proximo illius meliori illo.

1. Reg. 15. 28.

Aut (quod mihi magis probatur.) Veſpere diuidet ſpolia: dixit Iacob, pro, Ad extremum poſt Saul obitum, tamquam poſt vnius tantum diei occaſum, priuata regno tribus Beniamin, inter reliquas tribus deinceps illud diuidendum relinquet. Bipartitum eſt enim Hebræorum regnum, confeſtim poſt mortem Saul. Bipartitum eſt rurſus poſt interitum Salomonis ſub Roboam, duæque tantummodo tribus relictæ ſunt ſub ditione domus ac familiæ Dauid. Reliquæ vero decem, nunc Ierobiam & filio eius Nadab, de tribu Ephraim: nunc Baaſa, & filio eius Ela, de tribu Iſſaſchar: nunc aliis atque aliis principibus, ſeorſim ſubditæ paruerunt: neque tamen ad tribum Beniamin regnum vnquam rediiſſe narratur. Cæterum, quoquo modo vaticinium intelligas, certo hoc cõſtat ex ſententia & comparatione Iacob, Lupum, cui aſſimilat Beniamin, eſcam in matutino præripere.

* Cum igitur lupo, præ cæteris feris, proprium ac peculiare eſſe 88
dicatur venari diluculo, quid eſt, quod diuina Scriptura lupos præ cæteris *Veſpertinos* appellat? Scire igitur oportet, duplex eſſe luporum genus: alterum, quod vulgariter Lupus: alterum, quod Hyæna vocatur. Illud porro frequentius diluculo, hoc noctu rapinas exercet, vt ſuis verſibus aureis Oppianus in libris de Venatione nos edocet. Canit enim in hunc modum, vt Ioannes Bodinus vertebat:

Nunc duo Diua refer genera exitioſa luporum,
Serratis armata ferentes dentibus ora:
Nempe ouium mactatores, cæcas quoq; hyænas.
Ille quidem profligat ouile, caprileq; perdit,
Hæc autem catulis eſt implacabilis hoſtis.
Illum adigit nocturna fames & venter auarus,
Candentes hædos populari more latronis:
Hanc hebetes oculi cogunt errare per agros,
Perq; nigras ſyluas vmbroſa nocte vagari.
Quippe dies illi nox eſt, atraſq; tenebras
Conſequitur paſſim, lucem pertæſa coruſcam.

Habet autem Oppianus ad verbum:

Spectato duo genera infauſta, infeſta dentibus ſerratis;
Ouiumq; interfectorem lupum, caligantemq; rurſum hyenam.

Hunc

Hunc quidem ouilium & caprilium profligatorem,
Illam autem hoſtem catulis, validioribuſq; canibus.
Illum quidem, nocturnum ob ventris ineuitabilem impetum,
Candidorum hædorumq; verſutum raptorem.
Illam autem noctu ſpatiantem, & noctiuagam,
Propterea quod ei noctu lumen eſt, tenebræ rurſum interdiu.

Quippe (vt docet Aphrodiſieus) Hyęna ſpiritum viſorium, &
tenuiſſimum & dilucidiſſimum habet: qui per noctem, aëre per
abſentiam Solis refrigerato, modice incraſſeſcens, idoneus reddi-
tur ad rerum conſpectum: per diem vero luce præclara, ſupra mo-
dum extenuatus, expanditur, & euaneſcit.

89 * Ergo cum diuina Scriptura lupos *Veſpertinos* appellat; non
vtique matutinos illos raptores, nec vulgare luporum genus, ſed
nocturnas deſignat hyęnas. Neque id porro abſque exaggeratio-
ne: ſiquidem veſpertinorum luporum nuſquam ingerit mentio-
nem; niſi cum aliquod ingens comminatur malum, aut inſignem
aliq̃ feritatem & inhumanitatem oſtendit. Qualẽ indicat Sopho- Soph. 3. 3.
nias, cum ad maiorem ſcelerũ exaggerationẽ, dum iudices & ma-
giſtratus Iudæorũ lupis componit: non matutinis & innocentio-
ribus lupis, ſed vero veſpertinis aſſimilat. In quo, (ſi nõ ego fallor)
haud obſcure lupos Propheta matutinos à veſpertinis diſcernit.
Quod enim addidit Vates: Iudices eius lupi veſpere, nõ relinq̃bant
in mane: ea formula mihi dictũ videt, qua & illud apud noſtrates:

Villanos te maten Alonſo,
Villanos, que no hidalgos.
De las Aſturias de Oniedo,
Que no ſean Caſtellanos.

Et illud quod in Pſalmis habetur: Cum carbonibus Iunipero- Pſa. 119. 4.
rum (ita namque legunt Hebraica) non abſque exaggeratione,
ſpeciatim adeo dici putatur. Quoniam iuniperorum carbones ali-
is durent multo diutius, & exurant multo vehementius.

90 * Similiter igitur Sophonias, Iudices eius (inquit) pares qui-
dem ſunt lupis, & his etiam veſpertinis atque noctiuagis: ferocio-
ribus, ſcilicet, ac nocentioribus lupis: non illis matutinis atque
vulgaribus: qui primo diluculo venatũ egreſſi, rapiunt, deuorant,
atq; cõfringunt prædã. Etenim, p verbo Latino relinquebant, He-

brea habent גָרְמוּ, à verbo גָּרַם, quod deductum à dictione גֶּרֶם, id eſt, Os: oſſare (ſi dicere liceret) & oſſa confringere ſignificat. Vt
Nu. 24. 8. in libro Numerorum, vbi dicitur: Deuorabunt gentes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent. Per translationem interdum, dura quæque confringere eſt, & pro rapere etiam nonnunquam, &
Ezech. 23. 34. pro deuorare vſurpatur. Nam vbi legimus apud Ezechielem: Et fragmenta eius deuorabis, in Hæbreo pro Deuorabis, habetur תְּגָרֵמִי, vertuntque Hæbrei ipſi: Et teſtas eius confringes: ſcilicet dentibus. Eſt ergo verborum Sophoniæ mens: Iudices eius lupi ſunt veſpertini: non ex iis, qui rapiunt & deuorant prædam diluculo. Id eſt, pares ſunt nocturnis & immaniſſimis hyenis: non matutinis ac manſuetioribus lupis: longe namque hos ſeuitia & crudelitate antecellunt. Erit idem ſenſus vulgatæ editionis, ſi quod dicitur: Non relinquebant in mane: interpretemur Non expectabant in mane, non differebant venationem in primam lucem, non ſuperſedebant venationi vſque in crepuſculum matutinum: quod eſt proprium vulgarium luporum. Pagnini expurgatores verteruut: Iudices eius, lupi veſperæ, non exoſſarent in mane.

*Eſt ſanè lupus (quod dixit Ariſtoteles) ferox, & inſidioſum 91
animal: ita tamen, vt canes fugiat, & homini parcat. Hyena vero ipſis canibus eſt implacabilis hoſtis: vomitusque homanos mentitur, vt canes alliciat, falſiſque ſingultibus ſolicitatos deuorat. Molitur etiam homini inſidias, ſequiturque paſtorum ſtabula, & auditu aſſiduo addiſcit vocamen, quod exprimere poſſit imitatione vocis humanæ, vt in hominem aſtu accitum nocte ſæuiat: adeò carnis hominum auida, vt ſepulchra etiam effodiat, eruatque cadauera. Quemadmodum Ariſtoteles Plinius, Solinus, & Ælianus, cæterique fere omnes Naturæ hiſtorici tradiderunt.

*CÆTERVM, Arabiæ vernaculam, & reliquis horridio- 92
rem, Hyænam facit Stagirita, in libro de Admirandis naturæ auditionibus, ſic ſcribens: In Arabia hyenarum quoddam genus reperiri affirmant: quod, cum belluam vel hominem præuiderit, eos obmuteſcere facit, ac ſic in veſtigio hærere, vt corpora mouere nequeant. Cæterum, cum hæc fecerit, id hyenarum flagrare videtur. Hæc ille. Sed & ipſum vocabulum Hebraicum

cum ערב, pro quo vulgatus interpres reddit *Veſpertinos*, Arabiam regionem ſignificat. Nam vbi legimus apud Iſaiam: Onus in Arabia. Et apud Ieremiam: Cunctis regibus Arabiæ. Et apud Ezechielem: Arabia, & vniuerſi principes Cedar. In iis locis omnibus hæc dictio ponitur pro Arabia in Hebræo. Vnde ſeptuaginta Iſa. 21. 13. Ier. 25. 24. Ezech. 27. 21.

93 ſeniores pro, *Lupis veſpertinis*, Lupis Arabiæ verterunt. * Illud porro prætermittendum non eſt, quod de hyænis Ælianus enarrat. Hyæna (inquit) ſicut Ariſtoteles tradit, dextera in manu vim ſopiendi habet, & ſuo tactu ſolo ſomnum conciliandi, ſæpeque numero in ſtabula ingreſſa, cum dormientem aliquem deprehenderit, & pedetentim ad illum progreſſa fuerit; ſoporiferam, vt ita dicam, manum eius naribus admouet, ſicque eas opprimit, vt hic ſine ſenſu eſſe videatur: ac tantum terræ ſuffodit, quantum ſit ad eum ipſum obruendum ſatis: guttur verò ſupinum & nudũ relinquit, in quod incumbens ſomno oppreſſum ſuffocat, poſteaque in latibulum abſtrahit. Iam cum Lunæ orbis plenus eſt, retrò poſito Lunæ fulgore, ſuam canibus vmbram iniicit, quos ſtatim mutos reddit: & tanquam veneficio quodam eorum ſenſus perſtringit, deinde & elingues abducit, & optatis fruitur. Ælianus hucusq;. Scripſit & nonnulla de hyęnis, ex Neſtore, Conſtantinus Cæſar, libro quintodecimo Selectarum præceptionum de agricultura: ſed ne plus nimio longus ac moleſtus ſim, prudens & ſciens ea libenter omitto. Immaniſſimis itaq; hyænis equos Deus Chaldæorum aſſimilat per hyperbolen, qui eousq; ſint feroces ac truces, vt etiam aſpectu ſtuporem iniiciant, &, vel vmbra, pugnaces quosuis, mutos & attonitos reddant. Illud autem apud Habacuc, equi & hyænæ comparationem efficit aptiorem, quod hyæna (vt Ariſtoteles tradit) iuba, qua equus, eſt: ſed ſeta duriore, lõgioreque, & per totum dorſum porrecta.

94 * At nunc recens, biennio poſtquam hæc euulgauimus, quidam doctus ac religioſus vir, quæ de lupis & hyænis intulimus, hac ratione & argumentatione conuellit. Pro lupis (inquit) veſpertinis, ſeptuaginta tàm hic, quàm Sophoniæ tertio, verterunt: Lupis Arabiæ. Quam tranſlationem ſi recipimus, noſtram tenere non poſſumus, neq; enim poſſumus ambas tueri. Nam nomẽ, quod in Hebræo eſt, non eodem ſono profertur, cum hæc duo

ſignificat: ſed עֶרֶב cum ſcribitur, ſignificat Veſper; cum autem Arabia intelligitur, ſcribitur עֲרָב, vt Iſaiæ viceſimoprimo: Onus in Arabia. Et Ieremiæ viceſimoquinto: Cunctis regibus Arabię. Cum autem Propheta concionabatur, non vtrumque dixit, ſed alterum: poſteaq; non aliud ſcripſit, quam quod dixit. Hæc ille.
*Sed neſcio, an dici quidquam potuerit, quo Scripturę ac diuino- 95
rum verborum, æque fœcunditas ſterileſcat. Quis enim ignorat, hanc eandẽ inde potiſſimum prouenire, ꝙ voces Hebraicæ polyſemę fiant ex diuerſa appoſitione vocalium? Neq; porro certũ eſt Habacuc hæc, quæ vidit, proclamaſſe è ſuggeſtu; ſed (quod ſeries Vaticinii magis ſuadet) tabulis Dei iuſſu exaraſſe. Sed ſi & ipſe hęc ſcripta legiſſet, vel hæc eadẽ concionari contingeret, alternis vtiq; pronunciaſſet, modo ſcilicet עֶרֶב, modo עֲרָב: aut pariter ꝓ-
tuliſſet vtrumq; Lupis nempe veſpertinis Arabiæ.* Nonne verbũ 96
Gen. 47. 31. Hebraicũ מטה, ꝙ habetur Geneſis capite 47. vulgata editio legit
Hebr. 11. 21. מִטָּה id eſt, lectulus: non ignara legiſſe Paulum מַטֶּה; namq; his punctis ſignificat Virgam? Moyſes (vt arbitror) ꝓnunciaſſet vtrũque, nimirum: Adorauit Iacob ſuper ſummitatẽ ſceptri Ioſeph, ad caput lectuli. Id eſt, Apprehenſa ſummitate ſeptri Ioſeph, illũ vtpotè figurã Meſſiæ) pronus de more adorauit, in faciem ſuper lectũ cõuerſus. Qui .n. ſupinus aut in latus decũbit, pedes vtiq; ꝓſpicit lectuli: at qui iacet ꝓnus in faciẽ, caput lectuli rectà intuet̃.

*Carmen etiam illud Dauid, quod locutus eſt Domino in die, 97
qua eripuit eum de manu omnium inimicorum eius, & de manu
2. Reg. 22. 4. Saul: quodque refertur libro ſecundo Regum, capite viceſimo
Pſal. 17. 4. ſecundo: poſitum eſt etiam in libro Pſalmorum, Pſalmo nempe decimoſeptimo. In huius igitur verſu quarto, ſic in Hebræo vtrobiq; inuenitur ſcriptum: מהלל אקרא יהוה. Cæterum, ſi adiunctis vocalibus legas מְהֻלָּל, Laudabilẽ ſignificat: ſi verò legeris מְהַלֵּל, ſignificat Laudans. Et tamen Editio vulgata (quam in ſingulis literis & apicibus, is, idem author ſacroſanctã & inuiolabilem eſſe fatetur) vtramque lectionem, cum Græcis amplexata eſt, vtramq; tueri non verita. Vertit enim in libris Regum: Laudabilem inuocabo Dominum. In Pſalmis verò: Laudans inuocabo Dominum. Credibile eſt autem, Dauidem nunc hoc, nunc illud dixiſſe, aut pariter vtrumq; cantaſſe: Inuocabo laudans laudabilem Dominum.

minum. Alioqui,ſi vnum tantum cecinit & intellexit Propheta, certè vulgata translatio, in altero duornm locorum, præter ſonũ atque ſenſum Prophetæ, aut hoc, aut illud,interpretata eſt. Nunc vtrobique מְחָלָל Hebraica præferunt exemplaria.

98 * Accipe tertium exemplum,ex eadem officina depromptum. Michęæ capite quinto,vbi nos legimus: Et tu Bethehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: Hebręis eſt pro Millibus, אלפי. Cui dictioni ſi hæc vocalia coaptes אַלְפֵי, Millia proculdubio ſignificat. Sunt de hoc in diuina ſcriptura, multa millia teſtimoniorum. At ſi hæc illi puncta ſubnectas, אַלֻּפֵי, Principes ſignificat, ſiue duces. Ita quippe habetur in Geneſi, vbi dicitur: Iſti duces Horræorũ,qui imperauerunt in terra Seir. Non ergò eodẽ ſono ꝓfertur hęc vox, cum vtrumq; ſignificat:ſed Alphe ſignificat millia; Alluphe autẽ,Principes,ſiue Duces. Nihilominus editio vulgata vtramq; lectionẽ tuetur. Nam apud Michæam,cum ſeptuaginta ſenioribus & Thargum in millibus transtulit: & cum Gręcis apud Matthæum, in Principibus interpretatur, dicens: Et tu Beth-lehem terra Iuda, nequaquam minima es in principib⁹ Iuda, ex te enim exiet dux,qui regat populũ meum Iſrael. Matthæus porrò,ſi ſcripſit Hebraicè, abſq; punctis ſcripſiſſe, putatur: cũ poſt tempora quoque Hieronymi,à Rabbinis excogitata ferantˢ. Et (ni me fallit opinio) Michæas vtrumque perſonuit, vtrumque complexus eſt animo, & vtraque lectione Dauidem à Propheta deſignari conijcio. Haudquaquam enim addubito, omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe: Dauidem: præclariſſimum regem de tribu Iuda, & in Beth-lehem natum fuiſſe, & pro multis hominum millibus computari conſueuiſſe, poſtquam mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael,cantantes, chorosque ducentes, obuiam illi ſunt egreſſæ, dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Quod quidem & in exteras nationes peruulgatum eſt. Dixerunt enim ſerui Achis, regis Geth: Numquid non iſte eſt Dauid rex terrę? Nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia? Et (quod preſſius vrget) cum Dauid egredi vellet in prælium, reſpondit ei populus: Non exibis; quia tu vnus pro decem millibus computaris. Denique vt in Eccleſiaſtico dicitur;

Mich. 5. 2. Gen. 36. 30. Matth. 2. 6. 1. Reg. 18. 11. 2. Reg. 18. 3. Eccl. 47. 7.

Digitized by Google

Et vaſtu caput, & curſu rapidiſſimus idem.
Eſt alius membris & toto corpore maior
Iſto, quiq; lupos prauertit curſibus omnes:
Accipitrem quidam appellant, rapidumq; latronem,
Hic magno fremitu cupidam petit arduus eſcam,
Dum imperioſa fames ſub prima crepuſcula cogit.
Aſt alter toto nigreſcit corpore, quamuis
Exiguus ſit, ei tamen inſunt robora magna.
Præcipuè lepores venatur, & impete magno
Arrectis horrore pilis inuadit in illos.

* Sunt igitur lupi celerrimi, vtpote qui celerrimo curſu lepo- 81
res velociſſimos aſſequantur. Nicolaus Leonicus libro primo de varia hiſtoria, aliud genus luporum conſtituit, ſic ſcribens: In Sardinia lupi inueniuntur, magnitudine quidem à cæteris aliarum regionum lupis non differentes, corporis autem admiranda forma conſpicui. Siquidem agreſtibus ſimiles arietibus ſunt armis villoſioribus, cornua vero habent non à fronte exeuntia, & longũ extenſa: ſed ſecundum aures conuoluta. Mira autem corporum velocitate, vel omnia animalia facile ſuperare dicuntur. Hæc ille. Sed re vera ii, lupi non ſunt: & Muſlones in Sardinia appellantur. Meritò nihilominus Habacuc, vt equorum Chaldæorum ferociam leuitati coniunctam exprim eret, lupos in comparationem adduxit: cum omnia luporum genera, eximia celeritate prępolleant, egregiaque ferocitate ac ſæuitia, feris ferè omnibus antecellant.

* *Veſpertinos* autem, ob id quidam appellari arbitrantur: quod 82
hæc ferarum genera, quæ cæde atque rapina viuunt, noctu ſuas prædas facere plerumque ſint ſolita. Quod eleganter deſcribit
Pſal. 103. Pſalmographus, dicens: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa
22. pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Nocturnos igitur lupos, ſeu *Veſpertinos*, dici volunt: quod nocturno potiſſimum tempore prædas agant, atque cibos conquirant. Veſperæ quippe vocabu-
Geneſ. 1. lo Hebræis noctem ſignificari, vel illud manifeſte declarat. Factũ-
5. que eſt veſpere & mane dies vnus.

Verumtamen cum ratio hæc, communis ſit omnibus feris,

cur

cur potius lupos Propheta, quam pardos, veſpertinos vocauit?
Imo, cur conſtanter Prophetæ: hoc epitheto tantummodo lupũ,
non pardum, non leonem, non vrſum, aut aliud animalium, nota-
runt? Nam & Sophonias ſic ſcribit: Iudices eius lupi veſpere: id Soph. 3. 3.
eſt, veſperæ, vel veſpertini. Eſt enim עֶרֶב in Hebręo, vt eſt etiam
apud Habacuc. Ieremias quoq; ſic ait: Lupus ad veſperam vaſtabit Ier. 5. 6.
eos. Ad veſperã porrò dixit, ꝓ Lupus Veſptinus, vel Lupus noctiũ:
eſt namq; Hebræis עֲרָבוֹת. Cumq; leonum, luporũ, ac pardorũ Ie-
remias meminiſſet, ſolis lupis hoc attribuit epitheton. Ait enim:
Idcircò percuſſit eos leo de ſylua, lupus ad veſperam vaſtauit eos,
83 pardus vigilans ſuper ciuitates eorum. Ad hæc, qui de animalium
proprietatibus ſcripſerunt, id lupo præ cæteris proprium, at-
que peculiare eſſe aſſerunt: primo diluculo venatum egredi,
nocturnaque fame & inedia irritatum, velociorem ac ferocio-
rem, in prædam inuehi. Et Vergilius quod dixerat in Georgicis:
Non lupus inſidias explorat ouilia circum, Nec gregibus no-
cturnus obambulat. libro nono Æneidos declarat: lupum ſci-
licet non tota nocte, ſed circa matutina crepuſcula, vel ſaltem
media nocte tranſacta (vt Seruius interpretatur) venari. Ver-
gilii porrò verba ſic habent:

Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas ventos perpeſſus & imbres
Nocte ſuper media, tuti ſub matribus agni
Balatum exercent: illi aſper & improbus ira
Sæuit in abſentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces.

Idipſum, ſed tamen apertius, cecinit Oppianus, cum dixit,
vt paulò ante relatum eſt:

Hic magno fremitu cupidam petit arduus eſcam,
Dum imperioſa fames ſub prima crepuſcula cogit.

Vel, vt verbum verbo reddamus:

Magno autem fremitu valde arduus it ad prædam
Sub primum crepuſculum: facile enim indiget cibo.

84 * Neque enim primum crepuſculum, veſpertinum, ſed
matutinum appellat: diluculum, ſcilicet, ac primam lucem, q̃
Homerus ἀμφιλύκην νύκτα vocauit, ait enim libro ſeptimo Iliadis.

Ἦμος δ' οὔτε ἄρπω Ἠὼς, ἔτι δὲ ἀμφιλύκη νύξ.

Hæc ſunt ad verbum:

Quando autem nondum aurora, item & matutina nox: Vel vt alii transferunt:

Quando autem non aurora, adhuc autem crepuſculum. Nos vero proprius ad verbum, & ad vocis notationem transferimus:

Qando autem nondum aurora, adhuc autem dubia lupi nox.

Notat etenim Ælianus; Homerum matutinum crepuſculum ἀμφιλύκην νύκτα vocaſſe, quia tunc cernens lupus venatum proficiſcitur. Lupus, inquit, acerrimis atque acutiſſimis præditus eſt oculis: enimuerò intempeſta nocte, ſed luna ipſa ſilente, lucis vſura perfruitur. Et tametſi omnibus tenebræ offunduntur, non huic tamen lux eripitur. Hinc Lycophos id temporis appellatur, cum lucem is ſolus naturæ munere oculis perceptam habet. Et vere Homerus mihi vocare videtur id tempus, cum iam tunc cernens lupus ſe in viam dat, ἀμφιλύκην νύκτα. Ælianus hucusq;. * Quale au- 85
le autem tempus Homero dicatur ἀμφιλύκη νύξ, Appollonius Rhodius oſtendit, libro ſecundo Argonauticon, dicens:

Ἦμος δ' οὔτε ἄρπω φάος ἄμβροτον, οὔτε ἔτι λίην
Ὀρφναίη πέλεται, λεπτὸν δ' ἐπιδέδρομε νυκτὶ
Φέγγος, οἵ ἀμφιλύκην μιν ἀνεγρόμενοι καλέουσι.

Id eſt:

Quando autem nondum dies alma, neq; etiam admodum
Nox eſt, tenuis vero acceſſit nocti
Lux, quam ἀμφιλύκην ipſam experti vocant.

Sed & Porphyrius ſic inquit: Lycophos ſicut & ἀμφιλύκη νύξ, dicitur quod Auroram præcedit ſpatium. Nam aurora eſt, quæ Solem præeundo adnunciat. Spatium porro quod auroram præcedit, diluculum à Macrobio vocatur: nempe cum incipit cognoſci dies.

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo,
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.

Diluculo ſuccedit mane vel aurora, cum iam ſcilicet clarus eſt Dies. Vnde & mane nomen accepiſſe putatur: Nonio namque teſte, Manum veteres clarum dixere. Ergo ex Æliani ſententia, lupus ſub auroram venatur: quandoquidem prædas agit eo tempore, quod

quod ἀμφιλύκην appellauit. Æliano adſtipulatur Pierius, libro Hieroglyphicorum vndecimo, de lupo quippe tractans, ſic inquit. Fuit autem, vti dictum, fera hæc plerisque locis Appollinis memoriæ dedicata: eiusque ſimulacri ea aſſeritur cauſa, quod oculorum acie potens adeò ſit, vt noctis tenebras euincat; acutiſſimo quippe polleat viſu, intempeſtaque nocte, etiam ſi Luna ſileat, clariſſimè tamen intueatur, & in prædis inuadendis, poſt nocturnam famem antelucanum tempus obſeruet.

86 *Lupus igitur ſub matutino crepuſculo præcipuè venatũ egreditur. Quod etiam & quotidiana paſtorum experientia, atque relatione, didicimus; & expertiſſimi ac vetuſtiſſimi opilionis Iacob fidedigno teſtimonio tenemus. Is quippe dum ſingulis filiorum ſuorum moribundus euentura prænuuciat, ſic infert: Beniamin Gen.49. 27.
lupus rapax, mane (vel, in matutino: ſic enim habent Hebræa בַבֹּקֶר) comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Id eſt: In terra Beniamin habitabit templi maieſtas, & in poſſeſſione eius ædificabitur ſanctuarium. Mane, vel in matutino, inſtar luporum ſacerdotes mactabunt hoſtias, aut illas altare holocauſtorum cõſumet: & in tempore veſpertino diuident ſacerdotes reſiduum portionũ ſuarum, de reliquis, quæ ſanctificata ſunt. In hanc enim ſententiam Hebræi, & Chaldæus hunc locum ediſſerunt: lupum voracem (vt inquit Hieronymus) ſuper altaris interpretatione ponentes: ſpoliorum autem diuiſionem ſuper ſacerdotibus, qui ſeruientes altari, viuunt de altari. Sed ipſe Hieronymus & Auguſtinus, manifeſtiſſimam de Paulo Apoſtolo prophetiam eſſe cenſuerunt: ꝙ in adoleſcentia ſua perſecutus Eccleſiam, in ſenectute prædicator fuerit Euangelii. Sunt qui putent, bellum illud prædici, quo aduerſus reliquas tribus Beniamina tam felici pugna ſemel & iterum Iud. 20.
87 decertauit. *Ego vero vaticinium iſtud Iacob, de futuro Iſraelitici regni ſtatu non incongruè intelligi poſſe arbitror, vt ſit ſenſus: Sicut lupus in ipſo lucis exortu prædam rapit: ſic initio ſurgentis regni Hebræorum, Beniamina tribus per Saulem totius populi potietur imperio. Poſtmodum verò, contra Domini præceptum partitur ſpolia: parcetque Saul & populus Agag, & vniuerſis quæ pulchra erunt, ad prędam conuerſi. Ex quo ſcindet Dominus regnum Iſraël, ablatumq; à domo Saul, tradet proximo illius meliori illo. 1.Reg.15. 28.

Digitized by Google

Aut (quod mihi magis probatur.) Veſpere diuidet ſpolia: dixit Iacob, pro, Ad extremum poſt Saul obitum, tamquam poſt vnius tantum diei occaſum, priuata regno tribus Beniamin, inter reliquas tribus deinceps illud diuidendum relinquet. Bipartitum eſt enim Hebræorum regnum, confeſtim poſt mortem Saul. Bipartitum eſt rurſus poſt interitum Salomonis ſub Roboam, duæque tantummodo tribus relictæ ſunt ſub ditione domus ac familiæ Dauid. Reliquæ vero decem, nunc Ierobiam & filio eius Nadab, de tribu Ephraim: nunc Baaſa, & filio eius Ela, de tribu Iſſaſchar: nunc aliis atque aliis principibus, ſeorſim ſubditæ paruerunt: neque tamen ad tribum Beniamin regnum vnquam rediiſſe narratur. Cæterum, quoquo modo vaticinium intelligas, certo hoc cõſtat ex ſententia & comparatione Iacob, Lupum, cui aſſimilat Beniamin, eſcam in matutino præripere.

* Cum igitur lupo, præ cæteris feris, proprium ac peculiare eſſe 88
dicatur venari diluculo, quid eſt, quod diuina Scriptura lupos præ cæteris *Veſpertinos* appellat? Scire igitur oportet, duplex eſſe luporum genus: alterum, quod vulgariter Lupus: alterum, quod Hyæna vocatur. Illud porro frequentius diluculo, hoc noctu rapinas exercet, vt ſuis verſibus aureis Oppianus in libris de Venatione nos edocet. Canit enim in hunc modum, vt Ioannes Bodinus vertebat:

Nunc duo Diua refer genera exitioſa luporum,
Serratis armata ferentes dentibus ora:
Nempe ouium mactatores, cæcas quoq; hyænas.
Ille quidem profligat ouile, caprileq; perdit,
Hæc autem catulis eſt implacabilis hoſtis.
Illum adigit nocturna fames & venter auarus,
Candentes hædos populari more latronis:
Hanc hebetes oculi cogunt errare per agros,
Perq; nigras ſyluas vmbroſa nocte vagari.
Quippe dies illi nox eſt, atraſq; tenebras
Conſequitur paſſim, lucem pertæſa coruſcam.

Habet autem Oppianus ad verbum:

Spectato duo genera infauſta, infeſta dentibus ſerratis;
Ouiumq; interfectorem lupum, caligantemq; rurſum hyenam.

Hunc

Hunc quidem ouilium & caprilium profligatorem,
Illam autem hoſtem catulis, validioribusq; canibus.
Illum quidem, nocturnum ob ventris ineuitabilem impetum,
Candidorum hædorumq; verſutum raptorem.
Illam autem noctu ſpatiantem, & noctiuagam,
Propterea quod ei noctu lumen eſt, tenebræ rurſum interdiu.

Quippe (vt docet Aphrodiſieus) Hyęna ſpiritum viſorium, & tenuiſſimum & dilucidiſſimum habet: qui per noctem, aëre per abſentiam Solis refrigerato, modice incraſſeſcens, idoneus redditur ad rerum conſpectum: per diem vero luce præclara, ſupra modum extenuatus, expanditur, & euaneſcit.

89 * Ergo cum diuina Scriptura lupos *Veſpertinos* appellat; non vtique matutinos illos raptores, nec vulgare luporum genus, ſed nocturnas deſignat hyęnas. Neque id porro abſque exaggeratione: ſiquidem veſpertinorum luporum nuſquam ingerit mentionem; niſi cum aliquod ingens comminatur malum, aut inſignem aliq̃ feritatem & inhumanitatem oſtendit. Qualẽ indicat Sophonias, cum ad maiorem ſcelerũ exaggerationẽ, dum iudices & magiſtratus Iudæorũ lupis componit: non matutinis & innocentioribus lupis, ſed vero veſpertinis aſſimilat. In quo, (ſi nõ ego fallor) haud obſcure lupos Propheta matutinos à veſpertinis diſcernit. Quod enim addidit Vates: Iudices eius lupi veſpere, nõ relinq̃bant in mane: ea formula mihi dictũ videt, qua & illud apud noſtrates: Soph. 3. 3.

Villanos te maten Alonſo,
Villanos, que no hidalgos.
De las Aſturias de Oniedo,
Que no ſean Caſtellanos.

Et illud quod in Pſalmis habetur: Cum carbonibus Iuniperorum (ita namque legunt Hebraica) non abſque exaggeratione, ſpeciatim adeo dici putatur. Quoniam iuniperorum carbones aliis durent multo diutius, & exurant multo vehementius. Pſa. 119. 4

90 * Similiter igitur Sophonias, Iudices eius (inquit) pares quidem ſunt lupis, & his etiam veſpertinis atque noctiuagis: ferocioribus, ſcilicet, ac nocentioribus lupis: non illis matutinis atque vulgaribus: qui primo diluculo venatũ egreſſi, rapiunt, deuorant, atq; cõfringunt prædã. Etenim, ꝓ verbo Latino relinquebant, He-

Digitized by Google

brea habent גָּרְמוּ,à verbo גָּרַם,quod deductum à dictione גֶּרֶם, id eſt,Os : oſſare (ſi dicere liceret) & oſſa confringere ſignificat. Vt
Nu. 24. 8. in libro Numerorum,vbi dicitur: Deuorabunt gentes hoſtes illius,oſſaque eorum confringent. Per translationem interdum,dura quæque confringere eſt, & pro rapere etiam nonnunquam, &
Ezech. 23.34. pro deuorare vſurpatur. Nam vbi legimus apud Ezechielem : Et fragmenta eius deuorabis, in Hæbreo pro Deuorabis, habetur תְּגָרֵמִי,vertuntque Hæbrei ipſi : Et teſtas eius confringes : ſcilicet dentibus. Eſt ergo verborum Sophoniæ mens : Iudices eius lupi ſunt veſpertini: non ex iis, qui rapiunt & deuorant prædam diluculo. Id eſt, pares ſunt nocturnis & immaniſſimis hyenis: non matutinis ac manſuetioribus lupis : longe namque hos ſeuitia & crudelitate antecellunt. Erit idem ſenſus vulgatæ editionis,ſi quod dicitur: Non relinquebant in mane:interpretemur Non expectabant in mane, non differebant venationem in primam lucem, non ſuperſedebant venationi vſque in crepuſculum matutinum : quod eſt proprium vulgatium luporum. Pagnini expurgatores verteruut : Iudices eius, lupi veſperæ, non exoſſarunt in mane.

*Eſt ſanè lupus (quod dixit Ariſtoteles) ferox, & inſidioſum animal : ita tamen ,vt canes fugiat, & homini parcat. Hyena vero ipſis canibus eſt implacabilis hoſtis: vomituſque homanos mentitur,vt canes alliciat,falſiſque ſingultibus ſolicitatos deuorat.Molitur etiam homini inſidias,ſequiturque paſtorum ſtabula,& auditu aſſiduo addiſcit vocamen, quod exprimere poſſit imitatione vocis humanæ, vt in hominem aſtu accitum nocte ſæuiat : adeò carnis hominum auida,vt ſepulchra etiam effodiat,eruatque cadauera. Quemadmodum Ariſtoteles Plinius, Solinus, & Ælianus, cæterique fere omnes Naturæ hiſtorici tradiderunt. 91

*C Æ T E R V M, Arabiæ vernaculam,& reliquis horridiorem, Hyænam facit Stagirita, in libro de Admirandis naturæ auditionibus, ſic ſcribens : In Arabia hyenarum quoddam genus reperiri aſſirmant : quod, cum belluam vel hominem præuiderit ,eos obmuteſcere facit, ac ſic in veſtigio hærere, vt corpota mouere nequeant. Cæterum,cum hæc fecerit,id hyenarum u: flagrare videtur.Hæc ille.Sed & ipſum vocabulum Hebrai- 92

cum

eum ערב, pro quo vulgatus interpres reddit *Veſpertinos,* Arabiam
regionem ſignificat. Nam vbi legimus apud Iſaiam: Onus in Ara- Iſa. 21. 13.
bia. Et apud Ieremiam: Cunctis regibus Arabiæ. Et apud Eze- Ier. 25. 24.
chielem: Arabia, & vniuerſi principes Cedar. In iis locis omni- Ezech. 27. 21.
bus hæc dictio ponitur pro Arabia in Hebræo. Vnde ſeptuaginta
53 ſeniores pro, *Lupis veſpertinis*, Lupis Arabiæ verterunt. * Illud porro prætermittendum non eſt, quod de hyænis Ælianus enarrat. Hyæna (inquit) ſicut Ariſtoteles tradit, dextera in manu vim ſopiendi habet, & ſuo tactu ſolo ſomnum conciliandi, ſæpeque numero in ſtabula ingreſſa, cum dormientem aliquem deprehenderit, & pedetentim ad illum progreſſa fuerit; ſoporiferam, vt ita dicam, manum eius naribus admouet, ſicque eas opprimit, vt hic ſine ſenſu eſſe videatur: ac tantum terræ ſuffodit, quantum ſit ad eum ipſum obruendum ſatis: guttur verò ſupinum & nudũ relinquit, in quod incumbens ſomno oppreſſum ſuffocat, poſteaque in latibulum abſtrahit. Iam cum Lunæ orbis plenus eſt, retrò poſito Lunæ fulgore, ſuam canibus vmbram iniicit, quos ſtatim mutos reddit: & tanquam veneficio quodam eorum ſenſus perſtringit, deinde & elingues abducit, & optatis fruitur. Ælianus hucusq;. Scripſit & nonnulla de hyęnis, ex Neſtore, Conſtantinus Cæſar, libro quintodecimo Selectarum præceptionum de agricultura: ſed ne plus nimio longus ac moleſtus ſim, prudens & ſciens ea libenter omitto. Immaniſſimis itaq; hyænis equos Deus Chaldæorum aſſimilat per hyperbolen, qui eousq; ſint feroces ac truces, vt etiam aſpectu ſtuporem iniiciant, &, vel vmbra, pugnaces quosuis, mutos & attonitos reddant. Illud autem apud Habacuc, equi & hyænæ comparationem efficit aptiorem, quod hyæna (vt Ariſtoteles tradit) iuba, qua equus, eſt: ſed ſeta duriore, lõgioreque, & per totum dorſum porrecta.

94 * At nunc recens, biennio poſtquam hæc euulgauimus, quidam doctus ac religioſus vir, quæ de lupis & hyænis intulimus, hac ratione & argumentatione conuellit. Pro lupis (inquit) veſpertinis, ſeptuaginta tàm hic, quàm Sophoniæ tertio, verterunt: Lupis Arabiæ. Quam tranſlationem ſi recipimus, noſtram tenere non poſſumus, neq; enim poſſumus ambas tueri. Nam nomẽ, quod in Hebræo eſt, non eodem ſono profertur, cum hæc duo ſigni-

minum. Alioqui,ſi vnum tantum cecinit & intellexit Propheta,
certè vulgata translatio, in altero duorum locorum, præter ſonũ
atque ſenſum Prophetæ, aut hoc, aut illud, interpretata eſt. Nunc
vtrobique בְּתָלְל Hebraica præferunt exemplaria.
98 * Accipe tertium exemplum, ex eadem officina depromptum. Mich.5.2.
Michęæ capite quinto, vbi nos legimus: Et tu Bethehem Ephra-
ta, paruulus es in millibus Iuda: Hebręis eſt pro Millibus, אלפי.
Cui dictioni ſi hæc vocalia coaptes אַלְפֵי, Millia proculdubio ſi-
gnificat. Sunt de hoc in diuina ſcriptura, multa millia teſtimonio-
rum. At ſi hæc illi puncta ſubnectas, אַלּוּפֵי, Principes ſignificat, Gen.36.
ſiue duces. Ita quippe habetur in Geneſi, vbi dicitur: Iſti duces 30.
Horræorũ, qui imperauerunt in terra Seir. Non ergò eodẽ ſono
pfertur hęc vox, cum vtrumq; ſignificat: ſed Alphe ſignificat mil-
lia; Alluphe autẽ, Principes, ſiue Duces. Nihilominus editio vul-
gata vtramq; lectionẽ tuetur. Nam apud Michæam, cum ſeptua-
ginta ſenioribus & Thargum in millibus tranſtulit: & cum Grę- Matth.2.
cis apud Matthæum, in Principibus interpretatur, dicens: Et tu 6.
Beth-lehem terra Iuda, nequaquam minima es in principib⁹ Iu-
da, ex te enim exiet dux, qui regat populũ meum Iſrael. Matthæ-
us porrò, ſi ſcripſit Hebraicè, abſq; punctis ſcripſiſſe, putatur: cũ
poſt tempora quoque Hieronymi, à Rabbinis excogitata ferant.
Et (ni me fallit opinio) Michæas vtrumque perſonuit, vtrum-
que complexus eſt animo, & vtraque lectione Dauidem à Pro-
pheta deſignari conijcio. Haudquaquam enim addubito, om-
nibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe: Dauidem: præclariſ-
ſimum regem de tribu Iuda, & in Beth-lehem natum fuiſſe, &
pro multis hominum millibus computari conſueuiſſe, poſt-
quam mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael, cantantes, chorosque 1.Reg.21.
ducentes, obuiam illi ſunt egreſſæ, dicentes: Percuſſit Saul 11.
mille, & Dauid decem millia. Quod quidem & in exteras natio-
nes peruulgatum eſt. Dixerunt enim ſerui Achis, regis Geth:
Numquid non iſte eſt Dauid rex terrę? Nonne huic cantabant
per choros, dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem 2.Reg.18.
millia? Et (quod preſſius vrget) cum Dauid egredi vellet in 3.
prælium, reſpondit ei populus: Non exibis; quia tu vnus pro Eccl.47.
decem millibus computaris. Denique vt in Eccleſiaſtico dicitur; 7.

Digitized by Google

In decem millibus glorificauit eum. Ergo, quemadmodum Gedeon, ex illo die vocatus eſt Ierobaal, quo dixit Ioas pater eius:
Iudic. 6. 32. Vlciſcatur ſe de eo Baal, qui ſuffodit aram eius: Vt apud nos quoque Rodericus de Bibar, appellatus eſt Cid: quoniam hac pręfatione honorifica à Maurorum legatis conſalutatus eſt: Sic ego Dauidem exiſtimo, honorario quoppiam vocabulo inſignitum vulgò fuiſſe, quod acclamationes & voces fœminarum occinentium exprimeret, quoque illum Myriadam, vel Polychiliadam, id eſt, Multimilem nuncuparent.

* Michæas igitur, dum apertè proclamat, magnam magnoperè fuiſſe Bethlehem, producendo regem Dauidem, qui pro 99
multis millibus valuiſſet; ingenioſè verbum vſurpat, quo vtrum-
Mich. 5. 2. que pariter complectatur. Eſt enim ſenſus Prophetæ: Et tu Bethlehem Ephrata, magna es vtiq; & glorioſa, tanto filio & alumno illuſtrata, qui princeps & dux populi fuerit, & ipſe quoque per ſe, pro decem millibus computari meruerit. At in hoc etiam paruula es, præ gloria & magnitudine honoris, quæ tibi obtingent ex ortu illius magni ducis, tui ciuis; qui non tantum populum Iſrael reget, vt rexit quoque Dauid: ſed egreſſus eius ſunt ab initio, à diebus videlicet æternitatis, quod nequaquam Dauidi contingit. Quod ergo paruula dicitur Bethlehem in producendo Dauidem, excellentiſſimum regem; non aſſeueranter proferri, nec ſimpliciter, intelligendum eſt: nam id quoque ad magnum honorem & laudem dicitur Bethlehem; quæ talem ediderit principem, atque ducem populo Dei. Sed verò, comparatè profertur, vnde id etiam extenuatione minuitur: quò gloria & prærogatiua Bethlehem, aduentu & natiuitate Meſſiæ, regis regum, extollatur magis. * Frequens eſt in libris diuinis, hæc 100
4. Reg. 3. 17. laudandi & exaggerandi figura. Non videbitis ventum, neq; pluuiam (inquit Heliſeus) & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta veſtra. Id magnum eſſe, quis neget? Et tamen addit Propheta: Parumque eſt hoc in conſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in manus veſtras.
Iſa. 49. 6. Sed & dominus apud Iſaiam: Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas. Ecce, dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ.

Quis

Digitized by Google

Quis ego ſum Domine (inquit ipſe Dauid) & quæ domus mea: 2.Reg.7.
quia adduxiſti me hucuſque? Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu 18.
tuo Domine Deus, niſi loquêris etiam de domo ſerui tui in longinquum. Quoniam igitur propheta Michæas, hoc ſchemate vſus, vtrumque retulit ad gloriam & magnitudinem Beth-lehem: (Ibi nempè natum fuiſſe Dauidem, qui & princeps populi fuerit, & pro multis millibus computari meruerit: & inde proditurum Meſſiam, regem regum, & dominum dominantium, Deum verum, & hominem verum: qui quamquàm carnem indutus, temporaliter naſceretur in Beth-lehem, tamen generatione diuina æternùm egrederetur à Patre) Euangeliſta Matthæus, paraphraſtice vaticinium adducens, illiusque ſententiam aperiens: negat, id dictum fuiſſe ſimpliciter & affirmatè, Exiguam eſſe Beth-lehem: quinimò hoc ſenſiſſe Prophetam: Magnam omnimodis
101 atque præclaram, in principibus producendis fuiſſe.* Non ſolùm ergò Prophetæ contrarius Euangeliſta non eſt, vt etiam concordet mirificè, atque eius ſingula verba, lucidiſſima interpretatione declaret: Et fortè Euangeliſta Iohannes, hanc vatis fuiſſe mentem, oſtendit, cùm eius teſtimonium inducens, vtriusque natiuitatem coniungit, dicens: Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine Ioan.7.
Dauid, & de caſtello Beth-lehem, vbi erat Dauid, venit Chriſtus? 42.
Vtrumque (ſi non ego fallor) ex Michæa Euangeliſta deprompſit: Chriſtum ſcilicet, venire de Beth-lehem, indeque veniſſe Dauidem. Quiſquis autem Prophetæ ſit ſenſus, hoc tamen ex prædictis iam patet: in vtramque ſignificationem אלפי, ex eodem met loco Prophetæ, à vulgata interpretatione transferri: quamuis alio ſono, cum ſignificat Millia, alio, cum Principes, proferatur. Quod ſi Millia ſolùm, aut Principes ſolùm, ſonuit & intellexit Michæas, proculdubio vulgatus interpres, præter ſonum & intellectum Michææ, in altero locorum interpretatus eſt. Stet ergo, repetito vocabulo, hoc & illud intellexiſſe Prophetam, & vtrumque pariter pronuntiaſſe: Et tu Beth-lehem Ephrata, paruulus es in Principibus Millibus Iuda.

102 * Sed & ſeptuaginta ſeniores, vel in eodem loco nonnũquam, duplicem ac diuerſam lectionem verborum tenuerunt, atque tutati ſunt. Pro eo enim, quod apud Iſaiam, Vulgatus traduxit ſimpliciter:

pliciter: Et erubeſcet Luna, & confundetur Sol. Hebræis eſt: וְחָפְרָה הַלְּבָנָה וּבוֹשָׁה הַחַמָּה. Vocabulum porrò לבנה, anceps eſt, & diuerſa ſignificat. Quippe לְבָנָה Luna eſt: לְבֵנָה ſignificat Lateré. Similiter dictio חמה, duplicé habet ſignificationé חַמָּה namq; dicitur Sol: at חוֹמָה ſignificat Murũ. Vt in Leuitico bis poſitum eſt, capite viceſimoquinto. Ergò ſeptuaginta ſeniores, vtramq; lectionem contutati, verterunt: Et liqueſiet later, & cadet murus: & cõfundetur Luna, & erubeſcet Sol. Hocq; vſque ad Hieronymi tépora, per quadringentos annos decantauit Eccleſia. Neq; poſtea, recepta Vulgata, ſeptuaginta tranſlatio ſepploſa eſt: ſed vtraq; (vt Gregorius teſtatur) vſa eſt iugiter Apoſtolica ſedes. Non ſit igitur, cui ſit dubium poſthac, Hebraicarum appoſitione vocalium, varias ex Scriptura diuina exoriri & pullulare ſententias.

Leu. 25. 30. 31.

* Quin etiam Hebraicorum elementorum ambiguitate, & literarum informitate, per ſæpè diuerſos in Scripturam diuinam ſenſus Sp. ſanctus induxit. Vereq; affirmat Leo Caſtro, in diſputatione de Tranſlationibus, capite viceſimo quarto: Conſultò diuinos autores duplicem reliquiſſe lectioné. Annotauit quamplurima huiuſcemodi loca Hieronymus, in Commentariis diuinorum voluminum. Signanter verò, Iſaiæ capite octauo, in illud: Congregamini populi, & vincimini. Et capite viceſimoprimo, in illud: Onus Duma. Et capite trigeſimo octauo, in illud: In dimidio dierum meorum. Et in illud quoq;: Sicut pullus hirundinis. Et capite quadrageſimoquarto, in illud: Qui dico Cyro, Paſtor meus es. At nos ex noſtro Habacuco vnicum tantùm deſumamus exemplum. Diximus autem ſuperius, capite primo, verſu quinto, pro eo quod vulgata editio habet: In Gentibus: Septuaginta interpretes, & Lucam Euangeliſtam in Actis, Contemptores vertiſſe. Népè vtrumq; dixit Propheta, & vtrumque ſcriptura complexus eſt. Dixit enim, aut dixiſſet, ſi pronuntiaſſet: בַּגּוֹיִם רְאוּ בֹּגְדִים, id eſt, Aſpicite contemptores in Gentibus. At cum in tabulis exararet, vnius literæ imperfecta ſcriptione, ſub vnica dictione tantummodo, vtrumq; compendiariò concluſit. Pulcerrimo namq; comméto, mediã literam dictionis בגוים, tanta temperauit ambiguitate, tam ancipiti figura depinxit: vt ſuperior ac tranſuerſa virgula literæ, breuior videretur, quàm vt manifeſte eſſet ד daleth: longior verò,

103

Iſa. 8.9. Iſa. 21.11. Iſa. 38. 10. 14. Iſa. 44. 28.

104

Act. 13. 41.

verò, quàm vt apertè eſſet ו vau. Hacq; arguta & eleganti captione, geminæ fecit Vates locum interpretationi. Diuinos ergo Prophetas, quoquo modo ambigua protulerint, vniuerſa ſenſa calluiſſe, & lectione aut pronuntiatione edidiſſe, (meo iudicio) exiſtimare, par eſt.

105 * Pergit porrò is idem interpres, & quæ diximus, in hunc modum exagitat. Vtrum ergò dictum à Propheta putabimus? Sanè quod habet noſtra translatio. Primum, quia de lupis Arabiæ nihil peculiare traditur ab autoribus, quo ab aliis lupis differant. Et cũ multi eſſent in Iſraelitarum regione, vt quæ montibus abundaret: quid neceſſe erat ex Arabia accerſere? Deinde quod Aquila etiam vertit, referente Hieronymo, Lupi veſpertini. Tertiò, quod
Ieremiæ quinto, vbi legimus: Lupus ad veſperam vaſtauit eos. In Ier. 5. 6.
Hebræo eſt, Lupi עֲרָבוֹת, id eſt, veſperarum, vt etiam teſtantur Hebræi. Vbi mutatione numeri ſublata eſt de medio ambiguitas, neq; Arabia intelligi poteſt. Ille hactenus. At his facilè reſpondere eſt: A Propheta vtrumq; dictum putabimus. Accerſit verò ex Arabia: quia non genus vulgare luporum, ſed peculiariter hyænas accerſit, quas eſſe in Arabia ſæuiores, Ariſtotelis teſtimonio didicimus, quaſq; genus eſſe luporũ, ferocius peculiariter & immanius, probè ſeptuaginta cognouerant, cum eſſent Arabiæ contermini. Aquila verò, quin Symmachus etiam, & cum his Chaldaica paraphraſis, cum Lupos veſpertinos verterunt, non explodunt ſeptuaginta verſionem, ſicut nec Hieronymus reiicit. Qui tàm hic quã apud Sophoniam, vtramq; in Commentariis coniungit. Interpretes ſiquidem Bibliorum, cum diuerſam expoſitionem inducunt, non aliis aduerſari voluerunt: ſed ſub iiſdem Scripturæ vocabulis, varia produnt occultari myſteria, varias ſignificationes includi.

106 * Cur autem non Arabiarum, עֲרָבוֹת interpretari poſſimus? cum Arabiam eſſe multiplicem, diuini Scriptores non ignorauerint? Sanè Ieremias ipſe, capite viceſimoquinto, expreſſè meminit
Arabiarum duarum. Vbi enim nos legimus: Et cunctis regibus Ier. 25. 24.
Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deſerto. In Hebræo, pro Occidente & Arabia, idẽ vocabulum inuenitur. Habent namq; Hebraica in hunc modum. Et cunctis regibus ערב, & cunctis regibus הערב, habitantibus in deſerto. Et quidẽ Vulga-

tus & alii,cum priori loco legiſſent Arab, ne iterum eandem met rem verbis eiſdem viderentur repetere,in altero legerunt Ereb,& Occidentis verterunt. Attamen vtrobiq; Pagninus, Arab duxit eſſe legendum,ita tamen,vt de duabus Arabiis Prophetam diſſerere, non animaduerterit. Reddit enim paraphraſticòs: Et cunctis regibus Arabiæ. Hoc eſt,omnibus regibus Arabiæ,qui habitant in deſerto. Rectius Vatablus & oculatius: qui primo Arabiam felicem, ſecundo Arabiam deſertam, Ieremiam indicare decreuit. Felix quippe κατ᾽ ἐξοχὴν, Arabia ſimpliciter appellatur. Deſerta verò & Scenitis,cùm adiectione indicata eſt. Et litera,ה,vt ego ſentio, diſcriminis cauſa præponitur, vicemq; gerit relatiui, Illius,vel Alterius: vt non ſemel in diuina Scriptura. * Eſt ergò Ieremiæ intelli- 107
gentia. Propinaui cunctis regibus Arabiæ felicis: & cunctis regibus alterius Arabiæ,habitantibus in deſerto. Cùm igitur Ieremias plures Arabias agnoſcat, quid vetat, quin Arabot pro Arabia-
Ier.5.6. rum poſuiſſe dicamus? Hebræi Ieremiæ expoſitores, deſertorum vel ſolitudinum,vertunt,teſte rabbino Dauid,vt Pagninus in Theſauro annotauit. Quibus & ipſe aſſentitur, ſic enim interpretatus
Num. 45. 1. eſt locum. Lupus deſerta incolens vaſtabit eos. Et in Numeris,vbi vertit Vulgata: Hæc quoquè locutus eſt Dominus ad Moyſen in Campeſtribus Moab. Pro Campeſtribus, Hebræis eſt עֲרָבֹת; vel,
Pſ. 67. 5. vt Hieronymus retulit,in Locis Hebraicis, עֲרָבֹת. Et Pſalmo ſexageſimo ſeptimo, vbi legimus: Iter facite ei, qui aſcendit ſuper Occaſum eſt עֲרָבוֹת: & Hieronymus(qui Vulgatus interpres in libris Prophetarum habetur.) Deſerta inibi interpretatus eſt. Porrò vaſtam cœli planitiē, Deſerta Dauid appellauit: vt Pindarus quoq; cum ait:

Si verò certamina narrare
Deſideras mi anime,
Ne porrò Sole contemplerîs
Aliud feruentius
In die fulgidum aſtrum,
Deſertum per æthera.

Sic igitur etiam Pſalmographus: Cantate Deo,inquit: canite nomini eius: exaltate inſidentem, vel equitantem in deſertis, in immenſa vaſtitate cœlorum. Sic quoq; apud Ieremiam Arabot, Arabiam deſertam ſignificat: Hebræis propriè vocati videtur

Arabia.

Arabia. Ex hoc enim quod deſerta ſit, videtur ſortita vocabulum. Et Symmachus (Hieronymo teſte) pro Araba, interdum Campeſtrem, interdum Inhabitabilẽ, reddidit. Non quod hominibꝰ frequens non ſit: ſed quod vrbibus nullis aut oppidis, nullisúe domibus habitetur. Vnde & Arabes, Scenitæ vocantur: quod tentoriis (inquit Solinus) ſuccedunt, nec alias domos habent.

Pergit Cenſor noſter vlterius, & affirmat, lupum non manè, ſed verò noctu, venari. Nam cur, ait, famelicus lupus venationem in auroram differret? Nimirum, quia coërcet natura, & à Plaſta ingenerata conditio. Qui paſtorum quieti conſuluit: ne dum totis noctibus cauerent à lupo, qui terrarum vbique graſſatur, inſomnes totas noctes tranſigerent: atqui ſopore refecti, ſub diluculum læti lupis inclamitant.

109 * Affirmat lapſum fuiſſe Bodinum, qui (quod nec ſomniarit Oppianus) lupi genus fecit hyænam. Ac meritò Bodinus, Oppiano hyænam lupũ eſſe, intellexit. Neq; enim ſolum Oppianus, libro tertio de Venatione, de lupis pariter & hyænis promiſcuè atque coniunctim pertractat, etſi genus vulgare luporum mox in varias ſpecies ſubdiuidat: ſed etiam libro primo apertiſſimè (vt diuini Scriptores fecerunt) lupi nomine deſignat hyænam, cùm de canum educatione ſic inquit.

Sed primo vberibus ceruæ lactentur agreſtis,
Aut crudo domitæ paſcantur lacte leænæ,
Noctiuagæ ve lupæ, capreæ ve ſalacis alantur
Vbere: ſic celeres euadent atq; feroces.

Cum lupam νυκτιπόρον, id eſt, noctu ambulantem appellat, hyænam manifeſtè deſignat: quippe cum eodem epitheto eandem libro tertio inſigniuerit. Quod ipſe, qui hæc refellit, interpres cũ
110 animaduertiſſet, non tacuit. * Ariſtoteles de Hiſtoria animalium, libro ſexto, capite triceſimoſecundo, Hyænam colore lupi propè eſſe dixit. Et libro octauo, capite quinto, lupi hiſtoriæ hiſtoriam hyænæ, his enarrans verbis, adiungit. Quam alii glanum, alii hyænam appellant, corpore non minore quàm lupus eſt: iuba qua equus, ſed ſeta duriore, longioreq;, & per totum dorſum porrecta. Molitur hæc inſidias hominii. Canes etiam, vomitionem hominis imitando, capit. Et ſepulcra effodit, humanæ auida carnis, ac eruit.

Ex quibus Ariſtotelis locis vir doctiſſimus Theodorus Gaza (qui libros de Hiſtoria animalium Ariſtotelis Latinitate donauit, & in capita pro arbitrio diſſecuit,& titulis capita prænotauit) iudicaſſe videtur, hyænam lupi genus eſſe Ariſtoteli. Cùm is enim dicto capite quinto, agat de lupo & hyæna, de vrſo & leone carniuoris, deque iis poſt hæc quadrupedibus, quæ è fluuiis aut lacubus cibũ petunt, at Theodorus Gaza in epigrapha eius capitis id dumtaxat inſcribit. De victu lupi, vrſi, leonis, eorumq; quadrupedum, quæ ex lacubus, fluuiisque victum petunt. Itaque prætermiſit hyænam, nulla ex alia cauſa nimirum, quàm quod lupi genus eſſe cenſeret, & lupi vocabulo comprehendi voluiſſet. * Quod ſi nullus etiam 111
autorum humanorum vnquam feciſſet, certè diuini Scriptores hyænam lupi genus fecerunt, hancque Lupi veſpertini vocabulo, à genere vulgari luporum, prædas ſub auroram agente, & manè comedente, ſecernunt. Quemadmodum Græci bubonem, aut noctuam (vt Hieronymo placuit) ob id ſolùm, quod, ſicuti coruus, auis carniuora ſit, tam diſſimilis in cæteris omnibus, corui genus eſſe dixerunt, vtque à coruis diurnis ſecernerent, peculiariter Nycticoracem, id eſt, coruum nocturnum, vocarunt.

Sed verò ridiculum eſt, quaſi luporum natura perierit, ſcriptorum emendicatis ſententiis, hanc quæſtionem altercando diſcutere, quæ paſtorum quotidiana experientia, & vel iudice bubulco aut ſubulco, adeò facilè poſſit abſolui. Ergò iam hinc lupi faceſſant, & nos ad vlteriora pergamus.

8. *Et diffundentur equites eius: equites namq; eius de longe venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.*

IN Hebræo, pro Diffundentur, habetur בָּשׁוּ: quod omnes de- 112
ducunt à verbo פוש. Id verò in Hebraica & in Chaldaica lingua, creſcere, multiplicare, & augere, plerumque ſignificat. Vnde vertit Chaldæus paraphraſtes. Equites eius multiplicabuntur, huicq; Vatablus & Pagninus aſſentiunt. Hincque etiam Hebraicantes ferè omnes, his verbis maximam equitum multitudinem ſignificari, decernunt, numeroſaſq; turmas Chaldæorum, in perniciem Iudæorum venturas. Quod & alii, verbum *Diffundere* ſatis exprimere, putauerunt, quaſi eos nullus capere locus, alere regio nulla ſufficiat, quapropter ſit neceſſarium, eos diffundi, vt prædas exerceant.

eant. Quemadmodum Aquilæ ſpatia partiuntur inter ſe, ſuiſque prædis regiones determinant, quoniam ſupra modum famelico & inſatiabili auitii huic generi vna regio vix ſatis ſit, vt vel binos pullos educare queat. Verbum autem פוש, effundere tranſtulit Vulgatus interpres apud Ieremiam. Quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam. Et vbi legimus apud Nahum. Latitauit populus tuus in montibus. Hebræi legunt, Diffuſus eſt, eorumque lectioni ſuffragatur quod ſequitur. Et non eſt qui congreget. Quod enim diffunditur, etſi numero non augeſcit, at loco & ſpatio, quodammodo creſcit, ac maius fit. Ier. 50. II. Nah. 3. 18.

113 * Verumtamen (vt EGO coniicio) in hoc loco Vulgatus interpres פָּשׁוּ deriuauit à verbo פשט, quod irruere & irrumpere eſt, graſſari, atq; prædatum abire. Hoc enim verbum habetur in libro Iudicum, vbi legimus. Primo mane oriente Sole, irrue ſuper ciuitatem. Et in primo regum. In quem irruiſtis hodie? Et in eiſdem libro & capite, vbi dicitur. Et aſcendit Dauid & viri eius, & agebant prædas de Geſſuri. Eſt enim pro, Agebãt prædas, וַיִּפְשְׁטוּ pro quo ſeptuaginta verterunt: καὶ ἐπετίθεντο ἐπὶ τὸν γεσσουραῖον. Id eſt. Et irruerunt in Geſſureum. Iud. 9. 33. 1. Reg. 27. 10. 1. Reg. 27. 8.

114 * Notandum porrò eſt, Vulgatum interpretem ſæpè pro פָּשַׁט, tranſtuliſſe Diffundere: ita tamen, vt propriam ſignificationem non deſerat, ſed irruere, irrumpere, graſſari, inuadere, & ad prædam conuolare, ſignificet. Etenim pro verbo וַיִּפְשְׁטוּ, quod in libris Regum vertit. Prædas agebant: in libris Paralipomenõ tranſtulit, Diffuſus eſt. Ait enim: At ille exercitus quẽ remiſerat Amaſias, ne ſecum iret ad prælium, diffuſus eſt in ciuitatib⁹ Iuda, à Samaria vſq; Beth-horon, & interfectis tribus millib⁹, diripuit prædam magnam. Neq; enim ſignificat, hac & illac fuiſſe diſperſos, verũ modo in hanc ciuitatẽ, modo in illam hoſtiliter irrupiſſe. In eodẽ libro Paralipomenon, vbi dicitur: Philiſtim quoq; diffuſi ſunt per vrbes campeſtres. In Hebręo eſt פָּשְׁטוּ, ſeptuagintaq; verterunt, ἐπέθεντο. Id eſt, irruerunt. Quid plura? ipſe ſe explicat Vulgatus interpres, quidq; per verbum Diffundere ſignificare voluerit, lib. 1. Paralipomenon apertiſſimè manifeſtat: dum pro vnico verbo Hebraico וַיִּפְשְׁטוּ, vtrũq; reddidit: Irruerũt & diffuſi ſunt. Ait enim: Alia etiam vice Philiſthiim irruerunt & diffuſi ſunt in valle. Ergò (mea ſentẽtia) verborũ vatis noſtri hæc eſt mens; Chal- 2. Par. 25. 13. 2. Par. 28. 18. 1. Par. 14. 13.

Digitized by Google

dæi tam velociſſimis ac ferociſſimis equis inſtructi, irruent, atque inuadent Iudæos. Hoc ipſum ſignificaſſe, mox aperit, cum de more declarans ſeſe, & quæ dixerat exponens, ſubiungit.

Equites namq; eius de longè venient, volabunt quaſi aquila feſtimans ad comedendum. His quippe verbis omnibus Habacuc vim & energiam verbi פָּשׁוּ, eiusque preſſiorem & inuolutiorem ſignificatum, explicatius declarat & amplificat: neque Chaldeorum in plures Paleſtinæ tractus diſperſum, ſed impetum & inuaſionem violentam, ſignificare manifeſtat. Vnde ſeptuaginta ſeniores, pro Diffundentur, Equitabunt verterunt, reddunt enim: Equitabunt equites eius, & impetu venient de longinquo: & volabunt quaſi aquila promta ad comedendum. Quæ verba paraphraſticos Theophylactus retulit in hunc modum: Et equites eius accingentur equitatu ſuo itineri, & accelerabunt cum impetu è longinquo, & volabunt inſtar aquilæ expetentis cibum. Mihi verò apud ſeptuaginta ſeniores, verbum Equitare translatè, pro Inſultare, poni videtur, vt Horatius poſuiſſe putatur, vbi ait:

Neu ſinas Medos equitare inultos
Te Duce Cæſar.

* Quod verò dicitur, *De longè venient.* Plenum eſt emphaſi. 116
Procul enim diſſita à nobis (vt Nicias apud Thucydidem aiebat) & cum quibus nulla commercia, nulla ſunt nobis vicinitas & conuerſatio, nullaq; intereſt linguarum communitas: maiorem plerumq; terrorem incutiunt, verumq; eſt vulgare Prouerbium: Nubem eſſe procul, quæ propè ſit nebula. Longinquorum præterea hoſtium inuaſio, quibus nulla ſubeſt irarum & bellorum cauſa, animaduerſionem diuinam nobis facit manifeſtiorem. *De longè* autem dixit Deus apud Habacuc, pro, de Babylone, vt Ezechias quoque apud Iſaiam: Introiuit enim Iſaias propheta ad Ezech. regẽ Iuda, & dixit ei: Quid dixerunt viri iſti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias. De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. Idipſum minatur Deus per Ieremiam, dicẽs: Ecce, auditum eſt in Ieruſalẽ, cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus. Et in alio loco: Ecce, ego adducam ſuper vos gentem de longinquo, domus Iſrael,

Iſa. 39. 3.
Ier. 4. 16.
Ier. 5. 15.

Iſrael, ait Dominus: gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

117 * *Aquilæ* porro comparatio (vt Theophylacti vtar verbis) robur iuxta ac celeritatem ob oculos ponit: quodque ex altioribus in ipſos deferentur. Vt enim Aquila inter volatilia, & fortis eſt & velox, præſertim cum famelica expetiuerit alimoniam; exque altioribus locis delata, cum impetu ſuo irruens intolerabilis ſit: ſic & equites Chaldæorum, nedum potentes ſunt & robuſti, ſed veloces etiam propter pernicitatem equorum, alacres & cupidi, ad depopulandum, deuorandum, & abſumendum vrbes, ex alto nimirum ingruentes.

118 * Et quidem Aquilarum proprietas, quoniam varia & multiplex ſit, variis in diuina ſcriptura fecit comparationibus locum. Ex hoc enim quod in editis montibus, & præruptis ſilicibus nidulantur, eos homines repræſentare dicuntur, qui, quod ſint in gradu ſublimi, tutos ſe vſquequaque arbitrentur. Quale eſt illud noſtri Prophetę: Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Quale eſt etiam illud Abdiæ: Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te. dicit dominus. Quod autem iterum iuueneſcunt, & cùm plumas ſenecta decuſſerit, denuò plumeſcere perhibentur: eos homines ad viuum effingunt, qui priſtinam fœlicitatem & gloriam, ærumnis interceptam, recuperant. Huc enim illud Pſalmi refertur: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Illud verò Prouerbiorum trigeſimo: Comedant eum filii aquilæ; ob voracitatem eſt dictum, ad rapaceſque pertinet & iniurios; idemq; eſt cum ſententia Pſalmographi: Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Hincque forſitan Ezechiel, regem Babylonis vniuerſa rapientem, Aquilæ nomine ſignificauit. Si non potius ob dominatum, quem in reliquas aues exercet, Aquilæ comparationē aſſumpſit. Quoniam verò ſe ita in altum ſuſtollunt, vt volatu nubes quoque transcendant, & (vt verbis Maximi dicam) quoniam ſordibus terrenis relictis, Aquilæ ſublime volantes, aëris purioris ſalubritate fruuntur: illos aptiſſimè referunt, qui fæce peccatorum purgata, & cura terrenorum abiecta, ſublimioris contem-

Hab. 2. 9. Abd. 1. 4. Pſal. 102. 5. Prou. 30. 7. Pſal. 108. 11. Ezech. 17. 3.

plationis æthere perfruuntur,& vitæ purioris ſimplicitate lætan-
Iſa.40.31. tur. Hoc eſt enim apud Iſaiam: Qui ſperant in Domino, muta-
bunt fortitudinem,aſſument pennas vt aquilæ. Diuini porro Scri-
ptores, frequentius ob velocitatem, Aquilæ comparationẽ vſur-
Ier.4.13. pant. Ieremias namque ſic ait: Velociores aquilis equi illius. Et
Thren.4. rurſus,quarto Threnorũ: Velociores fuerunt pſecutores noſtri
19. aquilis cœli. Iob quoque: Pertranſierunt quaſi naues poma por-
Iob.9.26. tantes,,ſicut aquila volans ad eſcam. Aquila quippe in volando,
præ ceteris perniciſſimi eſt impetus. Vt etiam in prouerbium
abierit, Aquilam volare doces. Vnde per ironiam Menedemus
hos verſus vſurpaſſe, narratur.

Capta eſt profectò celer ab imbecillibus,
Et aquila tempore breui à teſtudine.

Deut.28.49. Vulgatus interpres, ſeptuaginta imitatus, Aquilæ comparatio-
nem ad impetum retulit, in Deuteronomio. Neque enim He-
bræi habent, Cum impetu: vbi legimus in vulgata editione: Ad-
ducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis
terræ finibus,in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu.

9. Omnes ad prædam venient: facies eorum ventus vrens.

VOlabunt (inquit Propheta) non iter facere videbunt, quos 119
nullus prorſus in via hoſtium retardabit timor, quippe certi
de victoria & ſpoliis, non tàm ad bellum, quàm ad prædam & ra-
pinam procurrent. Quocumque peruenerint, vaſtabunt omnia,
& obuia quæque proſternent. Diripient vniuerſa & incendent:
non ſecus ac pernicioſiſſimus Eurus. Qui (vt Iunius Moderatus
eſt author) ſic quaſdam regiones infeſtat, vt niſi vites tegumini-
bus opacentur, velut halitu flammeo fructus vrantur. Et Sappho
apud Naſonem ſic ait:

Vror, vt indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

Et Canace Machareo, in hæc verba apud eundem ſcribit:

Vt ferus eſt, multoq́; ſuis truculentior Euris,
Spectaſſet ſiccis vulnera noſtro genis.

Gen.41.27. In Hebræo quippe pro, *Ventus vrens*, nomen proprium venti
Orientalis ponitur, nimirum קָדִימָה Cadima. Hoc vento Pharao
in

In Ægypto, percuſſas ſomniauit ſpicas. Nam vbi legimus in Geneſi: Percuſſæ vredine: Hebræis eſt pro, Vredine, קדים Cadim. Ezech.
Eadem eſt vox paulò inferius in eodem capite pro vento vrente. 12.
Eadem eſt & apud Ezechielem, ibi, Columellæ conſentiens, de vinea in hunc modum ſcribit. Ventus vrens ſiccauit fructum eius marcuerunt, & areſactæ ſunt virgæ roboris eius, ignis comedit eam.

Et congregabit quaſi arenam captiuitatem.

120 QVam facilè ventus arenam tenuem aliò transfert, tàm facile Chaldæorum exercitus copioſum populum Iudæorũ, captiuum in Babylonem abducet. In hanc enim ſignificationem, hanc eandem ſimilitudinem Iſaias vſurpaſſe videtur, cum ait: Fugiet procul, & rapietur ſicut puluis montium à facie venti. Iſa. 17.

Poteſt etiam ſenſus eſſe verborum: Si arenæ quoque inſtar ſitis innumeri, obſiſtere nequaquam valebitis: ſed innumeros inſtar arenæ, aſportabit in Babylonem captiuos. Neque enim ad reſiſtendum Chaldæis, vlla ducum aut militum vis, aut murorum munitio, ſufficiet. Populus ſed enim Chaldæorum proteret fortiſſima quæque, munitaq; & excelſa proſternet. Hoc eſt enim quod e veſtigio ſubſequitur.

10. Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

121 QVia in Latina vulgata editione nullum nomen maſculinum præceſſit, cum quo relatiuum, *Ipſe*, copulari queat, poſitũ ſine antecedente putatur: vt frequenter in ſcriptura diuina, relatiua poni ſueuerunt. Vnde noſtri Vatis interpretes ad Nabuchodonoſorem accõmodant; mutariq; perſonam exiſtimant, iuxta phraſin diuinis authoribus vſitatam, & familiarem ante alias. Sed ſciendum eſt, in Hebræo nomen גוי. pro quo vulgatus interpres, verſu ſexto tranſtulit Gentẽ, maſculini generis eſſe, vt Pagninus in theſauro annotauit. Ergo cũcta, q̃ hucusq; ſunt dicta, & quæ poſtmodum à Propheta dicuntur, appoſitè referri poſſunt

ad

ad Gentem, ſi natiuos fontes adeamus. Neque ineptè poſſemus exponere: *Ipſe* populus Chaldæorum amarus, de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, cum reliquis omnibus quæ ſequuntur, vſque in finem huius capitis primi. Attamen, quoniam in ſequenti capite hæc ipſa, quę Propheta ſubinfert, ſingulari cuipiam viro vel regi, Deus ipſe videtur aſcribere: & quoniam quæ à populo fiunt, regis ductu & imperio geruntur (vnde à populo res geſtæ, plerumque ipſi regi conſueuerunt attribui, & in principis vituperium vel laudem, ſemper cedunt ſubditorum facinora(ideò nos quę deinceps dicentur, de Nabuchodonoſor exponemus. Ita tamen, vt de populo ac rege, ſimul etiam intelligi poſſe, haudquaquam inficiari velimus.

*Pro *Triumphauit*, in Hebræo eſt וְהֶקְלָס. Verbum autem קָלַס, 122
4.Reg.2. 23. illudere & irridere ſignificat. Quod in libris Regum vertit Vulgatus interpres, de Eliſeo dicens: & illudebant ei. Hinc eſt, quod editio Chaldaica, Tigurina quoque, & Pagninus, & Vatablus; Illudet atque ridebit verterunt. Et Montanus magis propè ad Hebræum: Et ipſe in regibus illuſor erit, & gubernatores riſus ei. Eſt ergo ſenſus: Deſpiciet & irridebit reges, & fortiſſimos quoſque triumphabit.

* Nomen *Tyranni* in hoc loco, ſicut olim quoque apud veteres, in bonam accipitur partem, pro rege ſiue monarcha, qui abſolutam habeat & plenam, in ſibi ſubditos poteſtatem. Denique pro dominis mundi, vt Lucanus ſignificare declarat, cùm ait: 123

In dubiis tutum eſt, inopem ſimulare tyranno.
Quanto igitur mundi dominis ſecurius æuum
Verus pauper agit?

Vergilius libro ſeptimo Æneidos, Æneam appellat tyrannum, inquit enim Latinus rex:

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Appellat & Latinum ipſum tyrannum, id eſt, regem cum ait:

Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni.
Celſa petit, tacitumq; obſedit limen Amatæ.

Iud.5.3. In Hebræo, pro *Tyranni*, eſt וְרֹזְנִים, id eſt, gubernatores, vel principes. Iudicum enim capite quinto, vbi legimus in vulgata

editione

Digitized by Google

editione: Auribus percipite principes. Et Prouerbiorum deci- Pro.14.28.
moquarto, vbi dicitur: In paucitate plebis ignominia principis. Er
Pſalmo ſecundo: Principes conuenerunt in vnum. Et in aliis di- Pſal.2.2.
uinæ Scripturæ locis, in Hebræo pro Principes, רֹזְנִים, inuenit.
Illudet igitur Nabuchodonoſor reges (inquit Dominus apud
Habacuc) & principes fortiſſimi quiq;, riſui erunt illi & ludibrio:
dum omnino viribus impares, fruſtra reſiſtere conabuntur. Non
etiamſi ad munitiſſimas vrbes confugiant.

124 * *Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerē, & capiet eam.* Hæc Theophylactus in hunc modū exponit: Quamuis ciuitates munitę fuerint, & propugnacula, quæ non facilè capi expugnariq; poſſint: hæc tamen obtinebit, ludens magis quam ſeriò agens. Nam agerem tantum vocat, quem cōtra mœnia excitet: quod ad opus ne bellicoſis quidem viris eget, ſed enim armigeris, & pro mercede operam ſuam aliis ſeruilem elocare conſuetis. Sic iam Tyrum Babylonius ille cepit. Theophylactus hucusq;. Sed & beatus Hieronymus ad Tyrum refert. Veniet, inquit, Tyrum, & iacto in mari aggere, peninſulā faciet de inſula, & introitum inter fluctus maris in vrbem terra præbebit. Hæc ille. Veruntamen omnes has minas populo Iudæorū intentari, Moyſes apertè declarat, ſic dicens in Deuteronomio: Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in ſimilitudinē aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non poſſis. Gentem procaciſſimā, quæ non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium, donec te diſperdat, & conterat in cunctis vrbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atq; ſublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. (Deut. 4. 49.)

125 * Scire autem oportet, pro *Aggerem*, Hebræis eſſe עָפָר, quæ vox propriè ſignificat puluerem. Hæcq; ipſa habet in Geneſi, vbi legimus: Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Verborū igitur Habacuc hanc eſſe ſententiam exiſtimo: Rex Babylonis munitiſſimam quamque deridebit vrbem, & quantumlibet tutam & inexpugnabilē, ipſe, vel puluere iniecto, ſubiiciet & expugnabit eam. Tanta ingruet Chaldæorū copia, vt pulueris quoq; inſper- (Gen.3.19.)

 ſione,

ſione,obruant, vel obruere poſſint, obſeſſos. Narrat Plutarchus, 126
Sertorium Characitanos in hunc modum ad deditionẽ coëgiſſe. Quoties belli terror,immineret:in ſpeluncas mõtis ꝑcelſi barbari illi cõfugere ſolebant,ſuaq́; aſportantes ſecurè degere, quaſi nulla vis poſſet nocere. Euenit igitur ꝑ id tẽpus,Sertorium à Metello pulſum,nõ procul ab eo monte caſtrametari, quem cũ barbari ceu victũ contemnerent,ſiue ob irã, ſiue ob pudorẽ, ne hoſtes fugere videret,prima luce montẽ obequitans,ſitũ & naturam loci diligenter cõtemplabat. Cumq́; penitus inacceſſum videret, prorſusq́; aditum non inueniret,ecce pulueris ingentẽ vim in occluſos deferri conſpexit. Cęcias quippe veniens ab Arcto,ſpeluncas ad Boream conuerſas,vehementiori ſpiritu perflabat. Hac igitur re animaduerſa,Sertorius milites iubet, terram puluerulentã confodere,& è ſpeluncarũ regione pulueris cumulum aggerare, quem barbari ab initio irriſerunt,putantes aggerem ad expugnationẽ ſtrui. Sertorius,cum vſq; ad noctẽ milites in opere habuiſſet, eos poſtmodum in caſtra reduxit. Poſtridie verò, diluculo aura lenis ſpirare cœpit,& ſubtiliſſimum puluerẽ in ora ſpeluncarũ deferre: validius denuò perflãte, milites, vt puluis inſurgeret, aggerẽ nonnulli quatiebant', nonnulli cum equis ingreſſi, cumulũ pulueris perequitabant. Quidquid pulueris inſurgebat ventus arripiens,in barbarorũ habitacula deferebat,quę cum ad eam partẽ duntaxat, qua ventus flabat, eſſent aperta, breui tempore fauces repletæ,ſpiritusq́; præcluſi ſunt. Vix quippe duos dies tollerantes tertio ſe dediderunt Sertorio: non tantum cõmoditatis,quantum gloriæ ex eo conſequuto,quod quę armorum acie non poſſet, ingenii acumine confeciſſet. Non his diſſimilia Iudæis minatur Dominus per Habacuc, ardua ac munitiſſima loca plerumque Palæſtinæ incolentibus. Huncque ſenſum vel inuitis obtrudunt, quæ Propheta è veſtigio ſubiungit.

11. *Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.*

ANte alia annotandum exiſtimo,duo priora verba in Hebræo 127
eſſe præteriti temporis, tertium autem futuri. Eſt enim Hebræis familiare,præterita pro futuris, & futura pro ꝑteritis vſurpare,

pare,& in eadẽmet narratione,his & illis confuſim abuti, vtriſq; pariter nonnunquam futura, nonnunq̃ præterita deſignantibus. Vertit ergo Pagninus hoc loci: Tunc transgreſſus eſt ſpiritus,& tranſiuit,& delinquet. Montanus verò in expurgatione Pagnini: Tunc ptranſiit ſpiritus,& prꝗteriit, & delinquet. At ſeptuaginta & Vulgatus,nihil ſolliciti de temporibus,per futurũ vniuerſa verterunt. Et ſeptuaginta quidẽ ſic: Tunc mutabit ſpiritum, & pertrãſibit,& propitiabit: hæc fortitudo Deo meo.Quę verba Theodoretus & Theophylactus ad Deum pertinere arbitrant, hancq; illorũ eſſe ſententiam: Quando hæc omnia deſignauerit Babylonius,tum Deus permutabit ſpiritũ,hoc eſt,vehementem indignationẽ,quâ flagrabat aduerſum Iudæos:& ptranſibit,id eſt,eminus remouebitur ab his qui puniunt, non porrò ipſis aſtans, vt ipſorũ obſeruet opera,pœnaſq; exigat: ſed propitius eis erit. Demiratuſque Propheta Dei benignitatẽ,exclamat: Hæc eſt fortitudo Deo meo. Quoniam talis virtus ſic caſtigandi ac rurſum miſerendi,cõuertendiq; punitionẽ in oleum,nemini alii quam tibi Deo meo
128 cõuenit. Hæc Theophylactus.* Sed erubeſcant(inquit Hieronymus in Ieremiam)qui vim ſcripturæ ſanctæ facere conant, in bonam partem ea q̃ cõminationis plena ſunt, diſſerentes. Quod ſi Deus,poſtq̃ in Iudæos deſæuiſſet,poſtquam illos captiuitate, ceu carthartico medicamento purgaſſet, ſe illis miſerturũ promittit: quid amplius quęreret Habacuc,ꝗ reſponderet ad arguentem ſe? Hab.1.1.
aut quid poſt tam mitem & benignam pollicitationem, amplius tam anxiè & ſolicitè in ſequentibus affli ctaretur?

129 * Ergo iuxta Hebraica Hieronymus,hunc locum in hunc modum exponit. Cum Nabuchodonoſor comportauerit aggerẽ, & nihil viribus eius obuium fuerit, tunc mutabitur ſpiritus eius in ſuperbiam, & Deum eſſe ſe credens, imaginẽ auream ſtatuet in Babylone.q̃ vniuerſas gentes adorare compellet. Quod cum fecerit,tranſibit in beſtiæ figurã,& poſtea corruet. Pro quo Aquila & Symmactus tranſtulerunt:Καὶ πλημμελήσει,id eſt,& delinquet:hãc habente Scriptura ſancta conſuetudinẽ,vt אָשֵׁם,id eſt, delinquet, ponat pro eo quod eſt,Deſinet eſſe quod fuerat. Tale quid & nos habemus in linguæ noſtræ idiomate,dicẽtes: Vapulauit exercitus pro eo quod eſt,interfectus & cæſus eſt, & peccauit vinea & ager,

pro eo quod eſt, vindemia & fruges non habuere prouentum.
Quod autem in fine capituli dicitur: Hæc eſt fortitudo eius Dei
ſui: εἰρωνικῶς eſt legendum, vt ſit ſenſus: Hæc eſt fortitudo eius,
quam dedit ei Bel deus ſuus. Ad cuius cultũ omnes nationes, etiam
per ſcripturam & cõminationem mortis, ſæuiſſimo imperio cõ-
pellebat. Et hæc quidem beatus Hieronymus.

* Ego verò (ſi quid ſentio) regem & populum Caldęorum, an- 130
te expugnationem Ieruſalem, neq; pium neq; modeſtum fuiſſe
arbitror, vt poſtmodum ab Scriptura diuina mutatus in ſu-
perbiam dicatur, ſed elatum & arrogantem, ob ſuperbiam pariter
& ambitionẽ, innatamq; animo feritatem, in Iudęos expeditionẽ
paraſſe: & non, niſi ex Magorum præſcripto, exq; oraculis & ido-
lorum reſponſis, aut certè per auguria & auſpicia, ad bellum pro-
cedere conſeuiſſe. Neque rurſum in toto hoc capite primo, quid q̃
de Nabuchodonoſoris amentia Deum agere, neq; minas Iudæis
intentatas remittere, neq; ſpem meliorem ꝑmittere, iudicarem.
* Sed verò (vt mea fert opinio) *Spiritus* ventus eſt in hoc loco, ꝙ 131
Pagninus in dictione חָלַף, in Theſauro linguæ ſanctę, non ab-
nuit. Dictio namq; Hebraica רוּחַ, propriè quidem ſignificat Ven-
Exo.10.13. tum. Vt in Exodo: Ventus vrens leuauit locuſtas. Et in eodem:
Exo.14.21. Flante vento vehementi, & vrente tota nocte. Et in aliis innume-
ris, quę ſi recenſere velimus, in re vtiq; minimè dubia, teſtib⁹ vte-
remur non neceſſariis. Illud porrò facilè oſtendit, *Spiritum* ven-
tum eſſe in hoc loco, quod abſolutè dicitur: *Tunc mutabitur ſpi-
ritus*: neq; aliquod relatiuum adiungitur, quo ad Deum, vel Regẽ
Chaldæum, ſpiritus pertinere mõſtretur. Alioquin dixiſſet: Tunc
Pſ.145.44. mutabitur ſpiritus eius. Vt in Pſalmis: Exibit ſpiritus eius. Ac rur-
Pſa.77.8. ſum: Non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius. His ergò, quæ pro-
ximè præceſſerunt, hæc quoque attexenda putamus.

* Dixerat autem Deus: Regem Chaldæorum irriſurũ muni- 132
tiſſimam quamq; ciuitatẽ, nam etſi inacceſſibilis eſſet, quęq; ar-
mis expugnati non poſſet, pulueris tamen iniectu illam capturũ,
& ad deditionem coacturum. Congeret enim (adiungit Deus)
Nabuchodonoſor puluereos aggeres, ego verò ventum immit-
tam, qui forti vehementiq; flatu, puluerẽ obſeſſis offundat: neq;
prius ceſſabit inflare, aut cœli permutabit regionẽ, q̃ inſufflatis in

Iudæos

Iudæos puluereis aggeribus,& obſeſſis ad deditionem coactis, ciuitas in Chaldæorum ditionem ac poteſtatem deuenerit. Mox tamen vt capta fuerit vrbs, ventus aut cœli, qua ſpirabat, mutabit plagam, aut concidet omninò,& quieſcet: vt qui non caſu aut naturali ratione tantùm, verùm Dei nutu in auxilium Chaldæorum, & in Iudæorum excidium, ſpiraſſet. Porrò verò, tanquam conſequens & neceſſarium, de more, Scriptura ſubticuit: Deum ventũ excitaturum, qui aggeſtum puluerem in Iudæos obſeſſos inueheret: fruſtra quippè accumularent Chaldæi, niſi ventus in obſeſſos immitteret. Hoc autem Deum indicaſſe, plus ſatis ſubiuncta declarant, cum, vrbe capta, mox ventum aut penitus deſiturum, aut ſedem mutaturum, prædicit. *Tranſire* enim, apud Scriptores diuinos, finiri frequenter ſignificat, vt apud Iob. Dies mei tranſierunt. Iob. 17. 11.
Et verbum *Corruet*, ſiue Delinquet (vt alii verterunt) deſinere eſſe quod fuerat, ſignificare, ſuperius ex Hieronymo annotatum eſt:& Vulgatus interpres pro אשם, nonnunquàm reddidit Interire, aut Ezech. 6. 6.
Perire. Vt apud Ezechielem: Diſſipabuntur & interibunt aræ veſtræ. Et apud Oſeam: Pereat Samaria. *Corruet* ergò, dicit Vulga- Oſe. 14. 1.
tus, pro Hecharſe ha el viento. Quo etiam modo dixit Horatius: Concidunt venti, fugiuntque nubes. Et Maro, vt vult Valens Germanus: Sic cunctus pelagi cecidit fragor.

133 * Huius autem, expugnandarum vrbium puluere, conſuetudinis, non infrequenter Scripturam meminiſſe autumo: & huc forſitan reſpexit Moyſes, cum in Deuteronomio ſic inquit: Det Deu. 28. 24.
Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cœlo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris: tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos. Benadad rex Syriæ, quid aliud, obſecrò, ſignificaſſe 3. Reg. 20. 10.
videtur, cum ait: Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, qui ſequitur me. Nonnè hoc ipſum apertè Deus comminatur per Iſaiam, cum ſic alloquitur Ieruſalem, quam Arielem appellat: quod eſſet fortis vt leo, Iſa. 29. 3.
munitiſſima & inſuperabilis? Circumdabo, inquit, quaſi ſphæram in circuitu tuo,& iaciam contra te aggerem (puluerem ſuſpicor) & munimenta ponam in obſidionem tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, (id eſt, De ſub terra, pulueri immerſus) & de humo audietur eloquium tuum: & erit, quaſi Pythonis, de terra vox tua,

Digitized by Google

& de humo eloquium tuum muſſitabit. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, (fortaſsè, puluerem ventilantium in te) & ſicut fauilla pertranſiens multitudo eorum, qui contra te præualuerunt. Hoc eſt, tam erit numeroſa multitudo ventilantiũ puluerem in te, quàm ipſe puluis, qui pertranſibit & ventilabitur.

Ezech. 26. 7. 10. Sed etiam Ezechiel hoc ipſum indicare, quis neget? *Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis, & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: inundatione equorum eius operiet te puluis eorum. Vt enim diximus de Sertorio, quo puluis altius inſurgeret, nonnulli cum equis perequitabant. 134

Mich. 7. 17 Illud præterea Michææ, quem alium ſenſum præter hunc, habere poſſit, non video: *Lingent puluerem ſicut ſerpentes, velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus ſuis. Terra náq; & puluere proturbari & fugari ſerpentes, Naturæ hiſtorici tradiderunt. Ebuſi terra (inquit Plinius) ſerpentes fugat, Colubrariæ parit: ideò infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Eſt autem Ebuſus inſula in mari Balearico, altera Pytiuſarum, quæ vulgò nunc Ibiza nuncupatur. Colubraria verò, inſula eſt in mari Liguſtico, quæ à Græcis Ophiuſa, vulgò dicitur Dragonera. Idem Plinius in alio loco ſic ait: Ex Galata inſula, & circa Clupeam Africæ, terra ſcorpiones necat, Balearis & Ebuſitana ſerpentes. Solinus porrò ſic. Accipimus Gaulam inſulam, in qua ſerpens neque naſcitur, neque viuit inuecta. Præterea iactus ex ea quocumque gentium puluis arcet angues, ſcorpiones ſuperiactus illico perimit. Scribit etiam Vitruuius, à Zama, Iubæ regia, viginti millia paſſuum abeſſe oppidum Iſmuc, cumque Africa parens & nutrix ſit ferarum beſtiarum, maximè ſerpentium, in eius agris oppidi nulla naſcitur, & ſi quando allata ibi ponatur, ſtatim moritur. Neque id ſolum ibi, ſed etiam terra ex his locis, ſi aliò tranſlata fuerit, ſimiliter efficit. Hęc Vitruuius. 135

*Ergò, quemadmodum ſerpẽtes & ſcorpiones, inſperſo quarundam terrarum puluere necantur, aut fugantur, ſic Iudæi (inquit Michæas) iniecto puluere interficientur, aut proturbabuntur & fugabuntur de ædibus ſuis. Hoc ipſum minatur Iudæis Deus per Habacuc, dum ait: *Comportabit aggerem, & capiet eam. Tuncq;*, id eſt, mox vt congeſto atque iniecto puluere, ciuitatem, & munitiſſimam quamque arcem Iudæorum ſube- 136

gerit,

Digitized by Google

gerit, *Mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet*. Id eſt, Ventus, qui puluerem in Iudæos inuexerat, cœli permutabit regionem, aut omninò concidet atque quieſcet. Quod verò additur. *Hac eſt fortitudo eius Dei ſui*. Hebraiſmus eſt. Frequens eſt enim Hebræis, duo relatiua pro vno ponere, ita vt illorum alterum ad ſenſum orationis ſuperſit. Quale eſt illud: Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius. Et illud quoque. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius. Sed & illud: Cuius participatio eius in idipſum. Sic igitur & in præſenti loco, alterum relatiuorum redundat. Pſal. 32. 12. Pſal. 38. 5. Pſal. 121. 3.

137 * Suſpicor, apud Habacuc hanc eſſe huius loci ſententiam, hác *Aggeris, & Spiritus*, eſſe germanam ſignificationem, hucque diuinam comminationem referri: vt, vel pulueris inſperſione, Nabuchodonoſor munitiſſimas ciuitates & arces, capturus & expugnaturus dicatur. Quod ſi nuſquam in diuina Scriptura, quidquam huiusmodi contigiſſe, refertur, quod ſi id quoque conceſſerimus, nil talè vnquam contigiſſe Iudæis: nihilominus intelligi poteſt, per hyperbolen hæc ipſa proferri. Sicut & illud, maiori quidem ſuperlatione & exceſſu, minatur Chuſai, cum eludens conſilium Achitophel, ſic iactat apud Abſalon de Dauid. Quod ſi vrbem aliquam fuerit ingreſſus, circumdabit omnis Iſrael ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea. Eſt itaque apud Habacuc. *Congregabit aggerem, & capiet eam*: quaſi diceremus Hiſpanè, Tomarla ha à terronazos. Quippè cum hæc verba Propheta, ad Nabuchodonoſoris potentiã extollendam & exaggerandam, intulerit, non eſt cur modum vulgarem, & ab omnibus vſitatiſſimum, vrbes obſidendi & capiendi, circumductis & circumſtructis aggeribus, ſed mirandum & inſolitum potius, quiq; magis manifeſtet potentiam, illum intellexiſſe credamus. Cui hæc noſtra minus arriſerit, aliorum amplectatur ſententias, aut proprio iudicio fruatur. Oportunũ porrò iam eſt, vt Prophetam reſpondentem audiamus. 2. Reg. 17. 13.

12 *Numquid non tu à principio Domine Deus meus, Sancte meus, & non moriemur?*

138 AB initio huius dialogi conqueſtus fuerat Habacuc, ꝙ populũ Iudæorũ Deus impunè peccare permitteret. At nũc, vltionis

nis grauitate & ſeueritate percepta, extremumq; veritus Iudæorũ
Rom. 11. excidium, Deum orat, vt populum ſibi iam olim peculiarẽ, &, vel
28. propter patres, dilectum, paternè caſtiget & emendet, non abſcin-
dat hoſtiliter & interimat. Quod & Ieremias, humanam imbecil-
Ier. 10. litatem prętendens, induensq; Iudæorum perſonam, à Deo in hũc
22. 24. modum efflagitat. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna
Ier. 30. 12. de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda ſolitudinem, & habita-
culum draconũ. Scio, Domine, quia non eſt hominis via eius, nec
viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Corripe me Domine,
verumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum
redigas me. In iudicio autem, & non in furore, dixit Ieremias, pro,
Corripe me pœnis vt iudex, nõ autem vlciſcaris vt hoſtis. Eſt enim
in Hebræo pro Iudicio משפט, quæ vox (vt ante annotauimus) of-
ficium legitimi iudicis, rectéque prolatam ſententiam ex legibus
atque ex iure, ſignificat. Iudex verò, vt iura ipſa decernunt, in cle-
mentiam, quàm in ſeueritatem, multo debet eſſe procliuior, vtpo-
te qui in conciues & ſubditos, poteſtatem & iuriſdictionem exer-
ceat, quos pœnis meliores efficere, non affligere luctu ac mœro-
re, non dolore atque ærumnis afficere, non denique perdere, ni-
tendum eſt. At hoſtibus non pœnis medemur, ſed acerbius vltio-
ne debellamus. *Differunt enim pœna & vltio (vt tradit Ariſtote- 139
les) quod pœna, eius qui patitur gratia fit, vltio verò, eius qui facit,
Pſ. 78. 6. vt expleatur. Hinc eſt illud apud Pſalmographum. Effunde iram
tuam in Gentes, quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tu-
um non inuocauerunt. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, propter
gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto pecca-
Ier. 30. 14. tis noſtris propter nomen tuum. Neque eſt aliud apud Ieremiam.
Thr. 2. 3. Plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. Et illud apud eum-
dem. Confregit Dominus in ira furoris omne cornu Iſrael, auer-
tit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici, & ſuccendit in Iacob
quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro. Tetendit arcum ſuum
quaſi inimicus, firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis, & occidit o-
Ier. 30. 11. mne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit
quaſi ignem indignationem ſuam, factus eſt Dominus velut ini-
micus. Hoc eſt igitur quod Habacuc deprecatur, ne ſcilicet popu-
lum ſuum Deus faciat in conſummationem, ſed caſtiget in iudicio:
obten-

obtenſaque veteri Dei erga Iudæos beneuolentia, non ad illorum interitum, ſed emendationem, propoſitas minas euenturas ſperat. Alioqui indecens & abſurdũ videri, minora Iudęorũ peccata maioribus Chaldæorum vlciſci ſceleribus, & populum diuina cognitione initiatum & excultum, barbaro & religionis experti, inanimumq́; idolorum cultori, dilaniandum & abſumendum contradi.

140 *Reſponſum igitur Habacuc hanc habet (vt ego puto) ſententiam. Cum gens Iudæorum, Domine, tibi ab antiquo peculiaris atque chariſſima fuerit, eamq́; inter cunctas orbis nationes ſanctificaueris & ſelegeris, vt tibi ea eſſet in populum, tu verò illi eſſes in Deum, contra autem Chaldæorum gens omnigenæ ſuperſtitioni iam olim addicta, longè grauioribus, quàm fuerint Iudæi, fuerit ſceleribus contaminata, & tibi prorſus ſemper infenſa, credibile quidem ac veriſimile eſt, te non hanc in Iudæorum excidium, extremamq́; perniciem, ſed in illorum emendationem, & ſalubrem caſtigationem armaſſe. Etenim, ſi (quoniã ſanctiſſimus ſis, & peccata maximè deteſteris, ſi, quod adeò mundus ſis oculis, vt vel reſpicere etiam ad iniquitatem non queas) malos amplius tolerare non vis, & peccatores delere penitus inſtituiſti, cur, quæſo, ad impiiſſima & immaniſſima Chaldæorum flagitia diſſimulares, & ad leuiora Iudæorum crimina vindicanda, multo grauiora perpetrari permitteres? Cur denique populum tuum, & malorum comparatione, iuſtiorem, impio & iniuſtiſſimo populo expiſcandum & abſumendum addiceres? Maximè verò, quod laudem atque gloriam victoriæ, non tibi, prout oportuit, acceptam referet, ſed ſibi & ex   citibus ſuis, aut idolis inanibus arrogabit. Certè, cum abſona & aιyndeta hæc, oppidò tuam ſanctitatem dedecere Domine videantur, in fiduciam adducor maximam & ſpem, Chaldæos nõ in mortem noſtram à te, ſed in curationem, acciri. Hæc verborũ vatis noſtri Habacuc ſumma eſt (arbitror) atq; germana ſententia. Vt verò intelligantur apertius, ſingulas clauſulas examinemus.

141 **Numquid non tu a principio Domine Deus meus, Sancte meus, & non moriemur?* In Hebræo non habetur coniunctio *Et*, vnde interrogationis character poſt verba, *Sancte meus*, poſſe apponi aptiſſimè in hunc modum videtur: *Numquid non tu a principio Domine Deus meus, Sancte meus? non moriemur.* Senſus porro eſt.

Digitized by Google

Deu.10.14 Cum tu, vniuerſarum gentium Dominus, iam olim patribus no-
ſtris conglutinatus fueris,& amaueris eos, elegeriſque ſemen eo-
rum poſt eos,vt tu nobis eſſes in *Deum* (bonorum ſcilicet omnium
autorem & largitorem,aſſertorem inſuper & alexicacum:) Vt eſ-
ſes etiam nobis in *Sanctum*. (Id eſt,cultu atque religione venera-
bilem, cum tamen cæteræ nationes vanis ſuperſtitionibus tene-
rentur.) Et nos tibi eſſemus in populum, & ſanctificationem de
cũctis populis,qui ſunt ſuper terram,haudquaquam videtur cre-
dibile,tua nos eſſe manu perdendos. * Videtur porrò mihi Haba- 142
cuc,promiſſorũ Deum commonefacere,& tum veteres, tum no-
uas pollicitationes,illi comiter in memoriam reuocare. Promiſ-
ſerat autem Deus Iſraelitis per Moyſen, non vſque ad internecio-
Deu 4.31. nem in eos ſæuiturum,ſic dicens: Deus miſericors Dominus De-
us tuus eſt,non dimittet te,nec omninò delebit, neque obliuiſce-
Pſal.88.31. tur pacti in quo iurauit patribus tuis. Ad Dauidem quoq; ſic in-
quit. Si dereliquerint filii eius legem meam,& in iudiciis meis nõ
ambulauerint, ſi iuſtitias meas prophanauerint, & mandata mea
non cuſtodierint,viſitabo in virga iniquitates eorum,& in verbe-
ribus peccata eorum.Miſericordiam autem meam non diſpergam
ab eo,neque nocebo in veritate mea,neq; prophanabo teſtamen-
tum meum,& quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. I-
Iſa. 43.1. ſaias etiam ſic ait: Hæc dicit Dominus,creans te Iacob,& formans
te Iſrael: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo,
meus es tu. Cum tranſieris per aquas,tecum ero, & flumina nõ o-
perient te,cum ambulaueris in ignem, nõ comburêris, & flamma
non ardebit in te,quia ego Dominus Deus tuus,Sanctus Iſrael ſal-
uator tuus.Vrbanè igitur Habacuc,his vltimis Iſaiæ verbis citatis,
Deum præſtare promiſſa cohortatur, tamque magnificis innixus
pollicitationibus, bonam de Iudæorum ſalute concipere audet
ſpem, vt ſi etiam in captiuitatem abducendi ſint, at non penitus
ſint interimendi. Argumentatur autem Vates in hunc modum.
An non Domine tu es Deus ille noſter antiquus, Sanctus ille no-
ſter vetuſtus, qui & patres noſtros dilexiſti, & ſemen eorum ele-
giſti poſt eos? Sanè, cum tu ille ipſe ſis,neque tua promiſſa aliquo
pacto irrita eſſe queant, proculdubio nequaquam moriemur,ne-
que omnino vniuerſi vaſtabimur, etiam ſi in emendationem &

cor-

Digitized by Google

correptionem, huic ſæuiſſimo tradamur tyranno.

12. *Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem, vt corriperes: fundaſti eum.*

143 NOn vtique, Domine, vt eum honorares, non vt augeres gloria, opibus, & imperio, hunc Babylonium immaniſſimum tyrannum tanta potentia & fortitudine roboraſti, verum vt tui eſſet miniſter iudicii, vtque per eum populo tuo ſalubre ſupplicium, ac medicinalem caſtigationem inferres. Nos pro peccatis noſtris hæc patimur (aiebat iunior Machabæorum) & ſi nobis propter increpationem & correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt: ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis. Sancta quoque vidua Iudith. Et nos, inquit, non vlciſcamur nos pro his quæ patimur, ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella Domini, quibus quaſi ſerui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus. Et hæc quidem iuxta editionem vulgatam. At Græca pro omnibus his, tantummodo habent ad verbum. Et nos non vltus eſt, ſed ad monitionem flagellat Dominus appropinquantes ſibi. Videtur autem mihi ſenſus Iudith, iuxta ea quæ paulò ante expoſuimus. Non Deus nos vlciſcitur inimicè, ſed vt iudex ad emendationem caſtigat. Meminiſſe autem oportet, pœnam ab vltione diſcerni. Sancti porrò, qui ingenium Dei probè norunt, facilè poſt tenebras ſperant lucem, vt dixit ſanctiſſimus Iob.

2. Mach. 7

Iudith. 8. 26.

Iob. 17. 12.

144 * *Iudicium* autem in hoc loco, vt in aliis quamplurimis Scripturarum, ſupplicium & caſtigationem ſignificat, quæ à iudice legitimè decernuntur. Eſt enim in Hebraico מִשְׁפָּט: quæ vox (vt identidem diximus) & legitimum iudicium, & iudicis munus, & rei iudicatæ executionē deſignat. Supplicium vtiq; ſignificare videtur in lib. 2. Paralipomenon, vbi dicitur: Si irruerint ſuper nos mala, gladius iudicii, peſtilentia & fames. Et apud Ezechielem, vbi legimus de Samaria. Iudicia perpetrauerunt in ea. Significat nonnunquam hęc vox ſumptam de hoſtibus vltionem, vt apertè quidē in Numeris, vbi dicitur. Nam & in diis eorum exercuerat vltionē. Eſt enim pro Vltionem, שְׁפָטִים, id eſt, iudicia: plurale à ſingulari

2. Paral. 20. 9.

Ezech. 23. 10.

Nu. 33. 4.

מִשְׁפָּט,quæ eſt eadem cum dictione בְּמִשְׁפָּט dempta ſolum litera ב. Ergò,quod inquit Habacuc: *In iudicium poſuiſti eum:* idem eſt cũ eo,quod ſubiungit: *Fortem,vt corriperes,fundaſti eum.* Huic namq; Prophetæ præ cæteris,proprium ac familiare eſt, eandem iterum ſententiam repetere, & quæ ſubobſcurè prius dixerat, apertius poſtmodum explicare. Eſt autem ordo atque verborum mens. Fundaſti & ſtabiliſti eum, &, in ſimilitudinem petræ duriſſimæ, aut rupis firmiſſimæ,roboraſti eum,vt per ipſum populo tuo correptionem & emendationem inferres.

13. *Mundi ſunt oculi tui,ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris, quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe?*

HOc eſt alterum Habacuc argumentum, quo ſibi perſuadet, non ad populi Iudæorum perniciem, ſed ad commodum, & caſtigationem ſalubrem,in eos Nabuchodonoſorem immitti. Alioqui enim(ait Vates)ſi ſolum eſt animus,flagitioſos excindere,ſi tantummodo peccatores, ò Domine, delere ac demoliri conſtituis, quoniam mundus, & ab omni labe prorſus alienus, ſcelera quàm maximè deteſteris, neque rectis fixiſque oculis, iniquitatem poſſis aſpicere, cur non quæſo, 145.

Ponderibus, moduliſq; ſuis ratio vtitur,ac res
Vt queq; eſt, ita ſuppliciis delicta coërcet?
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Cur non prius in Chaldæos iniquiſſimos animaduerteres? Exo.4. 22. cur iuſtiorem(huncq; populum tuum,quinetiam primogenitum filium) iniuſtiori, infeſtoque tibi, deuaſtandum ac deuorandum permitteres? *Iuſtiorem* autem populum Iudæorum appellat, quẽ tot ac tantis ſceleribus fœdatum atque pollutum prædixerat, non quod iuſtum illum eſſe putaret, ſed quod minus quàm Chaldæi eſſet iniuſtus. Etenim (vt Ariſtoteles dixit) Minus malum quodãmodo bonum eſſe videtur.

* Porro ab his,quę ingrata vel odioſa ſunt nobis,aut faciẽ prorſus auertimus,aut limis oculis intuemur. Quod Latinus vulgatus interpres vertit primo Regũ libro,ſic inquiẽs. Nõ rectis ergo oculis Saul inſpiciebat Dauid. Cũ tamen in Hebręo verbũ ex verbo ſit. 146 1. Reg. 18. 9.

Et

Et fuit Saul inſpector, vel (ſi dicere liceret) oculator Dauidis à die illo, & deinceps. Quod Hiſpanè interpretari poſſemus: Tomole Saul ogeriza desde aquel dia en adelante: vel, Trujole ſiempre ſobre ojo. Vergilius, imitatus Homerum ſic canit:

Interea ad templum non æqua Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumq́; ferebant
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

147 *Cęterum, vbi legit vulgatus: *Quare reſpicis ſuper iniqua agentes*? Quare reſpices? legunt Hebraica? Senſus verò planus eſt & apertus: Cur qui, præ munditia, patienter aſpicere iniquitatem nō ſuſtines; neq; fers, quin ſimulàc videris, ſupplicio & caſtigatione coërceas: Chaldæos nihilominus patereris inultos, & iniquè populum tuum deuorantes, prudens & videns impunitos dimitteres? Neq; enim adhuc audierat Habacuc, neque toto iſto capite percipit: pro Iudæorum vexatione Chaldæis quidquam imminere periculi, ruinam atque excidium reponi.

14. Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem.

15. Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & cōgregauit in rete ſuum.

148 VNiuerſi interpretes, quos ego viderim, ob hanc Chaldæorũ tyrannidem in Iudæos, piſcibus comparari arbitrantur; quod piſces in ſeipſos graſſentur, & (puod Polybius Græcorum teſtatur iactaſſe prouerbium) à grandibus paruuli comedantur. Vt ſit illud Marci Varronis:

Qui pote' plus, viget: piſceis vt ſæpè minutos
Magnu' comeſt: vt aues enecat accipiter.

Quod etiam Baptiſta Mantuanus Ægloga nona ſic extulit:

Quid verbis opus eſt? cunctis animantibus vna eſt
Conditio, ſemper maiora minoribus obſunt.
Agna lupo, mites aquilis ſunt præda columbæ,
Innocuos delphin venatur in æquore piſces.

Digitized by Google

Heſiodus, dum fratrem ad iuſtitiam colendam hortatur, argumento ab hominis natura deſumpto, ſic inquit:

O Perſa, cæterùm tu hæc animo tuo repone.
Et iuſtitiæ quidẽ animũ adiice, violentiæ verò obliuiſcere prorſus.
Namq; hanc hominibus legem diſpoſuit Saturnius,
Piſcibus quidem, & feris, & auibus volucribus,
Se mutuò vt deuorent, quandoquidem iuſtitia carent:
Hominibus autem dedit iuſtitiam, quæ multò optima Eſt.

Hoc eodem argumento Habacuc, ab abſurdo & indignitate rei, cum Deo agere: interpretantur expoſitores cõmuniter. *Reptilis* autem vocabulo, vel expertia rationis iumenta, vel ſerpentium genera venenata, vel ſæuitiæ notiſſimæ amphibia quædam, qualis Hippopotamus eſt, ſignificari decernunt.

* At, mea ſententia, quod ſtatim ſubſequitur: *Totum in hamo ſubleuauit:* facile has omnes interpretationes refellit: neq; *Reptile* in hoc loco Iumenta, amphibia, vel ſerpentes, eſſe conſentit: neque piſces, ob naturalem iniuſtitiam inter ſe, in exemplum aduocari permittit. Quinimò (ſi Plinius non fallit) falſa prorſus, aut nõ admodum apta eſt, hæc à piſcibus petita ſimilitudo iniuſtitiæ: negat etenim, etiam piſces niſi in genera diuerſa graſſari. Plinii porrò verba ſunt hæc, in Proœmio libri ſeptimi, vbi hominis miſerias deſcribit: Deniq; cætera animantia in ſuo genere probè degunt: congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat: ſerpentũ morſus non petit ſerpentes: ne maris quidem beluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera ſæuiunt. At Herculè homini plurima ex homine ſunt mala. Hæc Plinius. Non ergo in hac parte iniuſtiores piſces ſunt auibus, aut terreſtribus animantibus, quinimò in diuerſa graſſari, omnibus ex æquo generibus Varro, Heſiodus, & Mantuanus attribuunt. 149

* Igitur, vt ego ſentio, piſcibus Iudæos Habacuc, Chaldæum regem piſcatori cõpoſuit, & ſibi familiari epanaphora, quos *Piſces* nominauerat prius, *Reptile* poſtmodum appellauit. Quo nomine diuina ſcriptura piſces frequenter nuncupare conſueuit. Vt in Pſalmis: Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia quorum non eſt numerus, vbi idem eſt vocabulum רֶמֶשׂ, quod etiam apud Habacuc. Piſces autem naturali iure nullius ſunt, & principem 150

Pſal. 103. 25.

principem vel dominum,iure gentium non habent. Verbum .n. Hebraicum מושל, propriè Dominũ aut Dominatorẽ ſignificat,ꝙ & Pagninus hic tranſtulit,& Vulgatus interpres apud Iſaiam, vbi legimus: Dominatores eius iniquè agunt.Piſces igitur inter ſe,nõ Iſa.52.5. ſolum principẽ aut ducẽ non habent, ſed etiam in nullius hominis poteſtate & dominio ſunt,nulli hominum natura ſubduntur.

151 * Sed mox vt ab aliquo capti ſunt,ſtatim in dominio illius eſſe incipiunt, & iure gentium occupantis fiunt. Ergò ſenſus noſtri vatis hic eſt:Domine,ſi non vtilitatẽ populi tui,ſalutem & emendationem molireris,ſed tantum ſceleratis infeſtus & inimicus,im℗bos de medio tollere deſtinaſſes: cur,obſecro,impiorum maximũ Nabuchodonoſorem,& Chaldæorũ populum, ſuperſtitem viuere patereris? Imouerò, cur hominibus populi tui(qui ℗ tanta dignatione,& ꝑſtantia reliquorum hominũ, vni homines appellari merentur)quaſi epulo quodam lautiſſimo,immaniſſimũ barbarũ ſaginares,& dilectum tibi Iacob, huic beſtiæ truculentiſſimæ expiſcandũ & deglutiendũ apponeres? neq; ſecus ac piſces, qui nullius ſunt,pro libito huic Babylonio capiendum & dilaniandum permitteres? Nullo namq; iure ſuffultus,nulla omninò laceſſitus iniuria,verum pro effrenata dominandi libidine; *Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum.* Hæc piſcandi genera manifeſtè declarant, cur piſcibus Habacuc homines aſſimilauerit: oſtendantq; apertè;Iudæos piſcibus, regẽ autem Nabuchodonoſor ipſi piſcatori conferri. Ponuntur verò ꝑterita pro futuris,& eſt ſenſus: Tum fraude,tum aperta vi,cũcta ſuo ſubiugabit imperio. *Hamus* quippe dolos,fallacias,aſtutias,& occultas technas: *Sagena* verò atq; *Rete*, manifeſtam violentiam ſignificant. Neq; miſera Iudæorum conditione mouebitur (inquit Vates)neq; rerum geſtarum feliciter te,Domine, cognoſcet authorem. Sed verò:

16. Super hoc lætabitur & exultabit: Propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus.

152 PRo, *Super hoc*, & quod ſequitur confeſtim, *Propterea*, Hebręis eſt vtrobique על כן Septuaginta vtrobique verterunt, Propter

hoc: Pagninus vtrobique, Propterea. At vulgato peculare eſt, pro eadem Hebraica dictione, vti ſynonimis & æquipollentibus: quæ res non ſemel interpretes, dum prototypa conſulere negligunt, ingenioſè hallucinari coëgit. Ergò ſenſus noſtri vatis hic eſt: Vt piſcium piſcatores captura, ſic etiam rex Babylonis, Iudęorum expiſcatione lætabitur: eiusq; in humanum & ambitioſum cor, ex illorum calamitate & miſeria, maximum capiet oblectamentū, illorumq; perniciem ſibi pro lętitia & voluptate proponet. Vt eſt improbiſſimorum ingenium, lætari cum maleſecerint, & in reb⁹ peſſimis exultare. Neq; ſe diuinæ iuſtitię miniſtrū & executorem agnoſcet, neq; pro victoriis adeptis, & rerum ſecundarū ſucceſſib. cantabit tibi epinicia, aut offeret, Domine, niceteria. Quin potius *Sua immolabit ſagena, & ſacrificabit ſuo reti*: ꝙ in ipſis ſuum imperium auxiſſe, & ditionem protraxiſſe, putabit. Neq; tuis, ſed ſagenæ ſuæ viribus, tam delicatiſſimos cibos, tam lauta cupedia ex Iudęis ſe obſonaſſe atque condiiſſe, gloriabitur.

* *Retis & Sagenæ* metaphora exercitū Chaldæorum intelligi, nonnulli interpretum voluerunt: cum quo Nabuchodonoſor vniuerſa, tanq̄ reti vel ſagena, piſcabitur. His porrò immolaturum prædici, ꝙ gloriam his victoriarum, & imperii dilatationem aſcribet, trophæa ſtatuet, & titulos eriget, quæ bellicæ laudis & victoriarū inſignia illis & monumenta apud poſteros eſſe poſſint. Alii verò, Nabuchodonoſor ſibi ipſi immolaturū & ſacrificaturū, exponunt. Quoniam propriis viribus & ingenio, tam pclara ſe geſſiſſe facinora, ſuperbus & inſanus iactabit. Narrat etenim Daniel, Aueam ſtatuam in campo Dura ſibi Nabuchodonoſorē poſuiſſe, quam omnes adorare conſtituit. Fuit hoc regibus Babylonis antiquum, vt pro Deo ſe coli præciperent. Nam & Semiramis in tam veſanam ambitionem deuenit, vt ad montem Mediæ Bagiſtenem ſuam in petra effigiem ſeptemdecim ſtadiorum inſculpi iuſſerit, quem donis ac ſacrificiis perpetuò centum ſacerdotes venerarentur. Refert etiam liber Iudith: Nabuchodonoſorē, qui regnauit in Niniue, præcepiſſe Holoferni, vt omnes deos terræ exterminaret: videlicet, vt ipſe ſolus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuiſſent Holofernis potentia ſubiugari. Sunt qui *Retis & Sagena* vocabulo, Idola Babylonis intelligant, quibus, ceu victoriarum

[Margin notes: 153; Dan. 3. 1.; Iudith. 3. 13.]

riarum authoribus, rex Nabuchodonoſor immolaturus & ſacrificaturus dicatur.

154 * Me aliquãtula tenet ſuſpicio, verba hęc: *Immolabit ſagenæ ſuæ & ſacrificabit reti ſuo:* vetuſtam Babyloniorum ſubolere ſuperſtitionem. Scire autem oportet: Babylonios, Syroſq; omnes, inter cætera ſuperſtitionis ſuæ numina, columbas albas & piſces coluiſſe, vt vtrumq; religio eſſet attingere. Meminit vtriusq; Scriptura diuina, etſi ob obliuionem hiſtoriæ, aut ignotationem fortaſſe, loca diuinorum librorũ, quæ hunc morẽ ſubindicare videntur, ad alias expoſitiones traxerunt ſacrarum ſcripturarũ interpretes. Columbas igitur albas, vt Perſæ, propter leucæ atque lepræ odium, abigebant & deteſtabantur: ſic contra religioſiſſimè Syri pro numine venerati ſunt: vt Xenophon in Cyro iuniore, & Lucianus in Dea Syria, ſcripſerunt. Has tamen præ cæteris Syris, incolas Palęſtinæ coluiſſe, Tibullus manifeſtè demonſtrat. Inquit enim:

Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes
Alba Palæſtino ſancta columba Syro?

Diodorus Siculus propter hoc Babylonios, & Syros omnes, columbam conſecraſſe teſtat̃, quoniam crederẽt, Semiramidẽ in columbã fuiſſe conuerſam. Quo factũ eſt, inquit Diodorus, vt Syrii
155 columbã ceu deam colant, immortalẽ reginam arbitrati. * Dauid Pſal. 67. 14.
Pſalmo 67. dum recenſet ꝑclara facinora, quæ Deus olim ꝓ Iſraelitis patrauit, cum eduxit illos de Ægypto, & induxit in Palęſtinã, albarum columbarũ cultricẽ: apertiſſimè (vt mihi videt̃) hanc ſuperſtitionem Syrorum adduxit in exemplũ, cum ait: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Deargentatam enim Dauid, id eſt albam appellauit columbam, vt anſerem Vergilius, cum ait:

Atque hic auratis volitans argenteus anſer
Porticibus, Gallos in limine adeſſe canebat.

Quem, Candidum vocauit Lucretius, libro quarto de Natura, ſic inquiens: humanum longè præſentit odorem.

Romulidarum arcis ſeruator candidus anſer.

Quodque Homerus Thetidem deam argenteis pedibus commendauit, dum ait:

Argentipeda Thetis, filia marini ſenis.

K Et

Digitized by Google

Et Heſiodus in Theogonia ſimiliter:

A Peleo autem ſubacta dea Thetis argentipeda.

Statius Papinius in Achilleide, candidos pedes ſignificare mōſtrauit, ſic de eadem Thetide canens:

Repulit, & niueas feriunt vada Theſſala plantas.

Sed apertius adhuc Alciatus, dicens:

Aeacidæ tumulum Rhœtæo in littore cernis,
Quem plerumq; pedes viſitat alba Thetis.

Leander apud Ouidium, nimirum inter eius epiſtolas, cum Lunam Candidam appellaſſet:

Hanc ego ſuſpiciens, faueas ô candida dixi.

Argenteam paulò poſt appellauit. Ait enim:

Quanto cum radiis fulges argentea puris,
Concedunt flammis ſidera cuncta tuis.

* Cum autem addit Pſalmographus: Et poſteriora dorſi eius 156
in pallore auri, vel, vt alii ad verbum verterunt: Et alæ eius in flauo auro: ſatis indicare videtur; nō omnes albas columbas, ſed eas ſolùm, quibus auri pallore dorſi poſteriora ſplendeſcerent, aut queis, pennis albis alarum flauus auri intermicaret nitor, Semiramidiſq; monilia referret; Aſſyrios colere ſueuiſſe. Itaq; cum cæteri authores indiſcriminatim ꝓdiderint, Columbas ſacras Aſſyriis, atq; ꝓ numine fuiſſe: Tibullus, nō omnes, ſed albas, ab eis cultas fuiſſe declarat. Sed neq; albas omnes Dauid, teſtis indigena Palęſtinæ: verùm aureis maculis variegatas, veniſſe in religionē demonſtrat. Quemadmodū apud Ægyptios, bos ꝓ numine colebāt, nō tamen indiſcretè bos quilibet, ſed cui inſigne eſſet in dextro latere candicans macula, cornibus Lunæ creſcere incipientis. Et cui nodus eſſet ſub lingua, quem Cantharum appellauerunt.

* Ponitur autem in Pſalmo tempus futurum pro præterito, 157
more ſcripturarum tritiſſimo: hæc eſt enim verborum ſententia. Cum inter medios hoſtium terminos, multo illis pauciores & imbecilliores, &, inſtar dormientium aut accubantium, ſegnes & languidi degeretis: nihilominus Palæſtinis timori eratis ac religioni, non ſecus atq; alba columba, cuius plumas nullus eorum euellere, nullas pennas eſſet auſus detrahere. Quin etiam (vt affirmat Lucianus) ne tangere quidem ipſam fas haberent Syri. Et ſi quan-

ſi quando inuiti etiam attingerent, execrabiles illo die haberent. Leuit. 26.
Eſt nempe, ꝙ prædixerat Moyſes: Dormietis, & non erit qui ex- 6.
terreat. Aſcenderunt quippe, (vel, vt eſt Hebræis, Audierunt) po- Exod. 15.
puli, & irati ſunt (vel, vt eſt Hebręis, tremuerunt) Conturbati ſunt 14.
Principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerunt Ioſ. 10. 21.
omnes habitatores Chanaan. Nullus deniq; (vt dicitur in libro
Ioſue) contra filios Iſrael mutire auſus eſt.

158 * Inter medios cleros, vt diximus, inter medios ſignificat termi
nos: Nam vbi legimus in Geneſi: *Iſſachar aſinus fortis accubans* Gen. 49.
inter terminos: Græcis eſt, ἀνὰ μέσον τὸν κληρῶν. Id eſt, inter medi- 14.
um clerorum. Eſt autem in Pſalmo pro, Cleros, Hebraicè שְׁפַתַּיִם
Sephathaim, id eſt, Labra. Pro quo cum Hieronymo Hebræi (pręter Kinhimum & Auen Eſram, qui Chytropodes tranſtulerunt) quoniam extremitates cuiusq; rei appellari Labra conſueuerint; Limites verterunt, aut terminos, vt Steuchus Auguſtinus teſtat. Dormire porro aut iacere inter limites, nihil aliud ſignificat, q̃ in ſummis ac extremis periculis ſecuros & imparatos verſari. Verùm ad columbas redeamus. Tribuit has diuina Scriptura Aſſyriis & Babyloniis frequenter, vt etiam appellatione Columbæ, regẽ ipſum Babylonis interdum, aut ipſum populum Aſſyriorum, aut certè Chaldæorum vexilla, effigie columbæ inſignita, aut labarum ea inſignitum, ſignificet. Quale eſt illud apud Ieremiam: Verbum Iere. 46.
quod locutus eſt Dominus ad Ieremiam Prophetam, ſuper eo ꝙ 13. 16.
venturus eſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis, & percuſſurus terram Ægypti. Multiplicauit ruentes, ceciditq; vir ad proximũ ſuum, & dicent: Surge & reuertamur ad populum noſtrum, & ad terram natiuitatis noſtræ, à facie gladii columbæ. Et in alio loco paſſiuè: Sicut fecit facite ei: diſperdite ſatorem de Babylone, & te- Ierem. 50.
nentem falcem in tempore meſſis: à facie gladii columbę vnus- 15. 16.
quisq; ad populum ſuum conuertetur. Hoc eſt, Prę timore calamitatis, quæ Babyloniis impendet, vnusquisq; exterorum, vel auxiliarium, ad populum ſuum reuertetur. Sed actiuè rurſus in alio: Ierem. 25.
Conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. Dereliquit 37. 38.
quaſi leo vmbraculum (id eſt, tabernaculum) ſuum: quia facta eſt terra eorum in deſolutionẽ à facie iræ columbę. Ergo, cum in- Oſe. 11. 11.
quit Oſeas: Auolabunt quaſi auis ex Ægypto, & quaſi columba

de terra Aſſyriorum: non ſolum propter velocitatem columbæ ſimilitudinem intuliſſe, eamq; Aſſyriis, coniunxiſſe, autumo, ſed etiam propter indemnitatem ac dignitatem, ob honorẽ ac reuerentiam, quibus, ab hoſtibus proſequuti & dimiſſi, honorificè & honoratè in patriam eſſent reuerſuri.* Nam & auem ex Ægypto, 159
aut accipitrem aut Ibin intelligo: nam vtramq; diuinis honoribus Ægyptii venerati ſunt. Etenim, vt refert Strabo, quædã in cõmune animalia Ægyptii vniuerſi coluerunt, quemadmodũ ex terreſtribus tria, bouem, canẽ, felem, ex volatilibus, accipitrẽ atq; ibin: ex aquatilibus, ſepidotum piſcem, & oxyrinchum. Erant porrò alia, quæ quisq; ſeorſum colebat: vt Saitæ & Thebani ouem: latũ verò, qui piſcis quidam eſt in Nilo, Latopolitani: lupum Lycopolitani: Cynocephalum Hermopolitani: cepũ Babylonii, qui ſunt iuxta Memphim: aquilam Thebani: leonem Leontopolitani: capram & hircum Mendeſii: murem araneum Athribitæ: item alii aliud. Per auem igitur ex Ægypto apud Oſeam, accipitrem ſignificari arbitror, aut certè ſaturam ſerpentibus ibin.* Etſi enim voca- 160
bulum Hebraicum צפור, omnibus auibus ſit cõmune, nonnunq̃ tamen pro accipitribus, & id genus rapinæ volucribus, à diuina
Pſal.103. 18. Scriptura vſurpari videt̃, Vt in Pſalmo centeſimotertio, vbi dicit̃ Cedri Libani quas plantauit, illic paſſeres nidificabunt. Neque enim in excelſis arboribus, neq; in prruptis montib⁹, qualis eſt Libanus, paſſeres, ſed accipitres & aquilæ, idq; rapacis auitii genus, agreſteſq; volucres, nidulari conſueuerunt. Et ꝙ mox Pſalmodus ſubiungit, ſatis huic expoſitioni conſentit: Herodii domus dux eſt eorum. Quamq̃ & Græcum vocabulum Στρουθίον, & Latinum Paſſer, q̃ habent̃ in Pſalmo, non tantũ ſpecialiter notiſſimę ſalacitatis auiculam, ſed etiam vt Hebraicũ צפור, generaliter auitiũ ſignificãt vt Cælius Rhodiginus notauit. Sed ad Syros atq; piſces redeamus.

* Et quidem, ſicut Ægyptii ſepidotum & oxyrinchũ, ita piſces 161
& Syri coluerunt, quod & Cicero meminit in libris de Natura deorum, & Hyginius vbi de piſcibus agit, & Nigidius in Arati Phœnomena, & Lucianus in Syria dea, & alii quamplurimi retulerunt. Narrat etiam Xenophon in expeditione Cyri iunioris, copias illas ad Chalũ fluuium deueniſſe, plenum magnorũ piſcium, ac manſuetorum, quos Syri deos eſſe putarent, neque à quoquam attingi

Digitized by Google

attingi permitterent.Hinc Gadareus Meleager in Gratiis aſſeruit,
Homerum,cum eſſet genere Syrus,pro patriæ ſuæ conſuetudine,
omnes antiquos à piſcibus abſtinere feciſſe,cum multa eſſet eorũ
copia circa Helleſpõtum. Cur autem Syri abſtinuerint à piſcibus,
Hyginus ex Diogeneto,hanc fuiſſe occaſionem ſcribit. Venerem
cum Cupidine filio, in Syriam ad Euphratem veniſſe, eodemque
loco repente gigantem Typhona apparuiſſe. Deam exterritam v-
nà cum filio in fluuium ſe proieciſſe,ibique figuram deorum, piſ-
cium forma induta,mutaſſe,ſicque periculum euaſiſſe. Itaque Sy-
ros ob hoc, piſces eſitare deſiiſſe, quod deos capere vererentur,
162 aut eorum præſidia impugnare.* In hanc eandem cauſam Mani-
lius;Syrorum retulit abſtinentiam, libro Aſtronomicon quarto,
canens videlicet in hunc modum:

Scilicet in piſcem ſeſe Cytherea nouauit,
Cum Babyloniacas ſummerſa profugit in vndas
Anguipedem alatos vngues Typhona ferentem,
Inſeruitq́; ſuos ſquammoſis piſcibus ignes.

Nigidius verò, ob quoddam ouum ſeruatum à piſcibus, ex
quo Syria Venus prognata poſtmodum fuerit, Iouem illos inter
duodecim ſigna Zodiaci collocaſſe, ab eiſque Syros in poſterum
abſtinuiſſe,fabulatur. Sunt qui velint,in honorem Rheæ, Aſſyrios
à piſcibus abſtinuiſſe,quinetiam & columbas coluiſſe. Hæc enim
dea credita fuit,quæ pluuiis potiſſimum præſideret: ῥέω namque
ſignificat fluo. Putabant autem Aſſyrii, ex aëre & aqua præcipuè,
naturam rerum conſtare,hincq; pro vnda piſces coluiſſe, colum-
bam pro aëre,creduntur.Sunt qui in Facelitidis gratiam, hoc à Sy-
ris factum exiſtimant. Hanc quippè in piſcem mutatam, pro dea
Syri venerati ſunt,atque in eius venerationem (referente Baſſo &
Pierio) argenteos piſces in templis, vt etiam fortaſſe columbã ar-
163 genteam, religioſè poſuerunt. * At Diodorus rationem ſuperſti-
tionis aſſignat,ꝙ Syri Dercetẽ,Semiramidis reginæ matrẽ, in piſ-
cẽ arbitrarentur fuiſſe conuerſam.Quod & Ouidius retulit dicẽs.

Illa quid è multis referat,nam plurima norat,
Cogitat, & dubia eſt de te Babylonia narret
Derceti,quam verſa,ſquamis velantibus ortus,
Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura.

Digitized by Google

An magis vt ſumptis illius filia pennis.
Extremos altis in turribus egerit annos.

Hinc Syrii (inquit Diodorus) vſq; ad hæc tempora, his piſcibus abſtinentes, eos pro diis colunt. Derceten porrò ipſam Syri (vt communis fert autorum opinio) facie quidem formoſæ mulieris, corpore verò, piſcis effigie, configurabant, eiq́ue inſigne templũ ad Aſcalonem Syriæ vrbem, iuxta lacum piſcibus plenum, ſtatuerunt. At Lucianus in Dea Syria ſic inquit: Dercetus autem imaginem in Phœnicia vidi, ſpectaculum planè peregrinum: altera quidem parte mulierem, altera verò, quanrum à femoribus ad imos pedes protenditur, in piſcis caudam deſinentem. Aſtipulantur Luciano diuinæ literæ, quæ Derceten faciem & manus humanas habuiſſe commemorant, vt poſt paulo dicturi ſumus. Hanc Plinius ob variam figuram, Atargatin prodigioſam appellat. Agens enim de Cœle Syria, ſic ſcribit: Ibi prodigioſa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta, colitur. Sunt etenim (inquit Strabo) nominũ mutationes permultæ, præſertim barbarorum, quemadmodum Athargatam Atharam, quam Cteſias Derceto vocauit. Omitto prudens complura, quæ de Atargate retulit Athenæus, libro Dipnoſophiſtarum octauo: omitto etiam quæ Gregorius Gyraldus recenſuit, in Hiſtoria gentilium deorum.

* Illud autem omittendum non eſt, eſſe qui ſcribant, Dagon, 164
cuius meminit diuina Scriptura, eandem eſſe cum Dercete, conſentitq́; nomen דגון, quod Hebræis ſignificat Piſcem, eſt enim Piſcari דָּגָה. Conſtat autẽ ex Regum hiſtoria, Dagon faciem & ma-
1.Reg.4.5. nus hominis habuiſſe, reliquũ corpus piſcem fuiſſe. Nam vbi editio vulgata habet. Porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Hebrea habẽt ad verbũ. Tantũ Dagõ remanſerat ſuper ipſum. Pagninus tranſtulit. Tantum Dagon remanſerat iuxta eam, ſcilicet, arcam. Tigurina editio: Dũtaxat Dagon relictus erat in eo. Eſt ergò verborum ſententia: Capite ac manibus idoli, quę humanam figuram præferebant coram Dei arca proſtratis, ſola piſcis remanſit, & iuxta arcam ſtetit figura. Quaſi diuinam præſentiam procũbens veneraretur, quidquid animalis effigiem ſapientiæ capacis referret. Neq; prohibet, quin per Dagon Derceten intelligamus, quod genere maſculino, deus ab Scriptura vocatur, cum dicitur in Iudi-

Iudicum libro. Principes Philiſthinorum conuenerunt in vnum, Iud.16. 23.
vt immolarent hoſtias magnificas Dagon deo ſuo. Nam & Maro
Æneidos ſecundo, de Venere, Æneæ duce, ſic ait: Deſcendo, ac du-
cente Deo, flammam inter & hoſtes. Expedior. Et in ſeptimo, de
Alecto in hunc modum: Nec dextræ erranti Deus abfuit. Et apud
Caluum Acterianus affirmat legendum, Pollentemq́; Deum Ve-
nerem, non Deam. Teſte Macrobio libro Saturnaliorum tertio.
Et Ariſtophanes (vt annotauit etiam Crinitus) Venerem Aphro-
diton appellat, & Varro Palem deum ſcripſit, & Ægyptii atq; Car-
reni, Lunam deum dixerunt. Sicut è contrario, Solem Hebræi fę- Ier.7.18.
mineo genere dixerunt שֶׁמֶשׁ: vnde non ſemel apud Ieremiã, Cœ- Ier.44.17.
li reginam nuncupari comperimus. Ægyptiis etenim Sol, deorum
maximus habitus eſt, omneſq́; deos referebant ad Solem, quoniã
dux & moderator reliquorum luminum ſit, & noſtra moderantes
moderetur. Quod apud Macrobium diffuſè à Vectio Prætextato
relatum eſt. Quæ in libris Regum, Aſtarthe dea Sidoniorũ vocatur 3.Reg.11.5.
ab interprete Vulgato, in Hebræo dicitur Aſtoreth deus Sidonio-
rum עַשְׁתֹּרֶת אֱלֹהֵי צִדֹנִים. Cicero autẽ lib. 3. de Natura deorum, A-
ſtarthen Venerem quartam eſſe facit. Lucianus in Dea Syria, A-
165 ſtarthen Lunam eſſe putauit. * Auguſtinus verò in Quæſtionibus
ſuper librum Iudicum, lingua Punica Aſtarthen vocari aſſerit, quã
Latini Iunonem appellant. Vnde veriſimile mihi admodum ſit,
hanc eandem fuiſſe Sidoniis. Siquidem Carthago Sidoniorum
colonia, præcipuè coluit Iunonem, nam & in eius tutela fuit.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſt habita coluiſſe Samo, hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus eſſe,
Si qua fata ſinant, iam tum tenditq́; fouetq́;.

Credibile porrò eſt, Carthaginẽſes è Phœnicia & deos, & deo-
rum nomina, & eorum cultum traxiſſe. Quinimò Iunonem ſimul
& Venerem, Aſtarthen fuiſſe, conſentaneum eſt. Veneris ſiquidẽ
& Iunonis nominibus, adde etiam & Dianæ & Proſerpinæ, Lunæ
inſuper, & aliarum quamplurimum, vnius Veneris diuerſos effe-
ctus, veteres Phyſici ſignificauerunt. Et Pauſanias, primos omni-
um Aſſyrios Venerem coluiſſe, teſtatur. Et Hyperchiæ (in-
quit) Iunonis delubrum ex oraculo ædificatum, operis antiqui

 ſignum,

ſignum, Veneris Iunonis appellant. Dagon igitur, quamuis deus appelletur, fœmina fuit, Semiramidis mater, quam ſupernè effigie mulieris, piſcis infernè, Aſſyrii venerati ſunt.

* Ergo (vt poſt tam longas verborum ambages, longaq; exorſa, ad propoſitum veniamus) cum inquit Habacuc: *Propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo:* eſſe metonymiam exiſtimo, & poni continens pro contento, *Sagenam* denique & *Rete*, puto pro piſcibus vſurpari. Cuiuſmodi eſt illud apud Maronem: Nunc pateras libate Ioui. Id eſt, vinum contentum in pateris. Et, Calicem bibere, in diuina Scriptura, pro Bibere vinum, aliumúe liquorem in calice contentum, frequenter reperire eſt. Refert igitur Habacuc, ſimulque irridet, ineptiſſimam Syrorum ſuperſtitionem, & Nabuchodonoſor (inquit Vates) pro partis diuina virtute triumphis, pro expiſcatis vniuerſis Iudæis, Derceti referet acceptam victoriam, atque piſcibus ſacrificabit: qui, non ſolùm vincendi ac piſcandi vim ei præſtare non potuerunt, ſed neq; ſeipſos valent defendere, quin ab ipſo, quotieſcunq; libuerit, reti atq, ſagena capiantur. Porrò, cum Chaldæi, eorumq; metropolis Babylon, alios deos colerent, piſcium tamẽ conſulto præ aliis, Prophetam meminiſſe arbitror, quò ſtolidiſſimæ omnium ſuperſtitionis commemoratione, maiorem concitaret inuidiam. Tum deinde, vt probabilius efficeret. Deum, non vt Nabuchodonoſorem honore, opibus, & imperio cumularet, Iudæorum illi populum ſubdidiſſe, qui tã inſolenter & impiè abuſurus eſſet victoria, vt felices bellorum ſucceſſus ſtultiſſimis piſcibus eſſet aſcripturus, verũ (ꝙ ſuperius verſu duodecimo propoſuerat Propheta) vt populũ ſibi peculiarem atq; vernaculum corriperet, ac emendaret Deus, regẽ Babylonium roboraſſe, & ad Iudęorum debellationem impuliſſe. 166

* Neque obſtat huic expoſitioni *Sagena*, quod eadem dictio confeſtim in diuerſa ſignificatione ſumatur, ſolent quippe verba in eodem loco ſemel atq; iterum inculcari, ſed in alia atque alia ſignificatione, quam figuram Plocen appellant. Quinetiam elegantius nonnunquam, idem verbum repetitum continuo, contraria ſignificatione vſurpatur. Cuiuſmodi eſt illud, quod Fabius refert, cum Proculeius quæreretur de filio, quod is mortem illius expectaret, & filius dixiſſet. Se non expectare. Imò rogo (inquit pater) 167

vt

vt expectes. Detorſit verbum in contrariũ ſenſum, expectat quippe mortem patris qui inhiat, & expectat qui non votis accelerat. Huiuſce eſt etiam farinæ, elegans illud diſtichon apud Suetonium in Nerone.

Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.

Peremit matrem Nero, patrem humeris portauit Æneas. Verbum autem Tollo vtramque ſignificationem complectitur. Vnde Cicero, inſito amore Pompeianarum partium, C. Cæſarem laudandum, ornãdum, & tollendum dicebat, cum intelligeret pertimendum, & Brutus in epiſtola ad Ciceronem, & Velleius Paterculus libro altero Hiſtoriarum Romanarum enarrant. Auguſtinus in ſermone ducenteſimo viceſimoſexto de Tempore, in hunc modum ſcribit. Licet alta ſit terra, altum cœlum, audit tamen Deus hominis linguam, ſi mundam habeat cõſcientiam. Altam porrò terram vocauit, id eſt, humilem, & depreſſam deorſum. Altum verò cœlum, ſublime videlicet, & eleuatum. Eſt quippe Auguſtini ſententia. Quamuis longiſſimè cœlum diſtet à terra, Deus tamen iuſti orationem atque preces exaudit. Similiter apud Ieremiam. Vos non viſitaſtis gregem meum, ait Dominus, & ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum. Viſitare, primo loco, Fouere, fauere, ſubuenire, & gubernare eſt, ſedulo & gnauiter curam gerere, ſecundo loco è contrario, diſperdere & caſtigare ſignificat. Sed & illud, apud Abdiam. Quomodo bibiſtis ſuper mõtem ſanctum meum, bibent omnes gentes iugiter: verbum Bibere expoſitorum nonnulli, contrario ſignificatu vſurpaſſe, interpretati ſunt. Nempe vt primo loco Lætari (vt aliàs in diuina Scriptura) atque gaudium haurire ſignificet, at altero Exanthlare labores ſit, ærumnaſque & cruciatus perferre. In quem ſenſum Paraphraſtes Chaldæus, in hunc modum tranſtuliſſe videtur. Quoniam quemadmodum lætitiam cepiſtis de ſubuerſione montis ſanctitatis meæ, ſic bibent omnes populi calicem vltionis ſuæ iugiter.

Ier. 23. 2. Abd. 1. 16.

168 * Diuerſæ porrò ſignificationis eſt illud in Euangelio Ioannis. Ioan. 1. 10.
Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. Quod eſt: Mundi machina à Deo creata eſt, ex cuius contempla-

tione Deus poterat cognoſci, & tamen homines huic mundo ad-
dicti, eum minime cognouerunt. Sed & illud: Nonnè vos dicitis,
Quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Eccè dico vo-
bis, Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam
ad meſſem. Iterum Meſſis nominata eſt, ſed primo quidem ad cor-
poralem meſſem, ſecundo ad ſpiritualem refertur. Et cum Domi-
nus dicit Samaritanæ mulieri. Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet
iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in
æternum. Nonnè Bibere ex aqua, nunc corporaliter propriè,
nunc turſum ſpiritualiter metaphoricè, in vno atque eodem acci-
pitur loco? Sic igitur & Habacuc, cum *Sagenam* pro piſcibus po-
ſuiſſet, mox tamen ſignificatione diuerſa idipſum vocabulum v-
ſurpauit, adiungens:

17 *Propter hoc ergò expandit ſagenam ſuam, & ſemper inter-
ficere Gentes non parcet.*

SI his, quæ nunc proximè præceſſerunt, hæc etiam attexere vo- 169
luerimus, in promptu eſt ſenſus: Quoniã rex Babylonis, ô Do-
mine, tuum ſe eſſe miniſtrum ignorans, victorias atq; triumphos,
non tibi (vt debuerat) attribuit, ſed verò per propriam virtutem,
& exercitus ſui fortitudinem, aut certè per idolorum auxilium,
indies ſe ſagina pingueſcere, & opibus, & honore, & imperio, in-
dies augeſcere, ſibi perſuaſit. *Propter hoc* fit, vt properet ſtomachũ
laxare ſaginis, neque vllum piſcandi & bellandi finem faciat, nul-
lum ſubiugandis hominibus, vrbibus, gentibus, imponat modum
neque vno aut altero regno, neque vna aut altera natione, in di-
tionem & poteſtatem redactis, ſaturetur & contentus ſit, ſed ſum-
mum imperium totius expetens orbis, nullam omninò prouin-
ciam, nullam vſquam terrarum gentem, à ſuis armis atque violen-
tia, tutam degere patiatur. Inuadit omnes, trucidat vniuerſos, cũq;
ſæpius repletum euacuauerit rete, denuò tamen rurſus ac rurſus,
in nouam continuò capturam, in nouam expiſcationem immittit.
Huc enim pertinet quod Pagninus traduxit. Numquid propte-
reà euacuauit ſagenam ſuam? Verbum enim Hebraicum ריק, ef-
fundere & euacuare ſignificat. Sed etiam extrahere & euaginare
eſt: vt in multis Scripturę diuinę locis trãſtulit Vulgatus interpres.
Quam-

Digitized by Google

170 *Quamuis verò hæc ipſa, quæ diximus, ſatis aptè Habacuc cohæreant, non tamen ineptè (etſi duriuſculè forſitan ad Latinam editionem) hæc verba: *Propter hoc ergò expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere gentes non parcet:* ad ea quæ ab initio propoſuerat Vates, referri & accommodari poſſe videntur, conſequentiaq; fortaſsè & illatio ſuperiorum argumentorum hæc eſt, quæque ex rationibus præcedentibus elicitur & ſubinfertur concluſio. Propoſuerat quippè Habacuc, verſu huius capitis duodecimo, populum Iudæorum (quamuis traderetur Chaldæis) non penitus interiturum, ſed in eius iudicium & correptionem, Babylonias turmas aſciſci. Hoc ipſum duplici argumento raticionatus eſt Vates. Nempè, quod abſurdum atque repugnans videatur, ſi perantiquus atque beneficus Hebræorum Deus, illis tandem excidium paraſſet. Deinde, quod diuinam ſanctitatem dedecere videretur, vt qui ſolum in ſcelera animaduertere deſtinaſſet, impiiſſimo populo Chaldæorum conniuens, eorumq; peccata diſſimulans, in vernaculum ac peculiarem ſibi, Iudæorum populum deſæuiret, imouerò iuſtiorem hunc illi iniuſtiori deuorandum permitteret. At, cũ de Deo iniuſtum quidquam ſentire, ratio neutiquam patiatur, conſequens eſt (inquit Habacuc) Nabuchodonoſorem *Propter hoc*, in iudicium, ſcilicet, & correptionem Iudæorum, tetendiſſe ſagenam ſuam, vt captiuos in Babylonem (veluti è fluuio captos piſces in piſcinam & viuarium) traducat. Non vtique vt interficiat & comedat, cui veſci piſcibus religioſum ac prohibitum fuit, ſed verò vt conſeruet incolumes, & magnis honoribus proſequatur. Sicut feciſſe legimus Euil-merodach, regem Babylonis, qui 4. Reg. 25. 27. ſubleuauit caput Ioachin regis Iuda de carcere, & locutus eſt ei benignè, & poſuit thronum eius ſuper thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. Et mutauit veſtes eius, quas habuerat in carcere, & comedebat panem ſemper in conſpectu eius, cunctis diebus vitæ ſuæ. Annonam quoque conſtituit ei ſine intermiſſione, quæ dabatur ei à rege per ſingulos dies omnibus diebus vitæ ſuæ. Ergò in Iudaici populi expurgationem & commodum (inquit Propheta) Babylonius expandit ſagenam, interficere autem perpetuò vniuerſam gentem Iudæorum. Non parcet: id eſt, non concedet, non permittet ac indulgebit Deus.

Vt verò locus iſte fiat planior, notare oportet, hunc verſum apud Hebræos legi cum interrogatione. Etenim, vbi Latina habent: *Propter hoc:* Hebræis eſt הַעַל כֵּן, id eſt: An non ob id? Vel, Nonne ideo? Et vbi nos legimus. *Et ſemper*: Hebræi habent, וְתָמִיד Porrò litera, ו, ſæpiſſimè aduerſatiua coniunctio eſt, etiam apud
Gen. 2. 6. Can. 1. 5. Vulgatum interpretem. Vt in Geneſi: Sed fons aſcendebat de terra. Et in Cantico Canticorum. Nigra ſum, ſed formoſa. Quinetiam particula ipſa Latina, Et, pro Tamen aut Attamen aliquando vſurpatur, viceque fungitur aduerſatiuæ, vt apud Ciceronem, Defendi legem Vocaniam magna voce, boniſque lateribus, & videtis annos meos. Id eſt, videtis tamen quantum ſim ſenex. Ponitur
Matth. 12. 39. pro At, ſiue Tamen, apud Matthæum, vbi legimus: Generatio praua & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei. Pro, At ſignum nō dabitur ei. Apud Lucam ſimiliter, vbi dicitur: Et ad nul-
Luc. 4. 25. lam illarum miſſus eſt Elias. Id eſt, Attamen ad nullam illarum.
Leu. 6. 13. Vocabulum porrò תָּמִיד, perpetuum ſignificat, vt Leuitici cap. 6. tranſtulit Vulgatus, dicens: Ignis iſte perpetuus qui nunquam deficiet.

* Ergò ſtructura verborum hæc eſt: An non ob id expandit 172
ſagenam ſuam? At, perpetuò interficere gentes, non parcet. Id eſt, non concedet, non dabit Deus, ſcilicet, Nabuchodonoſori. Vt fiat tranſitus ad aliam perſonam, de more viſitatiſſimo Scripturarum. Vel ſenſus eſt: Perpetuo interfeciſſe Iudæos, gentemque illorum atque rempublicam, totam penitus deleuiſſe, non lætabitur rex Babylonis, & vt dicere ſolemus Hiſpanè: No ſe vera en eſſe gozo. Verbum quippe Hebraicum חָמַל, pro quo vertit *Parcere* Vulgatus interpres, Lætari quoque & gaudere, ſiue iucundari, ſignificat. Nam vbi legimus in Malachia: Et erunt mihi, ait Do-
Mal. 3. 17. minus exercituum, in die qua ego facio, in peculium, & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Hebræi pro, Et parcam
Sap. 1. 3. eis, exponunt, Et lætabor ſuper eis. Quinetiam ad ipſummet Deum verbum Lætabitur referri poſſet, vt eundem habeat ſenſum cum illo: Nec lætatur in perditione viuorum.

* Cæterum, Interfecti perpetuò, dicuntur ii, qui reipſa necan- 173
tur & intereunt. At, in temporalem captiuitatem abducti, mortui quidem vel interfecti, ſed tamen non perpetuò, dicuntur, neq; interfecti vſq; ad internecionem. Quod facilè colligitur ex Iſaia, vbi inquit

inquit: Cito veniet gradiens ad apetiendum,& non interficiet vſ- Iſa.51.14.
que ad internecionem. Et in alio loco: Viuent mortui tui, inter- Iſa. 26.19.
fecti mei reſurgent. Et apud Ezechielem, Hęc dicit Dominus De- Ezech.37.12.
us: Ecce ego aperiam tumulos veſtros,& educã vos de ſepulchris
veſtris populus meus:& inducam vos in Iſraël. Qui enim in capti-
uitate, aliiſue miſeriis, vitam degunt, enecti vel mortui, in ſepul-
chris habitare perhibentur. Vt in Pſalmis: Qui educit vinctos in Pſal.67.7.
fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperãt, qui habitãt in ſepulchris.
Et rurſus: Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi. Quib⁹ Pſal.42.4.
verbis manifeſtè Dauid hanc mortuorum perpetuò, vel tempora-
riè, differentiam induxit, eſt enim ſenſus Pſalmographi: Cogit
me hoſtis, in obſcuris ſpeluncis latere, non ſecus ac mortui per-
petuò, in ſepulchris tenebricoſis, obſcuriſq; in ſpeluncis, iam per-
petim commorantur ſepulti. Dum addit ergò Dauid, Mortuos
ſeculi, alios eſſe mortuos oſtendit, qui mortui perpetuò nondum
174 ſint. *Pro Seculi namq; in Hebræo habetur עלם. Quæ dictio (vt
annotauit Hieronymus in Commentariis epiſtolæ ad Galatas) cũ
ſcribitur abſque litera, ו, tempus finitum & determinatũ deſignat:
quando verò ſcribitur cum, ו, æternum aut perpetuum ſignificat.
Et ipſe vulgatus interpres, non in vno tantum loco, Perpetuum
reddidit pro עולם. Vt apud Iſaiam: Fœdus perpetuum feriam eis. Iſa.61.8.
Et apud Ieremiam: In charitate perpetua dilexi te. Campenſis Ier.31.3.
Pſalmi verba ſic tranſtulit: Quoniam imminet hoſtis vitæ meæ,
humi vitã meam conculcaturus,& locaturus me in tenebras per-
175 petuò mortuorum. * Porrò autem, vt hoſtium declinarent inſi-
dias, quamplurimos olim in ſepulchris mortuorum delituiſſe le-
gimus. Athanaſius quatuor menſes in paterno ſepulchro ſe ab-
ſcondit. Illud verò tanquam fabuloſum omittã, ꝙ Andromacha
ſuum atq; Hectoris filium Aſtyanacta, in partis ſepulchro occul- 1. Reg. 22.1.
tauit. Dauid autem latitaſſe in cauernis, teſtis eſt ſpelunca Odollã,
in quam confugit à facie Achis regis Geth. Teſtis eſt etiam ſpecus 1. Reg. 24.4.
Engaddi, in qua præcidit oram chlamidis Saul. Democritus, ille
Mileſius, ſtudiorum & contemplandæ naturæ gratia, adeò fuit
ſolitudinis auidus: vt etiam (referente Diogene) nonnunquam ſe-
pulchra incoluerit. In antris antiquitus mortuos ſepeliri cõſueſſe Gen.23.9.
notius atque vulgatius exiſtimo, quam vt teſtimoniis indigeat.

Iob. 11. 38. Eademmet verba, eiſdẽmet literis atque punctis ſcripta, quæ ſunt
Pſa.142.4. in Pſalterio: ſunt etiam apud Ieremiam in Threnis, apud Hebræ-
Thren. 3. 4. os, vbi legimus in vulgata editione: In tenebroſis collocauit me,
quaſi mortuos ſempiternos.

* Gentes denique plurali numero dixit Habacuc, pro vniuer- 176
ſam gentem Iudæorum, pro tribubus Iudæ & Beniamin, pro Le-
uitis atque aliis quamplurimis, qui populo Iudæorum permiſti,
captiuitatem Salmanaſar, regis Aſſyriorum euaſerant. Solent
enim etiam Iudæi, Gentium nonnunquam vocabulo, ab Scri-
Iſa 33. 3. ptura notari. Quod enim legimus apud Iſaiam: Ab exaltatione
Iſa.34.2. tua diſperſæ ſunt gentes. Et illud quoque: Quia indignatio Do-
mini ſuper omnes gentes. Iuxta veterum patrum ſententiam, va-
Pſal. 2.1. ſtitatem Iſraeliticarum tribuum ſignificat. Quin & illud Pſalmi
ſecundi: Quare fremuerunt gentes: primi Eccleſiæ naſcentis
Act. 4. 25. theologi, ad Iudæos pertinere, interpretati ſunt. Quod autem
ſequitur apud Pſalmodum: Et populi meditati ſunt inania, fa-
miliari Scripturæ diuinæ repetitione adiectum fortaſſe eſt: quam-
uis gentium vocabulo Ethnicos, Populorum verò Iudæos, à
compluribus accipi, non ignoro. * Sed ſi etiam Gentium appel- 177
latione apud Habacuc, Ethnicos ſignificari contendas, ſenſus ni-
hilominus erit non incongruus: Ergo Nabuchodonoſor, aut
amarus Chaldæorum populus, in correptionem & emendatio-
nem noſtram expandit ſagenam ſuam, id eſt, produxit in nos vires
ſuas, & exercitum ſuum: at non permittet, non indulgebit, non
lætabitur Deus, Gentes populo Iudæorum perpetuam mortem
aut captiuitatem inferre, non patietur, populum ſuum, in quo
eius nomen inuocatum eſt, ab impiis idololatris perpetuò inter-
fici, id eſt, omninò deleri.

Meminiſſe autem oportet, quod ſuperius annotatum eſt: hanc de ſalute Iudæorum ſpem, nondum reuelatione diuina Habacuc perfectè cognoſcere: ſed verò prudenti argumento, & humana ratiocinatione coniicere, quod ea, quæ ſequuntur, oſtendunt.

CAPVT II.

1. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, quid reſpondeam ad arguentem me.

1 CONCEPERAT ſuperiori capite Habacuc bonam de ſalute Iudæorum ſpem: at nondum ſuperna reuelatione illuſtratus, ſed verò coniectura ſagaci, humaniſq; argumentis permotus. Nempe, veteri Dei beneuolentiæ erga populum ſuum, diuiniſque promiſſis, confeſſis, confiſus, quodq;, ſi ſola improborũ quęreret perditio, indecens ac præpoſterum videretur, iuſtiorẽ, aut improbum minus, peculiaremq; populum ſibi, Deum iniuſtiori & inimico populo prodidiſſe, & inſtar piſcium, domino atq; defenſore carentium, capiendũ & deuorandũ tradidiſſe. Veruntamen, quoniam fœdus cum filiis Iſrael hac Deus cõditione pepigerat, vt ipſe illis eſſet in Deum, omnigeniſq; bonis afficeret, ſi modo illi quoq; ſe Deo audientes & obſequentes præſtarent: hæret animi dubius Habacuc, timetq;, ne Iudęorũ peccata diuinis promiſſis obſiſtant,
2 quiq; nunq̃ conditioni paruerint, iuxta pactas leges puniant. *En Deu.11.26
propono (inquit Moyſes) in conſpectu veſtro hodie benedictionẽ & maledictionẽ: benedictionẽ, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, q̃ ego hodie præcipio vobis: maledictionẽ, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via, q̃ ego nunc oſtendo vobis. Et alibi: Cũ dilatauerit Dominus Deus tuus Deut.19.8.
terminos tuos, ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram, q̃ eis pollicitus eſt, ſi tamen cuſtodieris mandata eius, & feceris q̃ hodie præcipit tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, &
3 ambules in viis eius omni tempore. * Ioſue quoq; ſic ait: Si di- Ioſ.24.20.
miſeritis Dominum, & ſeruieritis diis alienis, conuertet ſe, & affliget vos, atq; ſubuertet, poſtq̃ vobis præſtiterit bona. Iſaias etiam Iſa.1.20.
ſic: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam ꝓuocaueritis: gladius deuorabit vos. Deniq; in libris Regum ſic dicit: Et vltra non faciam cõmo- 4.Reg.21 8.
ueri pedẽ Iſrael de terra quam dedi patribus eorũ: ſi tamen cuſto-

dierint opere omnia quæ pręcepi eis,& vniuerſam legem, quam
mandauit eis ſeruus meus Moyſes. Quod ſi non Moyſes diuinum
furorem deprecans retudiſſet, iam olim populus Iudæornm, poſt
Exo. 32. 9. magnifica Patriarcharum promiſſa, in deſerto internecione pe-
riiſſet. Cerno (inquit Dominus ad Moyſen) quod populus iſte du-
ræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, &
deleam eos, faciamq́; te in gentem magnam. Neq; enim abſurdũ 1
eſt, aut infidele, ſi quę ſub cõditione promittuntur, ea, nunquam
extante conditione, non præſtentur.
*Incertus igitur Habacuc, quem res Iudæorũ habituræ ſint 4
exitum, nutans inter metum & ſpem, ſumpta metaphora ab ex-
cubitoribus, qui in locis editioribus collocati, hoſtium incurſus
& inſidias obſeruant: ſe ſimiliter ſtationem ſuam nempe Prophe-
ticum munus, (id eſt, à terrenis curis, atque mundanis ſollicitu-
dinibus, mentis exaltationũ, obnixaſq́, ad Deum preces, ſublimẽ
deniq; orationis & cõtemplationis ſpeculã) non ſe prius deſertu-
rum pollicetur, quam diuinum aliquod reſponſum acceperit, quo
vel interrogantibus ſatisfaciat, vel ſe increpantibns & arguentibꝰ,
reſpondere & obniti queat. Eſt enim in Hebræo pro, *Ad arguen-
tem me:* עַל תּוֹכַחְתִּי. Id eſt, Super increpatione mea, correptione
mea, reprehẽſione mea: à verbo יָכַח, increpare, corripere, repre-
hendere. Græca habent: Ad correctionem meam, ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν
μου. * Ergo verbum *Arguere* in hoc loco, nõ pro argumentari po- 5
ſitum eſt, ſed, vt ferè ſemper apud Vulgatum interpretem, accu-
ſare & obiurgare ſignificat. Incuſabant autem, imò ſubſannabant
etiam, diuinos Vates Iudęi, quod nunquam niſi onera præuiderẽt,
nihil præter infortunia & perniciem, illis vnquam vaticinarent.
Ier. 23. 33. Vnde (quod ante diximus ex Ieremia) Prophetis illudentes, inter-
rogare conſueuerant: Quod eſt onus Domini? Dicebantq́; viden-
Iſa. 30. 10. tibus: Nolite videre: & aſpicientibus: Nolite aſpicere nobis ea
quę recta ſunt: loquimini nobis placentia. Agamemnon apud
Homerum, his verbis in Calchantem inuehitur:

Vates malorum, nunquam mihi bonum dixiſti.
Semper tibi mala ſunt amica mentibus ad vaticinanda.
Bonũ autem nondum aliquod dixiſti verbum, neque perfeciſti.

3. Reg. 22. 8. Et Achab rex Iſrael, ſic inquit ad Ioſaphat regẽ Iuda: Reman-
ſit

Digitized by Google

ſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominũ: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malũ, Michæas filius Iemla. Vera quippe eſt illa ſententia nuntii, apud Sophoclem in Antigone, Polynicis ſepulturam Creonti regi nunciantis:

Adſum igitur inuitus apud inuitos, ſcio:
Nam nemo nuncia adferentem amat mala.

Vnde eſt illud Cyclopis apud Theocritum:

Sed vates Thelemus hoſtilia prædicens,
Hoſtilia ferat domum, vt ſuis liberis adſeruet.

Tireſiam Euripides in Phœniſſis, in hunc modum colloquentem inducit:

Quicunque vaticinandi vtitur arte,
Stultus eſt, ſi enim aduerſa ſignificauerit,
Acerbus eſt illis quibus vaticinatur.
Falſa verò præ miſericordia dicens illis qui interrogant,
Violat diuina. Phœbum hominibus ſolum
Oportuit prædicere futura, qui neminem metuit.

Et Talthybius apud eundem in Troadibus, annuncians Andromachæ Græcorũ decretum, de præcipitando Aſtyanacte, ſic ait:

Phrygum præſtantiſſimi olim Hectoris vxor,
Ne me odio habeas, inuitus enim annuncio
Græcorumq; publica & Pelopidarum edicta.

Ex hac eadem cauſa fortaſſe, teſte Euſebio in Conſtantini vita, Sibylla Erythrea his Deum verbis affatur: Quid mihi ô Domine diuinationis neceſſitatem imponis: & non magis à terra in ſublime ſublatam, vsq; ad beati aduentus tui diem cuſtodis?

6 * Ergo, *Super cuſtodiam meam ſtabo*, inquit Habacuc, id eſt, nõ ſegniter & deſidiosè munus propheticũ exequar: ſed me populi ſpeculatorem agnoſcens, ꝓ eius liberatione & ſalute, vigilare & orare non intermittã. Intentis oculis contẽplabor, ſi qua melior affulgeat ſpes: & animos meorum conciuium, prænunciatis calamitatibus, cæde & captiuitate, depreſſos, lętioribus nunciis ſubleuare conabor. Prophetarũ quippe ſtatio & munus hoc eſt: populo impendentia mala, inſtar excubitorũ, ſpeculari, & pericula q̃ imminere præuiderint, populo nunciare, & ipſos quoq; pro viribus, precibus & oratione tueri, damnaque nunciata depellere.

1. Reg. 12. 23. Abſit à me (inquit Samuel) hoc peccatũ in Domino, vt ceſſem orare pro vobis. Et Iſaias: Super ſpeculã Domini ego ſum, ſtans iugi-
Iſa. 21. 8. ter p diem, & ſuper cuſtodiã meam ego ſum, ſtans totis noctibus.
*Prædici verò ac p̃noſci impendẽtia mala voluit miſericors Deus 7
Iſa. 48. 5. non vtiq; vt expectatione diutina, & timore torquerẽt magis, ſed vt ingruentia, non à Caſu aut Idolis veniſſe, verùm à Deo fuiſſe immiſſa, apertiſſimè cognoſceret. Aut certè, vt imminentium malorũ præmoniti Iudæi, atq; reliqui homines, reſipiſcerent, & ad frugẽ meliorẽ reuerſi, p̃cognita pericula deuitarent. O ſingularẽ Dei ꝓuidentiam (exclamat Gregorius ille Theologus) futura proclamantẽ: vt vel impietatẽ inhiberet, vel p̃ſcientiam ſuam oſten-
Ezech. 33. 7. deret. Et tu fili hominis (inquit Dominus ad Ezechielẽ) ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael: audiens ergò ex ore meo ſermonẽ, anunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impiè, morte morieris: non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à vita ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autẽ eius de manu tua requirã. *At quoniã ſi peccatores (vt aſſolet) melioris fortunę deſpera- 8
tionẽ incurrerint, & diffidentia impendentis ſupplicii, quaſi mordicus arrepto freno, dementes, & iam pridem ad malum præcipites animos raptauerit, non ſolùm prænotione pœnarum à vitiis deterreri nõ ſolẽt, ſed licentius & effrenatius in ſcelera ruunt: & latro (vti ſcribit Cyrillus ille Hieroſolymitanus) qui non ſperat condonationẽ, deuenit in contumaciam, qui verò remiſſionem ſperat, perſæpè ſuſcipit pœnitentiam: ob id vatibus perpetuus mos fuit, poſtquam triſtia & infauſta p̃dixerint, lęta & proſpera è veſtigio ſubiungere. Similiter igitur Habacuc, poſt prænunciatã Iudęorum captiuitatem, & miſeram ſub Chaldæis ſeruitutem, lætum aliquid ſpeculari, & fauſtum quidpiam prænunciare contendit: quo & ægros Iudæorum animos delinire, & argumenta irriſorum valeat commodè confutare.

Quod autem Vates adiungit: *Et figam gradum ſuper munitio-* 9
nem: eiuſdẽ ſententiæ repetitio eſt, ad eandemq; pertinet tranſlationem. Nam Stare, & Figere gradum vel, vt habent Hebraica, ſubſiſtere, ididem vtrumq; ſignificat, & , à mente non declinandi conſtantiam & firmitudinem indicat, ſed tamen geminata ſententia tenacis propoſiti vim, & vehementiam orationis, adauget.

Pro

Pro *Munitionem*, in Hebræo habetur מָצוֹר. Quod Theodotio
Gyrum, Aquila & Quinta editio Circinium tranſtulerunt. Murũ
igitur in hoc loco rotundum *Munitio* ſignificat, in quo vigiles &
excubiæ, ſpeculatum ſolet conſtitui, maximè verò ſi ciuitas ab ho-
ſtibus obſeſſa conſtringitur. Nam Symmachus in hunc ſenſum
vertiſſe videtur: Quaſi cuſtos ſuper ſpeculam ſtabo, & ſtabo velut
10 incluſus. **Munitionem* autem ſeu Murum, vocauit Habacuc ieiu-
nium & orationẽ, aliaq; pia huiuscemodi opera, quibus Prophe-
tę aliiq; ſancti Dei homines, & populum ſolent circũmunire, ne
mala ingruentia in ciuitatem irrumpant: & in hæc ipſa excubitu-
ri conſcendunt, quoties longius aliquid proſpectare, & oracula
diuina procul ſpeculari, voluerunt. Daniel trium hebdomadarũ Dan. 10. a.
diebus luxit, panem deſiderabilem non comedit, & caro & vinũ
non introierunt in os eius, ſed neq; vnguento vnctus eſt, donec
complerentur trium hebdomadarum dies, ac ſic tandem oratio-
ne & ieiunio diuinam reuelationem extorſit. Deus apud Ieremi- Ier. 7. 16.
am, oratione ſe præpediri, quò minus animaduertat in reos, his
verbis apertè demõſtrat: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec
aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi: quia
non exaudiam te. Sed & Moyſi oranti reſponderat Dominus: Cer- Exo. 32. 9.
no quod populus iſte duræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur
furor meus contra eos. Orabo igitur (inquit Habacuc) & ieiuna-
bo, & me omnimodis affligam coram Domino.
11 * *Et contemplabor, vt videam quid dicatur mihi.* Hebræa habẽt
בִּי, id eſt, In me, Quod & ſeptuaginta verterunt, Τί λαλήσει ἐν ἐμοί,
id eſt, Quid loquatur in me. Neq; enim extrinſecã viſionẽ, neq; au-
res circumſtrepentẽ ſermonẽ expectat: ſed diuinum colloquium,
quod intus fit, mentiſq; auriculas Prophetarũ attingit. Eſt quippe vox
Dei, (vt docet Baſilius) generis diuerſi, ab his vocibus, quæ in audien-
di ſenſum cadunt. Fit enim, cum mens hominũ, quos ille percipe-
re ſuam vult vocem, viſione quadam informatur, haud ferè aliter
atq; in ſomniis contingit. Nam vt in his, ſecundum quietem, ani-
mus noſter quorundã veluti verborũ memoria imbuitur, nõ pul-
ſo aëre externo, neq; voce vlla in audiendi ſenſum illapſa: ſed ipſa
mente notis quibuſdam rerum ſignata, informataque, talem
exiſtimandum eſt Dei eſſe vocem, quam audire memorantur

Pſal.88.9. Prophetæ. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: canit
Zach.1.9. Dauid. Et Zacharias: Angelus,inquit, loquebat in me. * Id por- 12.
rò pro certiſſimo ſtatuendum eſt,cum à Deo in Vatum, ſiue vigilantium ſiue dormientium,animis aliquarum rerum notiones ſignantur(ſiue eæ res iam tum euenerunt,ſiue longo poſt tempore futuræ ſint)tum earũ rerum ſpeciem atq; phantaſiam, multo clariorẽ illis repreſentari, quam ſi vel perſpicaciſſimis oculis coràm res illas viderent. Neq; verò id modo, ſed ſimul quandam veritatis euidentiam ita mentibus illorum offerri,itaq; penitus affici,vt intelligant indubitatè, eam notionem eſſe re vera diuinam: non autem à ſuæ ipſorum animæ imaginatiuæ(vt ita dicam) facultate, motuq; naturali formatam & effectam;nec etiam à malo quopiã inditã & intruſam. Neq; enim alioqui vnquam ſatis ipſi ſibi Prophetæ fidiſſent,nedum firma animi cõfidentia, quæ diuinus afflatus inſtinctusq; dictaſſet,propalàm enuntiare potuiſſent,&(vt dixit diuinus Gregorius)Mundi huius poteſtatib⁹ contraire nequaquam præſumerent, niſi eos ſancti Spiritus fortitudo ſolidaſſet. At videmus,diuinos Prophetas tam indubitanter, tamq; intrepidè,ingratiſſima quæq; & populo,& populi principibus edicere,vt nemo poſſit ambigere,quin conſcii ſibi ipſis ſint, ſe in Dei conſi-
Ier.23.18. lio adfuiſſe(vt loquitur Ieremias) atq; vidiſſe & audiuiſſe ſermones diuinos,non fallaces. Idem exiſtimandum eſt de viſis ſacris: ſuas ea, ſcilicet, habere peculiares notas,quibus diſcerni à laruis, falſiſq; ſpectris,queant. Sed nos quid viderit Habacuc, quidque audierit, iam demum audiamus.

2. *Et reſpondit mihi Dominus, & dixit: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum.*

RESpondet Dominus Habacuco: veruntamen in pręſenti capitulo, eius quæſtioni atque voto non reſpondet, neq; ſatis- 13.
facit. Neq; enim declarat in eo,quid de populo Iudæorum decreuerit,aut quem ſit finẽ habitura capiuitas,perdẽdi ne penitus,deſetendiq; ſint,an verò,expiatis exilio ac ſeruitute ſceleribus,natale ſolum ſint reuiſuri. Oſtendit porrò tantummodo in hoc capite Prophetæ Deus, Nabuchodonoſorem atque Chaldęos, non impunè in templũ & ciuitatẽ ſanctã Ieruſalem,& in gentẽ Iudæorũ, debaccha-

debacchaturos. Fore namq; vt & ipſi patriam & imperium amittant, & quæ in alios crudeliter exequuti ſunt, ab aliis crudeliter patiantur. At quoniam non continuò, non cito, ſed poſt ſeptuaginta annorum ſpatia ab excidio Hieroſolymitano, hoc erat inchoandum oraculum, porrò autem poſt multa etiam ſecula, abſolutè & perfectè erat implendum (vt facilè tam diutino tempore, intermortuis qui vaticinium acceperant, poſterorum notitiam poſſet effugere) ideò præcipit ProphetæDeus, vt quæ viderit, ſcriptura perſequatur, & in publicas tabulas inferat. Ea eſt enim ſcripturæ commoditas, is vſus, vt apud abſentes, aut futuros homines, narrationem rerum geſtarum, eadem qua acceperit fide, iiſdem omninò verbis exponat.

14 * *Explanare viſum*, iubetur etiam Vates, eo potiſſimum modo, quo legentibus maximè notum eſſe poſſit ac manifeſtum: Nullis ſcilicet allegoriis, nullis ænigmatibus inuolutum, nullis obumbratum obſcurioribus dicendi figuris: Sed noto, quotidiano, vulgarique ſermone (quemadmodum & Vates facit) id tractari, præcipit Deus. Neque ſolam dictionis rationem, perſpicuam, manifeſtamque eſſe: ſed ipſas quoque literarum figuras, prægrandes, lectuque facillimas, depingi iubet. *Vt percurrat qui legerit eum.* Id eſt, vt ſine vlla cunctatione à quouis legatur, & intelligatur. Quò diuinum de hoc negotio conſilium, apud omnium hominum animos, conditionis cuiuslibet, teſtatum ſit, & futurum Dei iuſtum iudicium, à cunctis hominibus expectetur. Cumque prænunciata calamitas Babylonios tandem oppreſſerit, non putetur ab idolis immiſſa, non fato, non fortuito atque caſu, non viciſſitudine rerum humanarum, exiſtimetur inuecta, ſed verò ordinatione diuina, in ſcelerum Chaldæorum vltionem, prouidenter eueniſſe noſcatur.

15 * Quod autem in tabulis, non in libro, non volumine, verba concepta Habacuc iubetur excipere, quidam ob id factum exiſtimant, quod plerumque libri ac volumina, volui atque ſignari conſueuerint, & non omnibus edi palam, ſed potius intra ſcrinia recondi. Tabulæ verò frequentius in loco publico appendi ſolét, vt ſit populo cognoſcendi poteſtas, quæ in illis contineantur ſcripta, & expoſita ac repetẽda lectione, quorum id cognoſcere inter-

Pſal.88.9. Prophetæ. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: canit
Zach.1.9. Dauid. Et Zacharias: Angelus,inquit, loquebať in me. * Id por- 12.
rò pro certiſſimo ſtatuendum eſt,cum à Deo in Vatum, ſiue vigi-
lantium ſiue dormientium,animis aliquarum rerum notiones ſi-
gnantur(ſiue eæ res iam tum euenerunt,ſiue longo poſt tempore
futuræ ſint)tum earũ rerum ſpeciem atq; phantaſiam, multo cla-
riorẽ illis repreſentari, quam ſi vel perſpicaciſſimis oculis coràm
res illas viderent. Neq; verò id modo, ſed ſimul quandam verita-
tis euidentiam ita mentibus illorum offerri,itaq; penitus affici,vt
intelligant indubitatè, eam notionem eſſe re vera diuinam: non
autem à ſuæ ipſorum animæ imaginatiuæ(vt ita dicam) facultate,
motuq; naturali formatam & effectam;nec etiam à malo quopiã
inditã & intruſam. Neq; enim alioqui vnquam ſatis ipſi ſibi Pro-
phetæ fidiſſent,nedum firma animi cõfidentia, quæ diuinus affla-
tus inſtinctuſq; dictaſſet,propalàm enuntiare potuiſſent,&(vt di-
xit diuinus Gregorius)Mundi huius poteſtatibꝰ contraire nequa-
quam præſumerent, niſi eos ſancti Spiritus fortitudo ſolidaſſet.
At videmus,diuinos Prophetas tam indubitanter, tamq; intrepi-
dè,ingratiſſima quæq; & populo,& populi principibus edicere,vt
nemo poſſit ambigere,quin conſcii ſibi ipſis ſint, ſe in Dei conſi-
Iere.23.18. lio adfuiſſe(vt loquitur Ieremias) atq; vidiſſe & audiuiſſe ſermo-
nes diuinos,non fallaces. Idem exiſtimandum eſt de viſis ſacris:
ſuas ea, ſcilicet, habere peculiares notas,quibus diſcerni à laruis,
falſiſq; ſpectris,queant. Sed nos quid viderit Habacuc, quidque
audierit, iam demum audiamus.

2. *Et reſpondit mihi Dominus, & dixit: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum.*

REſpondet Dominus Habacuco: veruntamen in pręſenti ca- 13;
pitulo, eius quæſtioni atque voto non reſpondet, neq; ſatiſ-
facit. Neq; enim declarat in eo,quid de populo Iudæorum decre-
uerit,aut quem ſit finẽ habitura captiuitas,perdẽdi ne penitus, de-
ſerendiq; ſint,an verò,expiatis exilio ac ſeruitute ſceleribus,nata-
le ſolum ſint reuiſuri. Oſtendit porrò tantummodo in hoc capite
Prophetæ Deus, Nabuchodonoſorem atque Chaldęos, non im-
punè in templũ & ciuitatẽ ſanctã Ieruſalem,& in gentẽ Iudæorũ,
debaccha-

Digitized by Google

debacchaturos. Fore namq; vt & ipſi patriam & imperium amittant, & quæ in alios crudeliter exequuti ſunt, ab aliis crudeliter patiantur. At quoniam non continuò, non cito, ſed poſt ſeptuaginta annorum ſpatia ab excidio Hieroſolymitano, hoc erat inchoandum oraculum, porrò autem poſt multa etiam ſecula, abſolutè & perfectè erat implendum (vt facilè tam diutino tempore, intermortuis qui vaticinium acceperant, poſterorum notitiam poſſet effugere) ideò præcipit Prophetæ Deus, vt quæ viderit, ſcriptura perſequatur, & in publicas tabulas inferat. Ea eſt enim ſcripturæ commoditas, is vſus, vt apud abſentes, aut futuros homines, narrationem rerum geſtarum, eadem qua acceperit fide, iiſdem omninò verbis exponat.

14 * *Explanare viſum*, iubetur etiam Vates, eo potiſſimum modo, quo legentibus maximè notum eſſe poſſit ac manifeſtum: Nullis ſcilicet allegoriis, nullis ænigmatibus inuolutum, nullis obumbratum obſcurioribus dicendi figuris: Sed noto, quotidiano, vulgarique ſermone (quemadmodum & Vates facit) id tractari, præcipit Deus. Neque ſolam dictionis rationem, perſpicuam, manifeſtamque eſſe: ſed ipſas quoque literarum figuras, prægrandes, lectuque facillimas, depingi iubet. *Vt percurrat qui legerit eum*. Id eſt, vt ſine vlla cunctatione à quouis legatur, & intelligatur. Quò diuinum de hoc negotio conſilium, apud omnium hominum animos, conditionis cuiuslibet, teſtatum ſit, & futurum Dei iuſtum iudicium, à cunctis hominibus expectetur. Cumque prænunciata calamitas Babylonios tandem oppreſſerit, non putetur ab idolis immiſſa, non fato, non fortuito atque caſu, non viciſſitudine rerum humanarum, exiſtimetur inuecta, ſed verò ordinatione diuina, in ſcelerum Chaldæorum vltionem, prouidenter eueniſſe noſcatur.

15 * Quod autem in tabulis, non in libro, non volumine, verba concepta Habacuc iubetur excipere, quidam ob id factum exiſtimant, quod plerumque libri ac volumina, volui atque ſignari conſueuerint, & non omnibus edi palam, ſed potius intra ſcrinia recondi. Tabulæ verò frequentius in loco publico appendi ſolér, vt ſit populo cognoſcendi poteſtas, quæ in illis contineantur ſcripta, & expoſita ac repetēda lectione, quorum id cognoſcere intererit,

M 3

erit,negligentiam & ignorantiam accuſent. *Tabulas* multitudinis numero,Idcirco nominaſſe decernunt, quod conſilium, iudiciumq; ſuum,Deus notum ac manifeſtum compluribus eſſe voluerit. Quandoquidem multiplices tabulæ, eandem ipſam rem continentes,non ad hoc ſcribi conſueuerint, vt in vno loco vniuerſæ, ſed multæ multis in locis ſingulæ ſingulis ſuſpendantur.

* Et quidem, vt geſtarum rerum diuturnius perduraret me- 16
moria, eas olim in acta redigere, & in tabulis hæc ipſa deſcribere, & in publicis locis exponere, moris fuiſſe,notiſſimum eſt. Tabularum autem materies non tantum vnius generis fuit:nam & ex ære,& ex ebore, & ex variis generibus lapidum,aut lignorum,conficiebantur. Vſus æris (inquit Plinius) ad perpetuitatem monumentorum iam pridem translatus eſt, tabulis æreis,in quibus publicæ conſtitutiones inciduntur. Dionyſius Halicarnaſſeus, diligentiſſimus omnium Romanarum antiquitatum ſcriptor, leges duodecim tabularũ æreis columnis inciſas fuiſſe,refert. At Pomponius iuriſconſultus,primo Digeſtorum libro,ſub titulo de Origine iuris, eburneis tabulis fuiſſe inſculptas, affirmat. Placuit, inquit,publica autoritate, decem conſtitui viros,per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, vt ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulis eburneis perſcriptas pro roſtris compoſuerunt. Theophilus Anteceſſor,libro ſecundo Inſtitutionum iuris ciuilis, titulo de Teſtamentis,ſic ait: Nihil intereſt in qua materia teſtamentum ſcribatur,vtrum in tabulis,an in chartis,an in membranis,aut alia quauis materia, vt in pellibus,aut eburneis pugillaribus. Solonis leges in ligneis tabulis ſcriptas fuiſſe, comperimus, vnde & Axonæ vocabantur. Vt autor eſt Suidas. Ærearum tabularum frequens eſt mentio in libris Machabæorum. Iob in plumbeis aut

1. Mach. 8. 22. 1. Mach. 14. 18. 26. 48. Iob. 19. 23.

lapideis tabulis,ſuos ſermones inſcribi deſiderat. * Quis (inquit) 17
mihi tribuat,vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, vt exarẽtur in libro, ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celtè ſculpantur in ſilice? Series quippe verborum hæc eſt: Quis mihi det,vt exarentur in libro, nempe in plumbi lamina,ſtylo ferreo? vel celtè ſculpantur in ſilice? Senſim namq; ſeſe explicat Iob:quodq; prius generaliter dixerat, Quis mihi tribuat,vt ſcribantur ſermones mei? explanatius aliquantulum repetit: Vt exarentur in libro. Eſt autẽ

pro

Digitized by Google

pro Libro, סֵפֶר, vox deducta à verbo סָפַר, quod narrare, & annunciare ſignificat. Vnde quæuis ſcriptura, in quacunque materia diſpoſita, Hebræis appellatur סֵפֶר, quaſi Nuncia eorum, quæ excepexit. Vt autem eſſet perpetua ſermonum ſuorum memoria, plumbum aut lapidem exoptat Iob, ferreo ſtylo inciſum & excauatum.

18 * Non ſolum autem acta publica, & publicæ conſtitutiones, ſed negotia quoque priuata, qualia teſtamenta fuerunt, qualia chirographa debitorum, quinetiã familiares epiſtolæ, in tabulis ſcribebantur. Ex quo Tabellarius eſt dictus, qui literas priuatas perferret, vti Sextus Pompeius teſtatur, de verborum ſignificatione, ſic inquiens. Tabellis pro chartis vtebantur antiqui, quibus vltro, citroúe, ſiue priuatim, ſiue publicè opus erat, certiores abſentes faciebant. Vnde adhuc tabellarii dicuntur, & tabellę miſſæ ab Imperatoribus. Hæc ille. Et Plutarchus eſt autor, Antonium à Cleopatra tabellas ex lapide onyche & cryſtallo, amatoriè ſcriptas, frequenter acceptaſſe: easque præ amoris ardore, dum reges tetrarchasq; iudicaret, inter iudicandum lectitaſſe. De chirographis debitorum eſt illud Iuuenalis in vltima ſatyra: Vana ſuperuacui dicens chirographa ligni. Annotauit Petrus Victorius libro ſexto decimo Variarum lectionum, ad hunc priſcorum morem ſcribendi in tabulis, reſpexiſſe nuncium apud Euripidem, cum in Hippolyto coronato, interitum filii miſero parenti ſignificans, eiusq; innocentiam defendens, affirmat: Non ſe exiſtimaturum, Hippolytum affinem fuiſſe ſceleri, cuius arguebatur, quamuis omne genus muliebre ſe ſuſpenderet, piceamq; aliquis, ſtantem in Ida monte, literarum impleret. Alludit enim nuncius his verbis ad tabellas, quas Theſeus in manibus pendentis vxoris inuenerat. Oſtenditque, ſi etiam infinita tabularum vis referta ſit criminibus in Hippolytum ſcriptis, nullam ſe illis nihilominus fidem, contra exploratam probitatem ac pudicitiam iuuenis, habiturum.

19 * Quoniam verò ex buxo plerumq; tabulæ ſcriptoriæ fiebant, ſeptuaginta in hoc loci Habacuc, pro *Super tabulas*, verterunt, In buxum. Quod etiam apud Iſaiam fecerunt, vbi legit Vulgata: Nunc ergò ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum. Cum habeant Hebraica, עַל לוּחַ, id eſt, ſuper tabulam. Beda in Collectaneis & floribus, Titulum Dominicæ crucis in buxo tradit fuiſſe conſcriptum. Iſa. 30. 8.

Inquit enim: Crux Domini de quatuor lignis facta eſt, quæ vocantur Cypreſſus, Cedrus, Pinus, & Buxus. Sed Buxus non fuit in Cruce, niſi tabula de illo ligno ſupra frontem Chriſti fuit, in qua conſcripſerunt Iudæi titulum. Hic eſt rex Iudæorum. Cypreſſus fuit in terra vsque ad tabulam. Cedrus in tranſuerſum. Pinus ſurſum. Hactenus venerabilis Beda. Quibus ſignificare videtur, Crucem fuiſſe quadrangularem, cum Hieronymus in Ezechielem, ſuper illud capitis noni, Signa Thau ſuper frontes virorum: & Lucianus in Iudicio vocalium, doceanr. Crucem in ſimilitudinem, T, Græcæ literæ fuiſſe configuratam. Queritur autem apud Lucianum σίγμα litera de vi & iniuria ταῦ, quod ab eo pluribus dictionibus ſpolietur, & tandem in hunc modum concludit. Plorãt homines, atque ſuæ fortunæ vices deflent, atque ipſum ſæpè, Cadmum execrantur, quod ταῦ in literarum genus induxerit, aiunt enim, Tyrannos, eius literæ corpus ſequutos, atque figuram imitãtos, poſtea ſimili figura ligna fabricaſſe, in quibus homines ſuſpendant, atque ex hoc huic tam pernicioſæ fabricatæ peſſimum nomen obueniſſe. Propter iſta omnia quot mortibus ipſum ταῦ dignum eſſe iudicatis? Ego quidem exiſtimo, meritò hoc ſolum ad ſupplicium ipſius ταῦ relinqui, vt pœnam in ſua illa figura ſuſtineat, propterea quod Crux ab ipſo fabricata eſt, & ab eo nomen illi homines impoſuerunt. Et Lucianus quidem hucusq;, ſed ad tabulas reuertamur.

* In his autem cum ſcriberetur, aut ipſa excauari tabella, aut 20
obducta cera tabellæ ſtylo exarari, conſueuit. Hoc vel noſter rex Alphonſus declarat, cum lege duodecima, titulo primo, partita ſexta, ſic ait: En pergamino de cuero, o de papel, ò en tablas, quier ſean con cera, o de otra manera, puede ſer eſcrito el teſtamento. Declarat etiam & illud Propertii, de tabulis perditis:

Non illas fixum charas effecerat aurum,
Vulgari Buxo ſordida cera fuit.

Et illud Sulmonenſis poetæ, libri primi Amorũ elegia duodecima, vbi tabellas, quas miſerat, execrauit: quod petita non obtinuiſſent.

Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ.
Tuq; negaturis cera referta notis.

Quam

Quam puto de longa collectam flore cicuta
Melle ſub infami Corſica miſit apis.
At tanquam minio penitus medicata rubebas:
Ille color verò ſanguinolentus erat.
Proiectæ in triuiis iaceatis, inutile lignum:
Vosq́; rota frangat prætereuntis onus.
Illum etiam, qui vos ex arbore vertit in vſum,
Conuincam puras non habuiſſe manus.
Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo:
Carnifici duras præbuit illa cruces.
Illa dedit turpis raucis bubonibus vmbras:
Vulturis in ramis & ſtrigis oua tulit.

Hinc Ceram pro pugillaribus frequenter vſurpari inuenimus. Quale eſt illud Iuuenalis in Satyris:

Nonnè libet medio ceras implere capaces
Quadriuio? Et illud etiam Naſonis:
Dextera tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.

Plautus in Curculione:

Dum ſcribo, expleui totas ceras quatuor.

Et in Aſinaria:

Aut quod illa dicat peregrè allatam epiſtolam:
Ne epiſtola quidem vlla ſit in ædibus:
Nec cerata adeò tabula.

Et paucis verſibus interiectis:

Ne vlla ſit cera, vbi facere poſſit literas.

21 * Hinc illæ ſunt loquutiones: In prima cera, in media cera, in ima, ſeu extrema cera: quibus prima, media, vel vltima, teſtamenti tabula indicabatur. Hinc & illud Iuuenalis poetæ:

Præcipuam in tabulis ceram ſenis abſtulit orbi.

Et quia Cicero, vt ex eius conſtat epiſtolis, in tabulis ceratis ſcriberet: ob id Atticus, quo ſæpè Tullius vtebatur emendatore, ſi quis locus à Cicerone minus abſolutè tractaretur, ceras diuerſi coloris, rubellas nimirùm, affixit. Hocq́ue eſt illud Ciceronis ad Atticum: Cerulas tuas miniatulas extimeſcebam. Sed & Dolabellæ ſic ſcribit: His literis ſcriptis, me ad *συντάξιν* dedi, quæ quidem vereor, ne miniatula cera tua pluribus locis notandæ ſint.

N Cum

*Cum à populo Romano palàm ſuffragia voce ferri ſolerent: 22
Gabinia poſtmodum lege,& Caſſia,quæ biennio poſt lata eſt, tabella ferri cœperunt, tàm in magiſtratu mandando, quàm etiam in reo iudicando. Vnde lex Tabellaria vocata eſt. Et Senatus autoritatem per has leges fuiſſe ſublatam, Cicero libro tertio de Legibus,& in Lælio quoque conqueritur.

*Sed & iudices apud Romanos,per tabulam protuliſſe ſenten- 23
tias, multa loca Ciceronis oſtēdunt, tùm libris ſcriptis in Verrem, tùm in Orationibus pro Rabirio Poſthumo, Archia poeta, atque aliis, quæ cauſa breuitatis omitto, vnico teſtimonio contentus, quo pro A. Cluentio ſic inquit. Illud eſt hominis magni, Iudices, atque ſapientis, cum illam iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit, nō ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi quodcunq; concupierit licere: ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem. Libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes amouere: maximeque exiſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam à diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt. Quę ſi optimorum conſiliorum atque factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu,& ſumma cum honeſtate viuemus.

*Dabantur porrò à Prætore ſingulis iudicum tabellæ tres. Vt 24
Aſconius Pædianus notauit, in Orationem pro L. Flacco, & in orationem pro Milone. Harum vna literam, A, notam abſolutionis habebat. Alia continebat, C, triſte ſymbolum condemnationis. In tertia, quæ ampliationis eſt dicta, erant literæ, N L, non liquere, ſignificantes. Earum quam volebant, in ciſtam ſinguli iudices immittebant. Tum Prætor quæ rei eſſet conditio, ex maiore numero cognoſcebat: damnatus ne, an abſolutus, an ampliata cauſa fuiſſet. Has porrò iudiciarias tabellas ceratas quoque fuiſſe, Cicero manifeſtè demonſtrat: nam in Verrem libro quarto ſic ait. Huic iudicialis tabella committetur? quam iſte non modo cera, verum etiam ſanguine, ſi viſum fuerit, notabit? Et libro primo in eundē: Ait idem, vt aliquis metus adiunctus ſit ad gratiam: Certos eſſe in conſilio, quibus oſtendi tabulas velit. Id eſſe perfacile: non enim ſingulos ferre ſententias, ſed vniuerſos conſtituere: ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Per infamem & nefariam ceram, tabellas intelligit Cicero, quas certis diſco-

Digitized by Google

diſcoloribus inſignitas iudices, corrupti ab Hortenſio, acceperant, vt Varronem abſoluerent.

25 * Cum in tabulis ceratis ſcriberent, ſtylo ferreo, vel æreo, ceram (vt diximus) interſecabant. Is porrò, columellæ inſtar cum epiſtilio, longiuſculus, parte ſubulatus priore, poſteriore, latiuſcula acie, amplus atque patulus fuit, hac ſcilicet figura compactus.  Qua erat aculeatus, ſcribebant, & cuſpide ceram exarabant. Si quid verò foret delendum, latiore ſtyli parte exterebant, & æquor inceratum tabellæ complanabant & repoliebant. Et quoniam partes priores ageret ſcriptio, quam litura: ob id, cum ſcripta delebant, quia latiorem ſtyli partem conuerterent, Stylum vertere dicebantur. Vnde eſt illud diui Hieronymi, in Apologetico ad Domnionem: Qui meliorem ſtyli partem eam legerim, quæ deleret, quam quæ ſcriberet. Et quod Fabius Quintilianus affirmat: Stylum non minus agere, cum delet: ad hanc quoque rationem ſpectat. Vt & illud, quod Horatius præcepit:

Sæpe ſtylum vertas, iterum, quæ digna legi ſint, Scripturus.

Neque enim (inquit Baſilius, ille magnus) in tabulis cereis ſcribere poſſis, niſi prius literas induxeris, quæ antè ſcriptæ fuerunt. Neque animæ prius diuina placita accommodaris, quam an-
26 ticipatas opiniones ab ea exemeris. * Hinc eſt deniq; quod Ieruſalem Dominus in libris Regum minatur: Extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ: delens vertam & ducam crebrius ſtylum ſuper faciem eius. Vbi Vulgatus interpres legiſſe videtur לחות, id eſt, Tabulæ: cum modò in Hebraicis codicibus legatur vocabulum צלחת, quod propriè lebetem, aut ollam, aut certè ſcutellam, ſignificat. Et quidem Editio Vulgata, vaſis genus eſſe, teſtatur, cum in quarto Regum ſic inquit: Afferte mihi vas nouũ, & mittite in illud ſal. Eſt enim pro Vas צלחית. Et ſecundo Paralipomenon, capite trigeſimoquinto, vbi legimus in Vulgata editione: Pacificas verò hoſtias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: in Hebræo pro, Ollis, eſt צלחות. Alii igitur verbum verbo reddentes, Hebræa in hunc modum verterunt: Et expurgabo Ieruſalem, ſicut expurgabit ſcutellam, expurgauit, & vertet ſuper faciem ſuã. Pagninus eadẽ ferè: Et abſtergã Ieruſalaim, ſicut abſtergit quiſpiã ſcutellã, & terſam vertit ſuper faciẽ ſuam. Eius autẽ ex-

4. Reg. 21. 13.
4. Re. 2. 20.
2. Par. 35. 13.

purgatores poſuerunt: Et delebo Ieruſalaim, quemadmodum abſtergit ſcutellam, abſterſit, & vertit ſuper faciem ſuam. Huic ſenſui aſtipulari videtur vetuſta ſeptuaginta translatio, vertit enim: Et delebo Ieruſalem, ſicut deletur pixis, & vertitur ſuper faciem ſuã.
* Eſt enim vaſculi genus Pixis, idque nomẽ accepit, quoniam primum fieret ex buxo, quæ πύξος à Græcis vocatur. Poſtea verò (vt Quintilianus affirmat) ad eiuſdem generis vaſa omnia, cuiuscunq; forent materiæ, Pixidis nomen deriuatum eſt. Et Plinius ferreæ pixidis meminit, duodeuigeſimo Naturalis hiſtoriæ. Itaq; ſimilitudinẽ à vaſa expurgantibus petitam volunt, qui, poſtquam illa deterſerint, ne humoris quid ſuperſit, inuertunt. Quam etiam vſurpaſſe videtur Ieremias, triceſimo capite. Vbi legit enim Vulgata: Te autem non faciam in conſummationem, ſed caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. Hebraica habent ad verbum: Veruntamen te non faciam conſummationem, ſed caſtigabo te in iudicio, & mundando non mundabo te. Nimirum, vti vaſa mundantur, vt iuxta lectionem hodiernam, quartus Regum in Hebraico declarat. Eſt ergò mens Ieremiæ: Non penitus ſuccidam & eradam te, ſicut eradi ſolet ſterquilinium vſque ad purum. Vt dicitur in tertio Regum libro. At verò Vulgatus interpres, cum ad tabulas ſimile retuliſſet, vt ſenſum cõcinnaret commodius, de ſuo addidit paraphraſticos: Et ducam crebrius ſtylum. Neq; ei prorſus ſeptuaginta diſſentiunt: nam πύξιον tabula quoq; buxea eſt, qua ſcriptores antiquitus vtebantur. 27

Ier. 30. 11. 4. Reg. 21. 13. 3. Reg. 14. 10.

28 * Porro verò quali figura Stylus ſcriptorius conſtiterit, parte poſteriore latiuſcula, ad ſecandumq; non inepta, Auguſtini verba demonſtrant, quæ in libro de Animæ quantitate, ſic habent. Cum nuper in agro eſſemus Liguriæ, noſtri illi adoleſcentes, qui tunc mecum erant ſtudiorum gratia, animaduerterunt humi iacentes in opaco loco reptantem beſtiolam multipedem, longum dicam quendam vermiculum, vulgo notus eſt, hoc tamen quod dicam, nunquam in eo expertus eram. Verſo nãmq; ſtylo, quem fortè habebat vnus illorum, animal mediũ percuſſit. Tũ ambæ partes corporis ab illo vulnere in cõtraria diſceſſerunt, tanta pedũ celeritate, ac nihilo imbecilliore niſu, q̃ ſi duo huiuſcemodi animantia forẽt. Hæc beatiſſimus Auguſtinus: quę Petrus Crinitus notauit, libri de

Hone-

Honeſta diſciplina ſeptidecimi capite quarto. Sed ſtyli ſcriptorii figuram apertè Prudentius depinxit, libro Periſtephançon, vbi de pueris Caſſiani martyris tortoribus, & interfectoribus, ſic inquit:

Coniiciunt alii lapides, inq; ora tabellas
Frangunt, reliſa fronte lignum diſſilit.
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubetq; ab ictu curua tumens pagina.
Inde alii ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur.
Et qua ſecti apices abolentur, & aquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.
Hinc foditur Chriſti confeſſor, & inde ſecatur,
Pars viſcus intrat molle, pars ſcindit cutem.

29 * Hoc autem à doctiſſimis & diligentiſſimis viris cum multa diligentia exquiſierim, à nullo animaduerſum inuenio. Quomodo ſcriptoriæ tabellæ clauderentur, aut operirentur, cum, quæ in illis erant ſcripta, latere cæteras voluiſſent, nec eſſe tabellariis apta, & cuicumq; in manũ veniſſent, patula, atq; lectu facilia. Nos tamẽ id, ꝙ variæ lectionis indagine venari potuimus de hac re, nõ inuitè promemus. Et quidẽ huiuſcemodi tabulas olim cõplicari ſueuiſſe (cum eſſent, ob tenuitatem fortaſſe, aut interſectionem, plicatiles, vt menſas atq; tabulas pictas, conuolui & cõplicari videmus) Homerus ſubindicare videtur, ſexto Iliados, cum de Prœto Argiuorũ rege, Bellerophontẽ in Lyciam mittente, ſic inquit:

Scribens in tabula plicata pernicioſa multa.

Videtur etiam Euripides idipſum ſubindicare, cum in Iphigenia in Aulide, Agamemnonem ſic loquentem inducit: In plicis tabulæ:

Cum ſcripſiſſem, miſi ad vxorem meam.

Et poſt paulò ita ſeruum alloquitur:

Sed eia, i, has epiſtolas accipiens,
Ad Argos. Quæ verò occultat tabula in plicis,
Sermone dicam tibi omnia, quæ inſcripta ſunt.

Et idem apud eundem Euripidem, Iphigenia in Tauris ſic ait:

Ea quæ inſunt, quæ inſcripta ſunt in tabulæ plicis,
Verbis dicam tibi omnia: vt annunciare poſſis amicis.

Digitized by Google

*Has tabulas, poſtquam complicuiſſent, lineo filo circumligabant: idq; cera tabulis agglutinantes, ceræ ſigillum ſcalptum peculiari quapiam figura, &c, ne ceræ inhæreret tenacius, humectũ ſaliua, imprimebant. 30

Sigillum ſeruato, quod in tabula
Hac fers.

Inquit Agamemnon apud Euripidem Iphigenia in Aulide. Chryſalus verò ſeruus apud Plautum in Bacchidibus:

C. Nunc tu abi intrò Piſtoclêre ad Bacchidem,
atque effer citò.
P. Quid? C. ſtylum, ceram, tabellas, & linum.
P. iam faxo hic erunt.
Mneſ. Quid ſcribam? C. ſcribe ſalutem tuo patri
verbis tuis.

Et poſtquam ſcribenda dictaſſet, ſubiungit.

Cedo tu ceram, ac linum actûtum, age obliga,
obſigna citò.

Ex quo patet, ceram petiiſſe ad ſignandum: nam tabellas cum petiit, ceratas ad ſcribendũ intelligit. Homerus igitur & Euripides, cum plicas tabularũ cõmemorant, non obſcurè ſubindicare videntur, ipſas tabulas fuiſſe plicatiles. *Si nõ fortè appellatione plicarum, quis velit integumentum intelligi, quo tabulæ velari ſolerent, &c, ne legi poſſent, obuolui. Quippe Dionyſius Lambinus, exponens illud Horatii, epiſtola viceſimaprima libri: 31

Aut fugies Vticam, aut vinctus mittêris Ilerdam:

De tabulis in hunc modum ſcribit. Solebant veteres, epiſtolas in tabulis ſeu chartis conſcribere, easq; alia charta, quæ plerumq; erat intus exarata, operire: deinde lino obligare. Eæ autem chartæ, quibus literæ integebantur, appellabantur Opiſtographa: quia à tergo inſcriptæ declarabant ad quem mitterentur. Significat igitur, homines ex libro ſuo integumentum literarum facturos. Hæc ille. At ego, etſi Lambinum facio plurimi, teſtem tamẽ huiusce rei, & authorem aliquem veterem, ab ipſo proferri, voluiſſem. Etenim quod inquit Horatius: Aut vinctus mitteris Ilerdam: non video cur magis de literarum integumento, quam de aliarum

Digitized by Google

aliarum rerum aut mercium inuolucro, intelligere debeamus. Imò cum Horatius præmiſerit:

Contrectatus vbi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperis: aut tineas paſcas taciturnus inerteis:
Aut fugies Vticam: aut vinctus mitteris Ilerdam.

Id ſuo libro augurari videtur, quod Martialis euenturum ſuo, in Xeniis augurarur, ſic inquiens:

Ne toga cordylis, & penula deſit oliuis,
Aut inopem metuat ſordida blatta famem:
Perdite Niliacas Muſa mea damna papyros.

Et Horatii ſenſus eſſe videtur: Aut paſces tineas: aut pharmacis vel ſalſamentis, aliiſq; mercibus aduolutus, in Afticam aſportaberis aut Hiſpaniam. Cui ſenſui aſtipulari videtur, quod in pluribus Horatii codicibus, Vnctus, & non Vinctus, legatur.

Ego, tabulas ſcriptorias, cum vellēt latere quæ in eis eſſent ſcri-
32 pta, linteo contegi conſueuiſſe, comperio. * Nam Vlpianus iuriſconſultus, libro Digeſtorum vigeſimo octauo, titulo de Teſtamētis, lege ad teſtium, in hunc modum ſcribit: Signatas tabulas accipi oportet, etſi linteo, quo tabulæ inuolutæ ſunt, ſigna impreſſa fuerint. Verùm de tabulis ſatis ſit: nam ſentio longius me eſſe prouectum, quam propoſita ratio poſtularat. Ergo ad vlteriora pergamus.

3. *Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur: Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.*

CVM Dominus aduerſus Iudæos inſtantem Chaldæorum aduentum, & propinquam captiuitatem prænunciat, non iu-
33 bet Prophetam ſcribere, * ſed, Aſpicite inquit, in gentibus, & videte, admiramini, & obſtupeſcite. Nempe, quia opus fiet in diebus veſtris: neque ſcripturæ recordatione opus eſt, vbi rerum prænunciatarum conſpectus prædictionem ipſarum, è veſtigio ſubſequitur. At, quoniam Babylonis ruina non in proximo, verùm longum poſt tempus, futura & euentura prædicitur: ne cadat vaticinii memoria, q̄ viderit Habacuc, tabulis iubetur imprimere. Scribe viſum, inquit Deus, & explana eum ſuper tabulas:

Digitized by Google

Quia adhuc viſus procul. Non mox fient, quæ modo videbis: è
longinquo ventura proſpicies. Apparebunt tamen indubiè præ-
ſtituto tempore, neq; fallent.*Nam, *Mentiri*, apud Scriptores 34
diuinos, interdum Fallere eſt, & euentu expectato fruſtrare; In
qua ſignificatione Habacuc inferius idem dixit, cum legimus:
Mentietur opus oliuæ: etſi verbo quidem diuerſo, ſed idipſum ſi-
gnificante. Nam æquè כָּזַב Gazab,& כָּחַשׁ Cachas, deficere atque
mentiri ſignificant.

Pro, *Apparebit*, Hebraicè eſt יָפֵחַ, quod verbum Loqui quoque
ſignificat. Poteſt ergò Vatis eſſe ſententia: Quamquam procul
atq; longè ſit viſus, eueniet tamen tandē certiſſimè: quodq; dice-
remus Hiſpanè, Però al fin cumplirſe ha. Aut eſt, *Apparebit in finē*:
Apparebunt vtiq; tibi in viſu longiſſimè diſſita, & extremis tem-
poribus euentura. Vel, Loquetur, ac docebit te viſus, quæ poſt
multos annos contingent. Sed tamen non viſus mentietur, non
deficiet, no faltara: neq; (vt vulgò dicunt Hiſpani) de luengas vias,
ſeran luengas mentiras. Vt particula, *Et*, in hoc loco, ſit aduerſa-
tiua pro, Tamen.

*Ergo, ſi ꝗ hauſeris viſu (inquit Deus) cunctabundū videbit, ne 35
deſperes: ſed videnter expecta. Eueniet quippe absq; dubio, nec
admodum multū tardabit, quin initium executionis accipiat. Sed
annis ſeptuaginta peractis à Iudaica captiuitate, ſe proferre & ap-
parere inchoabit: iamq; tum incipiente ruina, per Cyrum expu-
gnabitur Babylon, & regnum Aſſyriorū finietur: etſi multis an-
nis poſt hæc, diruenda funditus ſit, & ſolo penitus coæquanda.

Theodoretus in hunc modum exponit: *Non tardabit*, id eſt: nō
Viſio imperfecta manebit. Vt ſit eius repetitio, quod dixerat: *Ap-
parebit in finem, & non mentietur.* Neq; enim vllo pacto vnquam
fiet, vt tempore opportuno non veniat, quicquid Deus euentu-
rum prædixerit.

* Quod autem dicitur: *Expecta illum: quia veniens veniet, & 36
non tardabit:* nonnulli interpretum Cyro, venturo Babylonem,
tribuerunt. Illud porrò non conſtat ſatis: ad quem ſeptuaginta
ſeniores relatiuum, Illum, retulerint. Eſt autem id manifeſtum,
ad viſum non retuliſſe: quandoquidem, γράψον ὅρασιν, id eſt,
Scribe viſionem, genere fœminino poſuerunt: mox verò ὑπόμει-

νον

τὸν αὐτὸν, id eſt, Suſtine eum, interpretati ſunt. Beatiſſimus Paulus Apoſtolus, myſtica forſitan perſequutus, ad Chriſtum adumbratum per Cyrum, in iudicium aduentantem, applicuit, ad Hebræos his verbis ſcribens. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt volũtatem Dei facientes, reportetis promiſſionẽ. Adhuc enim modicum aliquantulũ, qui venturus eſt, veniet, & nõ tardabit. Quamq̃ diuus Thomas Aquinas dici poſſe arbitret, Apoſtolum non Prophetæ locum citaſſe, ſed fuiſſe ex ſeipſo locutum : cui non minus, q̃ ipſi Prophetæ, fidem habere, ſit neceſſarium: Quippe cum dixerit Habacuc: Adhuc viſus ꝓcul. Apoſtolus verò: adhuc .n. modicũ. Heb. 10. 36.
37 * Scire igitur oportet, חזון Chazon, id eſt, Viſus apud Hebræos, eſſe generis maſculini, & in finem vſq; viſionis, in præſenti vaticinio Habacuc, ſub eodẽ genere maſculino, Viſus declinationẽ ſeruari, & ad viſum relatiua referri. Hebraica Vulgatus interpres ad viuum aſſimilare conatus, non viſionẽ vertit, ſed *Viſum*, & ad hunc pertinere & referri relatiuum, *Illum*, dicendũ eſt: vt ſit Dei verborũ ſententia. Scribe quę videris, id eſt, audieris, quæq; ſenſu perſpicaciſſimo ſexto Prophætarum prænoueris. Vtq; ſcripta perdurent diutius, illa quoq; tabulis imprime. Neq; enim ventura ſunt citò: ſed poſt longam temporis intercapedinẽ. Neq; tamen, ob id ꝙ morentur, deſperes, & expectare deſiſtas: euenient quippe absq; dubio, nec longam admodũ moram trahent, quin
38 initium exequutionis accipiant. * Cum autem & Cyrũ Chaldæos euertentem, & in Cyro Chriſtum, Prophetarũ omnium ſcopum, debellantẽ poteſtates aëreas, hoc viſu anteceperit Habacuc: ſanè quando relatiuum, ***Illum***, ad *Viſum* referimus: ad Cyrum, iuxta hiſtoricum ſenſum, & ad Chriſtum, iuxta allegoricũ, cum Paulo rectiſſimè coaptamus. Si Paulus ex Habacuco deſumſit, & non vſurpaſſe alludendo, ſed citando, hæc verba, credamus. Noui namq; teſtamenti Scriptores, cum ex veteri teſtimonia depromunt, non ſemper citare putanť: ſed nonnunq̃ etiam alludere, atq; vice interdũ adagii, patrũ antiquorũ ſententiis, aut verbis puulgatis, abuti. Alluſio verò & Citatio longè differunt inter ſeſe. Quippe in citatione idẽ ſenſus ſit oportet, aut literalis aut myſticus, citati teſtimonii & citantis. At tanto in alluſione plus ineſt venuſtatis & elegantiæ, quanto aliorũ dicta, ad q̃ alludimns, magis in diuerſa trahuntur.

Digitized by Google

* Pro, *Veniens veniet*, Hebræis eſt ad verbum, Venire veniet. 39
Nulla porrò in libris diuinis vſitatior dicẽdi figura eſt, qua id certiſſime factum, aut verò futurum, aſſeritur, quod eiusdẽ verbi vel nominis geminata repetitione firmatur. Quippe quandam intenſionem importat, atq; validiorem ſententiæ propoſitæ aſſeueratio-
1. Reg. 25. 28. nem. Eiusdem farinæ ſunt illa: Faciens faciet Dominus tibi
Exo. 3. 16. Domino meo domum fidelem. Et, viſitans viſitaui vos: & vidi omnia, quæ acciderunt vobis in Ægypto. Ergò, *Veniens veniet & non tardabit*, ſignificat apud Habacuc: Veniet proculdubio quod cernes, etſi ſerius euentura proſpicies. Quin etiam vt incipiat venire, non longas oppidò moras trahet: ſed hac ipſa inchoabit ætate. Conſentaneum verò ac par eſt, vt præſentium experimentum certam pariat atque ſecuram futurorum expectationem.

* Vt hæc autem, aliaq; multa ſcripturæ diuinæ loca, melius ab 40
omnibus intelligantur, oportet commonere lectorem: Habacuc & cæteros Vates, qui aduerſus Babylonem vaticinati ſunt, duo in ſumma aduerſus illam vidiſſe, ad quæ cætera rediguntur. Primò quidẽ Cyrum viderunt, cum Medorum ac Perſarũ copiis, aquis Babylonis exhauſtis, eam capturum & ſpoliaturum: regeq; illius interempto, antiquiſſimum Aſſyriorũ imperium ad Medos tunc temporis tranſiturum. Viderunt ſecundò, ad extremum munitiſ-
Iſa. 21. 2. ſimam & florentiſſimam vrbem Babylonis prorſus eſſe vaſtandam atq; funditus diruendam. Aſcende Ælam, id eſt Perſa, obſide Mede (inquit Dominus per Iſaiam) omnem gemitum eius ceſſare feci. Babylonis ſcilicet gemitũ. non quo ipſa prę dolore ingemuerit: ſed quo alios ab ea iniuriis affectos, vehementius ingemiſcere fecit. Pręcidã itaq; Babyloni omnem aliis nocendi facultatem. Vel, non ictu leui percutiam, vt gemendi ſuperſit facultas: ſed extremo exitio multabo. Sed & alibi nominatim de Cyro. Qui dico
Iſa. 44. 17. Iſa. 14. 11. ꝓfundo, Deſolare, & flumina tua areſaciam. Qui dico Cyro: Paſtor meus es, & omnẽ voluntatẽ meam complebis. Et in alio loco idem Vates Babylonis regi ſic exprobrat: Detracta eſt ad inferos
Iſa. 13. 9. 17. ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentũ tuum erunt vermes. De Babylone autẽ ſic: Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus, & irę, furoriſq; ad ponendã terram in ſolitudinẽ, & peccatores eius conterendos de ea.

Digitized by Google

de ea. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos. Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomã & Gomorrham. Non habitatur vſq; in finẽ & non fundabitur vſq; ad generationẽ & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcẽt ibi. Sed requieſcẽt ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconib⁹, & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi: & reſpondebunt ibi vlulæ in domib⁹ eius, & ſirentes in delubris voluptatis. Ieremias quoq;: Deſertum faciam mare eius, & ſiccabo venam eius. Et erit Babylõ in tumulos, habitatio draconum, ſtupor & ſibilus: eo quod non ſit habitator. Similiter & Habacuc, quamuis obſcurius & implicatius: Laborabunt, inquit, populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficient. Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua nõ afferent cibũ, abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus. Iere.51.36. Habac.2.13.17. Hab.3.17.

41 * Attamen intelligere conuenit, hęc ipſa non eodẽmet tempore, neq; ab vno Cyro confecta: ſed ab ipſo potiſſimum inchoata, & deſtructo Babylonis imperio, confractiſq; viribus Chaldæorum, ad ruinam & vaſtationem expoſita, vt iam illi merito videantͬ omnia, tanquam authori, tribuenda. Nam Cyrus ſeptuageſimo anno à deſolatione Ieruſalem (cum multi etiam id tẽporis ſupereſſent ex iis, qui templum primum conſpexerant: vt conſtat ex libro Eſdræ primo) Euphratis alueo diducto, Babylonis vrbem obtinuit, & regem Balthaſarem occidit, & vetuſtiſſimum Aſſyriorũ imperium in Medos tunc primum traduxit. Veruntamen vrbs Babylonis, eiuſq; ager & territorium, à Cyro deuaſtata non ſunt, vt quidam perperam putauerunt. Quin potius (vt author eſt Xenophon) Cyrus, quamdiu vixit Cyaxares, Babylone commoratus eſt, Babyloniiſq; ipſi edixit, vt agros atq; regionem excolerent, indeq; & regalia tributa, & publica penderent vectigalia. Sed & tempore Darii Hiſtaſpis Babylonem incolumem pmanſiſſe, apertiſſimè conſtat ex diuina Scriptura. Thathanai quippe & Stharbuzanai, in hæc verba ſcripſerunt Dario: Nunc ergo ſi videtur regi bonum, recenſeat in bibliotheca regis, quæ eſt in Babylone, vtrum à Cyro rege iuſſum fuerit, vt ædificaretur domus DEI in 1.Eſd.3.12. 1.Eſd.5.17.

Ieruſalem. *Quinetiam Babylonem ſtetiſſe temporis Artaxerxis 42
regis Perſarum (quem nonnulli Xerxem fuiſſe, alii Longimanum
exiſtimant) liber Eſdræ manifeſtè declarat, ait enim. Poſt hæc ver-
1.Eſdr.7. ba in regno Artaxerxis regis Perſarum, Eſdras aſcendit de Babylo-
1.6. ne, & aſcenderunt de filiis Iſrael cum eo. Et venerunt in Ieruſalem
menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus regis. Quia in primo die
menſis cæpit aſcendere de Babylone, & in primo die men-
ſis quinti venit in Ieruſalem. * Sed & adhuc longo poſt tem- 43
pore, Alexander magnus, deuicto Dario, ex Arbelis mouens (vt
Arriani verbis dicam) rectà Babylonē profectus eſt: quoniam om-
nis ea regio cultoribus frequens eſſet, & iter haud difficile, ipſaq;
Babylon & Suſę belli præmia viderentur fore. At Babylonii, co-
gnito eius aduentu, non expectanti obuiam progreſſi, cum ſacer-
dotibus & vrbanis magiſtratibus munera ferentes, vrbem cū arce
& pecunia regia ei confeſtim tradidêre. Quibus acceptis vrbem
ingreſſus, templa, quæ Xerxes ibidē euerterat, inſtaurari iuſſit, &
in iis templum Beli, quem ſingulari religione Babylonii colebant.
Hactenus Arrianus. At Sextus Iulius Frontinus libro Stratage-
matum tertio, capite ſeptimo, Babylonem ab Alexandro, ſicut
olim à Semiramide, auerſo Euphrate captam fuiſſe, teſtatur. Ve-
rùm ego, per incogitantiam, & memoriæ lapſum, exiſtimo, Ale-
xandrum pro Cyro poſuiſſe. Porrò, Babylone Alexandrum mor-
tuum fuiſſe, cuncti authores enarrant.

* Demetrius Antigoni filius, qui propter animi pertinaciam 44
(vt Vitruuius ait) Poliorcetes, id eſt, vrbium expugnator eſt di-
ctus, Babylonem expugnaſſe fertur. Sic enim de eo Plutarchus
ſcribit: Traiecto repente Euphrate, ſubito aduentu Babylonem
occupat, & ex altera arce (erant .n. duæ) expulſo Seleuci præſidio
ſuoq; introducto, ſeptē delectorū hominū millia in vrbe cōſtituit.

* Interiectis poſt hunc multis regibus, & plus centum quin- 45
quaginta annis elapſis, Antiochum Illuſtrem Babylone habitaſſe
hiſtoria Macchabæorum ſubindicat: vrbem enim ipſam duraſſe,
apertiſſimè manifeſtat. Narrat enim, ab Elymaide, quod eam de-
prædari nequiuiſſet) cum triſtitia magna reuerſum fuiſſe in Baby-
loniam, ſiue, vt habent Græca, in Babylonem: εἰς Βαβυλῶνα.
Quippe Babylon, ciuitas ipſa: prouincia, Babylonia vocatur.

Traianum

Traianum Imperatorem deinde, annis ſexcentis & quinquaginta poſtquam capta fuerat à Cyro, Babylonem obtinuiſſe, Eutropii, Ruffi, & Dionis, cunctorumq; hiſtoriæ Romanæ ſcriptorum, autoritate tenemus.

46 * Sed & adhuc poſt Traianum duraſſe, plus annis mille centũ & quinquaginta, & à regis Tartarorũ Metonis fratre Haalone expugnatam fuiſſe, anno ſalutis humanæ milleſimo ducenteſimo ac ſexageſimo, Aytonus Armenius eſt autor. Quem ſequutus Antonius Sabellicus, libro ſeptimo Enneadis nonæ, ſic ait. Deinde Baldacha vrbs vi capitur. Fuit hæc olim Babylon, quam Semiramis in Meſopotamia condidit. Adiicit Aytonus, ſedem in ea fuiſſe Calphi, qui Mahometanæ legis ſummo fungebatur magiſterio. Vrbs exciſa eſt, non ſexus, non ætatis diſcrimen vllum habitum, omnis multitudo ferro dedita. Hæc Sabellicus. Cui Ioannes Tarcagnota conſentit, in ſecunda parte Hiſtoriarum mundi, libro decimoquarto, ſic inquiens. Hauena Metone Re di Tartari preſo il bateſimo. Il perche a perſuaſione d'Aitono Re d'Armenia ſuo amico, che gli moſtraua con quanta vergogna e biaſimo de Chriſtiani il ſanto Sepolcro del Saluatore noſtro in potere de' Saracini ſi ritrouaſſe: vi mando Alone ſuo fratelo con groſſo eſercito, per che non laſciaſſe pure vn Mahometo in Soria. Alone che era valoroſo e ſauio capitano, paſſatone prima nella Perſia, la reco tutta ſolo il giogo de Tartari. Indi preſe Baldacco, che coſi l'antica Babylonia chiamano, e nõ laſciandoui quaſi huomo in vita, la fece quaſi ſpianare a fatto. Sed & hodie Baldacham extare, multis millibus ciuium Illuſtrem, certum & exploratiſſimum eſt. Et Ioannes Thomas Minadoy in hiſtoria, quam ſcripſit Italicè, de bellis inter Turcas & Perſas, geſtis ab anno Dom. 1576. vsq; ad annũ proximè elapſum. 1585. non ſemel ingerit de Babylone mentionem: eamque & in præſens extare, & Bagdat appellari teſtatur.

47 * Abrahamus Ortelius nunc nuper, in Synonymia locorum geographicorum, Baldacham extare, pro comperto conſtituit, ſed non eſſe Babylonem coniectat. Babylon, inquit, Aſſyriæ vrbs, cum ſacris Bibliis, tum omnibus fermè hiſtoriis nota & celebris, Baldach, Iacobo Coſtaldo, Bagadad, Barros. Idem eſt oppidum, ſed ꝓ vario gentium idiomate hodie vtroq; nomine vocatur. Sunt tamẽ

qui hanc Suſam veterem eſſe volunt,ſed magno errore:cum Suſa, Suſianæ metropolis ſit, ad fluuium Eulæum ſita, & Babylon, omnium autorum teſtimonio, in Aſſyria ad Euphratem ſita ſit, vbi hæc Baldach quoque hodie videtur.Sed ſi nobis quoque in re obſcura diuinare liceat, auſim, huic Babyloni accidiſſe, quod Auguſtæ Rauracorum euenit, affirmare. Vt quemadmodum pro hac Auguſta(quæ in ignobilem hodie pagum, vulgò Augſt, euanuerit)locum celebrem,illiq; quàm proximum, Baſileam accipimus, ſic pro illa Babylone, quæ penitus interiiſſe videtur, Baldach illi proximam,& Caliphæ Babyloniæ ſede nobilem,nobis obtrudi ſinimus.Hanc noſtram coniecturam ex Tabulis Aſiæ,quas Iacobus Caſtaldus Venetiis edidit,ſed quæ (quod aliàs in maiori noſtra Aſiæ Tabula,quam ſeorſim edidimus, monuimus) verè Abylfedeæ Iſmaelis ſunt, ſumpſimus. In iis namque Tabulis, iuxta Baldach oppidum, videntur quædam antiquæ vrbis fragmenta,quibus adſcriptum eſt, BABYLONIA. Inſpice in Theatro noſtro Tabulam regni Perſici. Hactenus Abrahamus Ortelius.

48 * Hoc ipſum non ſolum coniectat,ſed affirmat quoque Pauſanias,qui fuit tempore Imperatoris Adriani, in Arcadicis enim ſic ait.Babylon omnium, quas vnquam Sol aſpexit, vrbium maxima, iam nihil præter muros reliqui habet. Affirmat & hoc Theodoretus,nempe Babylonem periiſſe. Nam in illud Pſalmi ſexageſimi octaui: Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum nō ſit qui inhabitet, in hunc modum commentatus eſt. Semper, inquit, iuſtam ſententiam petit, & iis rebus, quas in aliis patrarunt, ſupplicat vt ſubiiciantur.Quoniam enim cum Hieroſolymam, & alias ciuitates Iudææ diripuiſſent, deſolatas illas reddiderunt: hæc vt illorum patria patiatur, obſecrat, & hæc, quæ petiit, obtinuit. Nam Babylon deſolata fuit, & vſque in hodiernum diem ſic permanet. Hæc ille: quæ apud Baſilium eodem Pſalmo videre eſt. Idipſum affirmauit Hieronymus, in quintum viceſimum Ieremiæ, dicens. Denique vſq; hodie vrbis Babylonis reliquiæ tantum manent. Et poſuit illam Dominus in ſolitudinem ſempiternam, & impleuit omnia verba, quæ in iſtius ipſius Prophetæ volumine continentur. Et in caput decimumquartum Iſaiæ in hunc modū ſcribit. Si liceret introire barbaras nationes, & videre tantæ vrbis

extrema veſtigia: videremus poſſeſſionem heritii, & plaudes aqua-
rum, & verè completum eſſe, quod nunc Iſaiæ vocibus canitur:
Scopabo eam in ſcopa terens. Exceptis enim muris coctilibus, qui
propter beſtias concludendas poſt annos plurimos inſtaurantur,
omne in medio ſpacium ſolitudo eſt. Porrò Hieronymus hoc a-
liena relatione cognouit, vt in tertium decimum Iſaiæ ipſemet fa-
tetur, ſic inquiens. Didicimus à quodam fratre Elamita, qui de illis
finibus egrediens, nunc Hieroſolymis vitam exigit monachorum:
venationes regias eſſe in Babylone, & omnis generis beſtias mu-
rorum eius tantum ambitu coërceri. Vſq; in præſentem ergò diẽ
prophetia Babylonis expletur, & ſicut ſubuertit Deus Sodomam
& Gomorrham, ſic iſta ſubuerſa non habitabitur in æternum. Pro
illa enim Seleuciam & Cteſiphontem vrbes Perſarum inclytas fe-
49 cerunt. * Quibus verbis (vti mea fert opinio) Hieronymus Pliniũ
ſequutus eſt, qui capite viceſimoſexto libri ſexti Naturalis hiſto-
riæ, ſic ait. Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu ſummam
claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Me-
ſopotamiæ Aſſyriæq;, Babylonia appellata eſt, ſexaginta millia paſ-
ſuum complexa, muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in
ſingulos pedes ternis digitis menſura ampliore quàm noſtra, in-
terfluo Euphrate, mirabili opere vtroque. Durat adhuc ibi Iouis
Beli templum. Inuentor hic fuit ſideralis ſcientiæ. Cætero circui-
tu in ſolitudinem rediit, exhauſta vicinitate Seleuciæ, ob id condi-
tæ à Nicatore intra nonageſimum lapidem, in confluente Euphra-
tis foſſa perducti atq; Tigris: quæ tamen Babylonia cognomina-
tur, libera hodie, ac ſui iuris, Macedonumq; moris. Ferunt ei ple-
bis vrbanæ ſexcenta millia eſſe: ſitum verò mœnium aquilæ pan-
dentis alas: agrum totius Orientis fertiliſſimum. Inuicem ad hãc
exhauriendam, Cteſiphontem iuxta tertium ab ea lapidẽ in Cha-
lonitide condidêre Parthi, ꝙ nunc eſt caput regni. Plinius hucuſq;.
Eadem ferè tradit Strabo, libro 16. Geographiæ: nam de Babylone
ſic ait. Vrbis partem Perſæ diruerunt, partem tempus conſumpſit,
& Macedonum negligentia: præſertim vbi Seleucus Nicator Se-
leuciam ad Tigrim condidit, ad ſtadia tercentũ Babyloni proximã.
50 * Ergo igitur ex Plinio, Strabone, & eos inſequuto Hierony-
mo, tempore Seleuci Nicanoris, qui poſt Alexandrum Macedo-

nem, primus Syriæ atque Aſiæ imperauit, Babylon prorſus demolita diſpertit: vltra tercenteſimum annum à templi deſolatione, & vaſtata Hieruſalem. Cùm tamen longo poſt tempore, ſub Antiocho Epiphane ſeu Illuſtri, qui fuit ſeptimus à Seleuco Nicanore, & deinceps ſub Traiano poſt Chriſtum, ſtetiſſe monſtrauerimus: quinetiam in præſentia durari, ſi (vt eſt frequens ſcriptorum ſententia) vetus Babylon eſt noua Baldach.

Sanè Pauſanias in Atticis, Babylonem non omninò deletam à Seleuco fuiſſe, teſtatur. Scribit namq; in hunc modum. Seleucũ quidem iuſtitia & pietate reges omnes antecelluiſſe, facilè adducor. Quippe cum condita Seleucia ad Tigrim fluuium, in eam Babylonios inquilinos deduceret, neq; muros Babylonis demolitus eſt, neq; Beli templum euertit: & Chaldæis, vt proxima templo loca inhabitarent, permiſit. Sed & Theodoretus, in illud Ieremiæ quinquageſimo: Non ædificabitur vltra in ſæculum, & non habitabitur amplius in generationes, & generationes: Babylonem adhuc ſuo tempore ex parte perduraſſe, teſtatur. Inquit enim: Vtrũq; euenit, nam non eſt ædificata: ſed in hodiernum vsque diem caret muris, & vt plurimum manet inhabitata. Hoc enim ſibi vult: In generationes & generationes. Nunc itaq; pauci talem incolunt Iudæi. Hæc ille. Et in caput quinquageſimum primum affirmat: Babylonem paucas id temporis domos & diſſipatas habuiſſe. Hieronymus igitur, ex Babylone nihil præter muros ſua ætate fuiſſe reliqui, affirmat identidem. Theodoretus Hieronymi ſynchronus, Syrus, & Cyrenſis epiſcopus, Babylonem muris caruiſſe, &, quamuis diſſipatas ac paucas, domos tamen habuiſſe teſtatur.

* Ego ex teſtimoniis tam variis, tamque pugnantibus inter ſe, 51
certam ferre non auderem ſententiam. Id autem verius eſſe putarem: quæ de ſumma Babylonis ruina à Prophetis ſunt prænunciata, in vltionem vaſtitatis Iudææ, procul à deſolatione Hieruſalem, vti dictum eſt Habacuco, iuxta ſenſum hiſtoricum & literalem, iam omnino fuiſſe completa. Ita verò, vt non eodem tempore, neque à Cyro cuncta fuerint peracta: verùm per diuerſa interualla, variis vicibus, à multiſq; regibus, carptim ac particulatim omnino Babylone deſtructa, nunc hæc vaticinia ab hoc rege, illa ab illo conſummata ſint. Cyrus, dum Euphratem auertit, alueoq; eius exte-

extenuato & exhauſto, Babylonem intrat ac ſubigit, Ieremiæ vaticinium compleuit: Currens obuiam currenti veniet, & nuncius obuiam nuncianti; vt annunciet regi Babylonis, quia capta eſt ciuitas eius à ſummo vſque ad ſummum, & vada præoccupata ſunt, & paludes ſuccenſæ ſunt igni. Et illud: Deſertum faciã mare eius, & ſiccabo venam eius. Et illud apud Iſaiam: Qui dico profundo, Deſolare; & flumina tua arefaciam. Dum Rex autem Babylonis occiditur, & vrbs occupatur ab hoſtibus eadem nocte, licet non anni eiuſdem, qua protulerat Rex Balſaſar vaſa templi Hieroſolymitani, vt conuiuantibus propinaret (illam quippe noctem quotannis, teſte Xenephonte, conuiuiis & compotationibus celebrãdis, Babylonii conſueuerunt inſumere) tunc quidem eſt impletum oraculum, quo prædixerat Ieremias: In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant; dicit Dominus. Et illud apud Iſaiam, de eodem Babylonis tyranno: Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum, ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Et illud eiuſdem Prophetæ: Pone menſam, contemplare in ſpecula: comedentes & bibentes ſurgite Principes, arripite clypeum. Et quod idem ante paulò præmiſerat ſub ipſius Balſaſaris perſona: Tenebræ ſtupefecerunt me. Pro quibus eſt ad verbum Hebræis: Crepuſculum deſiderii mei poſuit mihi in terrorem. Id eſt, Noctem deliciarum mearum, iucundam ac deſideratam; Deus, vel hoſtis, mihi luctificam fecit.

Ier. 51. 31 Ier. 51. 36. Iſa. 44. 27. Iere. 51. 39. Iſa. 14. 11. Iſa. 21. 5. Iſa. 21. 4.

52 *Quod autem prædixerat Ieremias: Murus Babylonis ille latiſſimus, ſubfoſſione ſubfodietur, & portæ eius excelſæ igne comburentur, & labores populorum ad nihilum: id à Cyro factum, non legimus: imo legimus, à Cyro non factum. Sed tempore Darii Hyſtaſpis hoc vaticinium completum eſt. Darius enim, poſtquam Zopyri induſtria Babylonem rebellantem edomuit: ne rurſus auderet deficere, muros altiſſimos circumcidit, & portas amolitus eſt; quæ feruntur ex ære fuiſſe. Quorum neutrum (inquit Herodotus) Cyrus fecerat prius à ſe captæ. Babyloniorum quoque procerum tria millia Darius patibulis affixit: data cæteris venia vrbem incolendi. Iere. 51. 58.

53 * Illud porro ex eodem Propheta: Capta eſt Babylon, confuſus Iere. 50. 2.

Digitized by Google

eſt Bel, victus eſt Merodach: confuſa ſunt ſculptilia eius, ſuperata ſunt Idola eorum. Et illud quoque ex eodem: viſitabo ſuper Bel in Babylone: & eiiciã quod abſorbuerat de ore eius: & non con-
Ier. 51 44. fluent ad eũ vltra gentes. Et rurſus, paulo poſt hæc: Viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis. Hæc quidem tunc fuere completa, cum Xerxes vt diximus ex Arriano) omnia templa Babylonis euertit, & ante alia templum Beli præcipue: quoniam hunc præ cæteris diis, Babylonii religioſe coluerunt. Si non (vt teſtantur Pauſanias & Plinius) multis annis poſt Xerxem Beli, templum ſtetiſſe credamus.

Ergo, Babylonem fruſtatim, per diuerſa annorum ſpacia, à pluribus diſcerptam inuenimus: quando vero deſolata ſit, & à quo demolita euanuerit, non ſatis exploratum inuenio. At, ſiquidem in vaſtitatis Iudææ vltionem, prædixerunt Prophetæ, Babylonem fore vaſtandam: multo credibilius exiſtimo, iam diu penitus interiiſſe: huncque ſenſum eſſe noſtri Habacuc.

* Excipe literis viſionem, & in tabulis ſcriptoriis exara. Ne- 54
que enim futura eſt propediem: ſed longa poſt temporis interualla. Procul diſſita docebit te viſio, & de extremis temporibus annunciabit: nullatenus attamen mentietur, neque fallet annunciationem propheticam. Proinde, ſi differri videbitur: hortare, ne deſperetur euentus, ſed abſque hæſitatione expectetur. Neq; enim poſt prolixum ſpatium mandari executioni inchoabit: etiã ſi poſt moras longiores plenum effectum aſſequutura ſit.

* Leo Caſtro in tertium decimum Iſaiæ caput, in ea eſſe opinio- 55
ne videtur, vt Babylon prorſus deuaſtata non ſit: ſed ex parte in præſens perduret. Vnde Prophetarum oracula de omnimoda Babylonis ruina: quod in illa completa non fuerint: ad extremũ Orbis excidium referri oportere, decernit. Sed præſtat eius verba ſubſcribere. Quod vero Dominus ſubuerterit regnum Babylonicum, & in vaſtitatem redegerit, notiſſimum eſt. Nam & Theodoretus hunc locum interpretans dicit: ducenteſimo anno poſtquã hæc ſunt prænunciata, vaſtatum Babylonicum regnũ eſt: aut, vt ſupra diximus ex Euſebio, ducenteſimo quinquageſimoſexto. Nec dubitandum eſt, quin hęc animalia, quæ hic à Propheta deſcribuntur, hæc loca in vaſtitatem redacta frequentent. Sed neſcio

Digitized by Google

ſcio an ita vaſtata ſunt omnia, vt hic à Propheta deſcribuntur, & ita iis animalibus, quæ ſola loca tenent, & dęmonibus ſint infe-
56 ſta omnia: nam quædam loca non moror.*Vnde hic valere arbitror canonem illum Scripturę, quem præſcribit Auguſtinus, & docent veteres Patres: Vt quæ literaliter non videmus completa, intelligamus accipienda ſpiritualiter, & illum eumdem eſſe ſenſum literalem. Hinc enim promiſſa veteribus Patribus ſpiritualiter intelligimus, quod vaſtata loca Iudææ videmus, nec promiſſam felicitatē illā veteribus Patribus eſſe completā corporaliter. Quin ideo putant veteres Patres ſubuerſas vrbes Iudææ, ne hęremus in iis caducis, & illa magna promiſſa ad hæc caduca quiſquam referret, ſi vrbes Iudææ videret florentes. Acciſa ſunt omnia & protrita, vt aliò animos & mentes referremus. Nam Iudæi & Iudæizantes, etiam cum res Iudæorum tot calamitatibus ab initio gentis Iudaicæ conciſas & afflictas vident, & per mille quingentos annos iacere miſeras: adduci non poſſunt, quin omnia referant ad res terrenas, & Prophetas faciant mendaces. Ergo ſolet Deus facere, vt corporaliter videamus non completas prophetas, vt excitemus animos ad ſpiritualia, quod hic factum puto. Vt cum dictum videamus, Babylonem futuram ſicut Sodomam & Gomorham: intelligamus conflagrationem Orbis ſignificari, qui Babylon hic dicitur: nam Sodoma vltimæ con-
57 flagrationis etiam typus erat.*Et certe diuus Ioannes Apocalypſis decimooctauo: Vbi, ſi Græca Græcis conferas, pene hæc eadem Iſaiæ verba reperies: ſic videtur hunc locum interpretari, vbi ſcripſit: Cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ & horribilis. Et tota Apocalypſis diui Ioannis conſumationem mundi ſub nomine Babylonis deſcribit. Neque enim ſignificatur ibi à diuo Ioanne vaſtitas Babylonis, quæ octingenteſimo ante anno erat vaſtata. Hucuſque verba Leonis. Apo. 18. 2.
58 *Cum quibus ad amuſſim conueniunt, quæ nouiſſime hiſce diebus Luyſius Legionienſis ſcripſit· Affirmat enim, quæ Abdias de Edonis excidio prædixit, non ad propriam ſpectare Idumæam, ſed ad figuratam transferri: &, etiam iuxta hyſtoricum ſenſum, futuros Chriſti triumphos, victoriam bonorũ de malis, & mundi

P 2 con-

conſumationem deſcribere. Quoniam nunquam propria Idumæa à Iudæis, vt prædixit Abdias, neque fuerit à Babyloniis exciſa. Quippè ſtatuit Luyſius pro certo, in illis vaticinationibus, quæ ſimul rerum duarum futurarum prædictionem perſtringunt, quarum altera ſit typus alterius: quædam dici, quæ vtrique conueniant, alteri nimirum vt typo, vt ei alteri, quæ per typum exprimitur. Quædam dici de ſolo typo, non qua tamen typus eſt & figura. Quędam denique prænunciari perſæpe, in eam tantum rem conferenda, quæ per typum præfiguratur. Sed hæc quoque de illa re dici, non quatenus eam typus adumbrat: ſed vero per occaſionem, aut per digreſſionem propheticam: dum Vates ſimilitudine rerum ſibi propoſitarum admoniti, nunc in huius, nunc in alterius propria mentem & orationem conuertunt. Quæ quidem allegoria non rerum, ſed verborum vocanda eſt: quandoquidem non eam typus attingit, ſed rei nomen, quæ figura eſt in aliis, tum diuerſa quadam ratione, ad altiorem & poſteriorem rem metaphoricè ſignificandam translatum. Porrò id genus allegoriæ metaphoricæ hiſtoricum ſenſum non modo in Scriptura conſtituit: ſed & rhetoribus familiare eſt, & nationibus vniuerſis commune.

* Igitur ex ſententia Leonis, ſi quid ſupereſt ex Babylone, quæ de eius vaſtatione & excidio Prophetæ vaticinati ſunt, iuxta ſenſum hiſtoricum & literalem, ad Orbis conflagrationem ſpectant. At nimis allegorica hæc expoſitio mihi videtur, nimiſque ſera & prætarda, ſi, vt omnes prædixerunt Prophetæ, Babylon deueſtanda prædicitur in vltionem vaſtitatis Iudææ. Si non velimus, & hæc dicta fuiſſe per allegoriam. Ego igitur Babylonẽ, vt dixi, iam prorſus interiiſſe crediderim. Sed ſi etiam nunc ex parte duraret: quæ de eius deſolatione Prophetæ comminati ſunt, ad vrbem iuxta hiſtoricum ſenſum, non ad Orbem, pertinere putarem. Vt tamen per exaggerationem & hyperbolen fuiſſe dictũ exiſtimem: Non amplius habitandam ab vllo, ſed ferarum habitationi futuram, & futuram in paludes aquarum. Vt enim Prophetarum oracula ſint completa, ſatis eſſe videtur, imperiũ Babylonicum periiſſe, & ex vrbe omniũ, quas Sol aſpexit, maxima, reliquias ignobiles ſupereſſe Sed vero tempus iam eſt, vt quæ viderit Habacuc, quęque ſcribere iuſſus ſit, vlterius progredientes videamus. 59

Ecce

4 *Ecce qui incredulus eſt,non erit recta anima eius in ſemetipſo: iuſtus autem in fide ſua viuet.*

60 HINC incipit videre Habacuc, quem finem habitura ſit Regis Babylonis elatio,& eius immoderata felicitas. Docetq; Prophetam Deus, quod in tabulis exarare præceperat: Humanam proſperitatem,ſi Dei cognitione & obſequio ſuffulta atque munita non ſit,haud diu recte atque feliciter agere,haud longo tempore perdurare. Sed vero plerumque corruere dum viget atque in ſublimi eſt,& à malis ſuperuenientibus,& ærumnis ingruentibus intercidi: vel,vt etiam totum per æuum protracta & prolatata ſit: diro tamen exitu vitæ,& morte calamitoſa concludi.Cræſum porrò Lydum ſapienter Salaminius admonebat Solon, Omnis rei, quo euaſura ſit inſpicere exitum oportere. Neque enim eſſe beatiorem,qui diues & opulentus ſit,eo qui victum habet diurnum, ſi non ei bonis omnibus prædito,defungi benè vita contigerit.

61 * Ego quidem horum verborum,& catholicæ ſententiæ Habacuc,eamdem eſſe mentem exiſtimo,quam Pſalmo trigeſimoſexto copioſe & eleganter Dauid,iis nimirum verbis,explanat. Noli,inquit,ad æmulationem & indignationem, improborum proſperitate prouocari,neque inuidiæ zelo in eos commouearis.Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodũ olera herbarum citò decident.Spera in Domino,& fac bonitatem, & inhabitabis terram,& paſcêris, in diuitiis terræ. Quoniam qui malignantur,exterminabuntur: ſuſtinentes autem Dominum ipſi hęreditabunt terram. Et adhuc puſillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. Manſueti autem hæreditabunt terram,& delectabuntur in multitudine pacis. Id eſt, in copia bonorum omnium,quæ nomine Pacis ſignificantur Hæbreis. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iúſtos Dominus. Iniuſti punientur,& ſemen impiorum peribit: iuſti autem hæreditabunt terram,& inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam. Proprio,nempe,hæreditarioque iure: quieta atque læta conſcientia,eam poſſidentes & incolentes,& diutiſſime in ea

Pſa. 36.2.

62 cõmorantes.* Similiter igitur apud Habacuc, *Ecce qui incredulus eſt*, inquit Deus,Id eſt,Eccè quilibet infidelis,Dei luce, atque vera

diuinitatis cognitione deſtitutus, vera pietate atque religione priuatus, contumax denique & faſtuoſus (qualis eſt iſte Nabuchodonoſor, qualis & populus Chaldæorum, cuius tantopere, ô Habacuc, imperium & fortitudinem demiraris. Is, inquam, non diutino tempore elatione voluptaria perfruetur, non vitam ducet ſemper in bonis, neque iugiter eundem tenorem, ac rectitudinem

Iſa. 2. 11. proſperitatis, & ſeriem felicitatis tenebit. Oculi enim ſublimes hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum. Vt eſt

Iſa. 26. 5. apud Iſaiam. Et in alio loco apud eundem: Incuruabit Dominus habitantes in excelſo, ciuitatem ſublimen humiliabit: humiliabit eam vſque ad terram, detrahet eam vſque ad puluerem. * Incur- 63

Pſal. 56. 7. uari autem, &, non eſſe rectam animam, idem ſunt. Et Dauid: Incuruauerunt animam, meam: dixit, pro, Non ſunt paſſi, animam meam eſſe rectam, depreſſerunt vitam meam, & in plurimas calamitates proiecerunt animam meam, id eſt, vitam meam. Sic etiam & Habacuc: *Non erit recta anima eius in ſemetipſo*, poſuit, pro: Nō proſperabitur perpetuo vita eius, non ſemper ſecundis vtetur ſucceſſibus. Dirigi quippe, in diuina ſcriptura, proſperari eſt, & lætis

1. Mach. 3. 6. euentibus fortunari. Vt libro primo Machabeorum dicitur de Iuda: Directa eſt ſalus in manu eius. Et in Pſalmis: Vir linguoſus

Pſ. 139. 12. non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu. Quin etiam apud Horatium, Recte viuere, pro Iucunde & hilariter degere, & lætam ac tranquillam vitam agere, poſitum eſt, vbi ait:

Vis recte viuere? quis non?
Si virtus hoc vna poteſt dare, fortis omiſſis
Hoc age deliciis.

* Recte porro viuere, &, Rectam eſſe animam, idem ſunt. Animę quippe vocabulo apud ſcriptores diuinos, ſicut etiā frequenter apud Ethnicos, ſignificari Vitam, protritum ac peruulgatum eſt. Quod aperte Iuuenalis oſtendit, dicens: 64

Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere cauſas.

Idem Horatius ad Albinouanum ſcribens, elegantiſſimè expreſſit, quid ſit, & vnde fiat, Non recte viuere, Non animam eius eſſe rectam in ſemetipſo. Sic enim de ſeipſomet, refert:

Si

Si quæret quid agam, dic, multa & pulchra minantem,
Viuere nec rectè,nec ſuauiter,haud quia grando
Contuderit vites,oleamq́, momorderit æſtus,
Nec quia longinquis armentum ægrotet in aruis.
Sed quia mente minus validus quam corpore toto,
Nil audire velim,nil diſcere, quod leuet ægrum:
Fidis offendar medicis,iraſcar amicis,
Cur me funeſto properent arcere veterno,
Quæ nocuere ſequar,fugiam quæ profore credam.

Recte viuere (vt ego iudico) ſuauiter viuere interpretatur Horatius: idque ab animo, cui vndequaque cum virtute conueniat: nō ab egregia corporis habitudine,ſpecioſaq; forma,nō ab exterarū rerū opulentia ꝓficiſci,declarat. Cui illud Lucretianū cōſentit:

Nec facile eſt placidam ac pacatam degere vitam,
Qui violat factis communia fœdera pacis.

Refert nempe Lucretius magiſtri ſui placita. Etenim,(vt Cicero ſcribit libro tertio Tuſculanarum quæſtionum) negabat Epicurus, vt negat quoq; Habacuc, Iucunde poſſe viui, niſi cum virtute viuat.

65 * Cæterum pro, *Qui incredulus eſt*, Hebræa habent עֻפְּלָה, no-
men generale, ac ſi dicas, Tenebrio, vel Lucifuga: à verbo ſcilicet
עָפַל quod Obſcurari, aut Contenebrari ſignificat. Vt illud eſt te- Num. 14.
ſtimonio, quod vertit Vulgatus in Numeris: At illi contenebrati 44.
aſcenderunt in verticem montis. Et in Iſaia: Tenebræ & palpatio Iſa. 32. 14.
factæ ſunt ſuper ſpeluncas. Ergo quicunque, cum cognouiſſent Rom.1.21.
Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed
euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor
eorum: hoc verbo עָפְלָה comprehendi, ac proprie ſignificari, de-
cernerem. De quibus in alio loco ſcribit Apoſtolus: Tenebris ob- Eph.4.18.
ſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiā 1.Ioh. 2.9.
quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis eorū: qui deſperantes, ſe-
metipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ
omnis, in auaritiam. Auaritiæ porro & idololatriç ante alia, in ſe-
66 quentibus inſimulat Nabuchodonoſorē Deus. * Attamen, etſi ge-
nerale ac cōmune quodāmodo ſit vitiis omnibus Hebraicū voca-
bulum עָפְלָה: interpretes fere omnes, ſpecialiter interpretati, di-
uerſis ac ſingularibus vitiis coaptarunt. Pagninus ſuperbū expo-

nit, transfert enim : Ecce, viri ſuperbi non eſt recta anima in eo : iuſtus autem fide ſua viuet. Vatablus antitheſin hanc, in hunc modum & ſententiam concinnat : Qui animo recto non fuit, (ſuperbiuit, & exaltat ſeſe, vt pote Nabuchodonoſor, qui victoriis inſoleſcet, neque illarum gloriam aſcribet Deo : at iuſtus erit humilis, & non arrogans, & ita viuet, pereunte eo qui rectus animo non fuit. Omittit enim, iuxta Vatabli ſententiam, Propheta partem vnā antitheſis in priore particula, & alteram in poſteriore. In priore omiſit : Et non viuet. In poſteriore : Erit humilis, & non arrogans. Quod ſi integra eſſet contentio, ita diceretur : Qui incredulus eſt, non erit recta anima, ac proinde morietur : iuſtus autem erit anima recta, ac proinde ex fide ſua viuet. Hæc Vatablus.*At vero vul- 67
gatus interpres vocem Hebraicam עֻפְּלָה, peculiariter retulit ad incredulitatem : quoniam per antitheſin ſequeretur : *Iuſtus autem in fide ſua viuet.* Oppoſuit quippe incredulum fideli. Septuaginta vero ſeniores, pro eadem ipſa dictione, Refugam aut Deſertorem, interpretari mihi videntur. Etenim pro, *Qui incredulus eſt*, vertе-
Heb.10. runt : Si retraxerit ſe. Quod Paulus ſcribens Hebræis, in hunc ſen-
38. ſum videtur exponere. Si iuſtus ex fide, ſubtraxerit ſe à iuſtitia fidei, non placebit animæ meæ. Commutat etenim Paulus, Septuaginta ſeniorem ſententias, quodque illi verterunt : Si retraxerit ſe, non complacebit anima mea in eo : at iuſtus ex fide mea viuet. Paulus, conuerſis orationis periodis, ſic refert, vt eſt Græcis ad verbum : Iuſtus ex fide viuet, & ſi ſubtraxerit ſe, non bene gaudet anima mea in eo. Quaſi dicat Dominus ac Habacuc : Quicunque à vera iuſtitia (quæ non aliunde, quam à recta in Deum fide, atque vera pietate & charitate proficiſcitur) ſe ſubtraxerit, is ſane nō placebit animæ meæ. Vnde conſequens eſt, vt vita eius neque recta neque felix futura ſit, qui bonorum omnium, ac ſolidæ felicitatis & beatitudinis, infenſum habeat autorem. Solus namque ille beatam ex omni parte vitam deget, qui perfectæ fidei, ac legitimæ religioni, veram atque legitimam iuſtitiam coniunget.

*Quod autem Septuaginta ſeniores pro, *Anima eius*, dixerunt : 68
Anima mea, & pro. *Fide ſua*, poſuerunt : Fide mea, vnius literulæ permutatione factum eſt : legiſſe quippe videntur בְּנַפְשִׁי, atque אֱמוּנָתִי, vbi nunc in codicibus Hebreis legitur, בְּנַפְשׁוֹ atq; אֱמוּנָתוֹ.

Aut

Aut paraphraſtice tranſtulerunt, Anima mea, & fide mea: vt oſtenderent, unde anima retrahentis ſe à iuſtitia, futura eſſet non recta: nempe, quia anima Dei non ſibi complaceret in eo. Oſtenderent etiam, quę eſſet fides iuſti, in qua illum victurum aſſeueraret nimirum ipſiusmet loquentis Dei fides. Ne dubia ſententia verborũ: *Iuſtus in fide ſua viuet*: etiam idolorum cultores (quibus Septuaginta vertebant) ad ſuam vti poſſent ſuperſtitionem, ſi cum ipſa naturalem, imortalemque iuſtitiam (vt nonnulli philoſophorum facere videbantur) coniungerent.

69 * Vel dubia conſulto literula, ו, vtrumque Propheta complexus eſt: nempe Ex fide mea & ſua viuet. Vt nos contra Lutheranos doceret, Fidem, quæ Dei eſt, quoniam ab ipſo infunditur & ingeneratur, & quia ipſe eſt qui creditur & cui creditur & in quem creditur: tamen noſtram quoque eſſe, qui credimus: quippe actus fidei, ſpei, charitatis, & pœnitentiæ quibus Deus vtitur ad animum viuificandum, in nobis facimus, gratuito quamuis & ſuper naturali auxilio permoti. Vnde, vt Hieronymus colligit, & nos nobis cauſa ſumus noſtræ viuificationis, & Dei adiutores vocamur. Quãquam enim gratiæ cauſa non ſumus: ſumus tamen nobis ipſi cauſa, vt per gratiam diuinam viuamus. Sicut homo alteri homini non eſt cauſa animæ rationalis: ſed cauſa nihilominus eſt, vt per rationalem animam viuat. Præclare ergo dixit Propheta, atque ad philoſophiæ quoque rationem perapte: Iuſtus ex fide mea & ſua viuet. Idipſum de anima eius & anima mea iudicandum exiſtimo. Ancipiti literula Vatem hoc & illud ſignificaſſe: vt ſit Dei verborum ſententia. Non erit recta anima eius in ſemetipſo: quia non erit recta anima mea in illo: id eſt, quia anima mea non bene gaudebit in eo. Vt Paulus conuertit. De huiusmodi characterum Hebraicorum ambiguitate & dilogia, diximus affatim aliàs, nunc igitur quod inſtat agamus.

70 * Ego vero ſic exiſtimo: integrã antitheſin eſſe, & Hebraicũ verbũ עֻפְּלָה, id eſt, Tenebrio aut Lucifuga, ſiue mauis ex Hebręo, Tenebroſa (anima ſcilicet, de qua ſermo ſubiungitur) cuilibet peccatori ac ſceleſto, cõmuniter atq; promiſcue cõpetere, Iuſtoq; apud noſtrũ vatẽ opponi: &, Non eſſe rectã animã in eo, verbo Viuet contrauenire. Hebręi quippe verbo *Viuendi*, pro Saluũ ſanũ, & incolu-

columem eſſe, vti ſolent, & pro læta ac tranquilla viuendi ratione interdum accipiunt, in qua nihil deſideretur, quod ad bene beateque viuendum, ſit opus. Etenim vt Seneca dixit: Mortis habet vices, lente cum trahitur vita gemitibus. Celebraturque apud Græcos prouerbium: βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστι βίος. Id eſt, Vita vitæ indigens, non eſt vita. Et nuncius apud Sophoclem in Antigone, ſic ait:

Nam nulla cui mentem voluptas recreat,
Non viuere hercle exiſtimo, ſed mortuum
Viuentis illum ferre præ ſe imaginem.
Sis diues, ac ædeis ſuperbas occupes,
Viuas tyranni præditus potentia:
Niſi omnia hæc præſens voluptas condiat,
Ego omnia hæc ne vmbra quidem fumi emerim.

Euripides quoq; in Alceſte, ſic Herculem diſſerentem inducit:

Quoniam ſeneris & tetricis
Omnibus eſt, me iudice,
Vita re vera non vita, ſed calamitas.

Eleganter etiam poëta Bilbilitanus:

At noſtri bene computentur anni,
Et quantum tetrica tulêre febres,
Aut languor grauis, aut mali dolores,
A vita meliore ſeparentur:
Infantes ſumus, & ſenes videmur.
Ætatem Priamiq;, Neſtoriſq;,
Longam qui putat eſſe, Martiane,
Multum decipiturq;, falliturq;.
Non eſt viuere, ſed valere, vita.

*Similis, tempore imperatoris Adriani, vir celebris admodum 71
& illuſtris, cum præfecturam, quam inuitus acceperat, vacatione data depoſuiſſet, vix dimiſſus, in agro ſeptem annos, quod fuit illi reliquum vitæ, in ocio & quiete transegit. Moriens autem (vt narrat Dion Caſſius Nicæus) hæc ſepulchro iuſſit inſcribi: Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit: ſeptem tamen dumtaxat annis vixit. Neque abſimile eſt, quod de Vacia exclamare ſolebant, qui negotiis premerentur: O Vacia, ſolus ſcis viue-

viuere. Is vir prætorius atque prædiues,odio negotiorum,abdiderat ſe in villam ſuam,quam habebat non procul à Cumis. Eius tamen ignauum & ſine literis ocium damnans Seneca, negat, illum ſcire viuere,ſed latêre. Eoque nonnunquam villam præteriens,ioco dicere ſolebat: Hic ſitus eſt Vacia. Subindicans, nihil intereſſe inter mortuum & inerti ocio abditum. Cui illud aſtipulatur Iſocratis: Veræ voluptates non ex ignauo ocio,ſed vero è rectis actio-
72 nibus,& laborum tolerantia oriuntur.* Extatque in hanc eandem ſententiam apud Pontanum in Tumulis,Hyæ inertiſſimi hominis epitaphium:

Nunquam vixit Hyas,ſed Hyas hoc conditur antro.
Si vixit nunquam, mortuus eſt nec Hyas.

Panyaſis Halicarnaſſeus,Herodoti hiſtorici patruelis,omnino negabat,abſtemios vllo modo viuere,ſic dicēs,vt verbū verbo reddā:

Non enim viuere mihi videtur homo, neq; agere
Vitam hominum ærumnoſorum, quicunq; a vino.
Animum abſtinens,aliam ſtultus potionem hauſerit.
Vini enim non minor eſt quam ignis mortalibus vtilitas
Bona,malorum amuletum, omnis cantilena comes.

Manilius luculentiſſimo prooemio librum quartum Aſtronomicon inchoauit,his nempe verbis:

Quid tam ſollicitis vitam conſumimus annis?
Torquemurq; metu,cæcaq; cupidine rerum,
Æternisq; ſenes curis,dum quærimus æuum,
Perdimus, & nullo votorum fine beati
Victuros agimus ſemper, nec viuimus vnquam.

73 * Sic interdum etiam diuini ſcriptores,*Viuet*,dicunt, pro, Imminentem aliis mortem,aut miſerias & calamitates,effugiet. Cuiusmodi eſt illud: Cuſtodire leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis.Et illud quoque: Quicumq; manſerit in ciuitate hac,morietur gladio & fame,& peſte: qui autem profugerit ad Chaldæos,viuet,& erit anima eius ſoſpes & viuens.Interdū etiam, pro læte atq; ſecure vitā degere accipiunt,vt in Pſalmis: Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in cōſpectu meo ſemp. Inimici autē mei viuunt,& confirmati ſunt ſuper me. Et in alio loco: Viuet,& dabit ei de auro Arabiæ,& adorabūt de ipſo ſemp,to-

Leu. 18.5. Ier.38.2. Pſa.37.20. Pſal.71.15.

ta die benedicent ei. Catechiſmus Romanus exponens poſtremũ articulum Symboli Apoſtolorum, ſic ait. Admonendi ſunt fideles; his vocibus, vitam æternam, non magis perpetuitatem vitæ, cui etiam dæmones, ſceleratique homines addicti ſunt, quam in perpetuitate beatitudinem, quæ beatorum deſiderium expleat, ſigni-
Luc. 10. 25. ficari. Atque ita intelligebat Legiſperitus ille, qui à Domino Saluatore noſtro, quid ſibi faciendum eſſet, vt vitam æternam poſſideret, in Euangelio quæſiuit. Perinde ac ſi diceret: Quænam mihi præſtanda ſunt, vt ad eum locum, vbi perfecta felicitate frui liceat, perueniam? Catechiſmus hucusque.

*Sic igitur & apud Habacuc: *Iuſtus in fide ſua viuet*: poſitum eſt 74
pro, Ærumnas atque ſupplicia, improbis & iniuſtis impendentia, vitabit, & effugiet: quin etiam pacatiſſima animi ſecuritate gaudebit, & lætiſſima mentis tranquillitate perfruetur. Cum è contrario, Furiæ iniuſtorum mentes exagitent animusque culpa plenus, & ſemet timens. Nemo quippe nocens (vt dixit Lycurgus) ſine ſummo mœrore eſt: ſed multa ſimul eum perturbant. Quod adeſt, ſollicitudinis plenum: quod futurum eſt formidoloſum: lex paratum ſupplicium oſtentans: vitia ex vitiis coacta: occaſionem arguendi maleficii captans inimicus: quæ quotidie eius ani-
Leu. 26. 36. mum vehementer excruciant. Denique terrebit eum ſonitus folii
Sap. 17. 10. volantis, vt eſt in Leuitico. Etenim, vt dicitur in libro Sapientiæ: Timida res eſt malitia, proprio teſte condemnata conſcientiæ: ſemperque grauia & ſæua ſuſpicatur ac pertimeſcit, coarctata & compreſſa per conſcientiam, proprium, ſcilicet, promeritæ condemnationis teſtem. Neq; vlla lex alia citius aut certius in iniuſtos animaduertit, quam hęc, qua, ſe iudice, nemo nocens & iniuſtus abſoluitur, nec de ſeipſo ſuam poteſt vitare ſententiam: Vt dixit Satyricus. Multos fortuna liberat pœna (inquit Seneca, epiſtola nonageſima octaua) metu neminem. Quare? quia infixa nobis eius rei aduerſatio eſt; quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſtendit. Proprium autem eſt nocentium trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa ſcelera legem & iudicem effugiunt, & ſcripta ſupplicia: niſi illa naturalia & grauia de præſentibus ſoluerent, & in locum patientiæ timor cederet. Hæc Seneca.

Per

75 * Per verbũ igitur עַפְלָה, generaliter Iniuſtum quemlibet in-
telligo, qui (vt eſt apud Salomonem) dereliquerit iter rectum, & Prou.2.13.
ambulat per vias tenebroſas. Meritoque omnis peccator & iniu-
ſtus, tenebrionis nomine deſignatur, cum (iuxta Philoſophorum
placita) omnis peccans ſit ignorans, & tenebris atque caligine, ob-
ſcuratum habeat inſipens cor. Vt diuinus Paulus teſtatur. Quod
vel damnati ipſi fatentur in inferno, dicentes intra ſe, pœnitenti-
am agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Ergo errauimus à Sap. 5. 6.
via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ
non eſt ortus nobis. Quo autem pacto Tenebrio non erit, cui lu-
men iuſtitiæ non affulget? Diximus porro, dictionem עַפְלָה deri-
uari à verbo עָפַל, quod obſcurari & contenebrari ſignificat. Iniu-
ſtum vero quemlibet, incredulum quodammodo & ſuperbum
appelles, licet: nam & ſuperbia radix eſt cunctorum malorum: &
is qui lethaliter peccat, quamuis vera fide prædittus ſit, mortuam
tamen habet, ac inefficacem & languidam, ſiue, (vt Concilii Tri-
dentini verbis dicam) mortuam habet & ocioſam. Quocunque
igitur vocabulo vertas עַפְרָה, Iuſto opponitur, vt ego ſentio.

76 * *Iuſti* porro nomen (vt à Philoſophis, iuxta naturam tantum-
modo virtutes definientibus, vſurpati conſueuit) proprie circa
actiones & operationes verſatur. Iuſtitia quippe, vt Ariſtoteli pla-
cuit, habitus eſt, quo iuſta operamur & volumus: ſicut Fides cre-
dendi eſt habitus. Argumento igitur à coniugatis, Iuſtus iſto mo-
do proprie vocabitur, qui perpetua conſtantique voluntate, iuris
præcepta cuſtodit. Porro autem tria ſunt hæc: Honeſte viuere:
Alterum non lædere: Ius ſuum vnicuique tribuere. Eſtque Iuſti-
tia, conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens.
Ex quo generaliter, vt dixit Theognis:

Iuſtitia in ſe virtutem complectitur omnem.

77 * Quiſquis autem à iuſtitia deflexerit, & (vt dicam cum ſeptua-
ginta interpretibus) quicunque ſe à iuſtitia retraxerit: ſiue is fide-
lis ſiue infidelis ſit, non erit recta anima eius in eo: plurimas ęrum-
nas & calamitates incurret, meritam ſuis ſceleribus vltionem, me-
ritam mortem ad extremum ſubibit. At non mox (vt econtrario
dicendum videbatur) ſi quis iſto, quem diximus, philoſophorum
modo, integre etiam iuſtus eſſet, (quanquam eſſe integre, ne iſto

Digitized by Google

quidem modo, hoc naturæ corruptæ ſtatu quiſquam poſſe creditur, abſque gratia & iuſtitia Dei, in qua & viua continetur fides) ſed ſi etiam integre iuſtus iſto modo eſſet, non tamē confeſtim viuet, inquit Deus, neque ſecurum atque tranquillum æuum deget: ſed is tantum, qui operibus iuſtitiæ legitimam, hancque etiam viuam, Dei fidem copulabit. Quippe (vt Auguſtinus aiebat: & refertur in capite Omnes. 28. quæſt.1.) vbi deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis: falſa virtus eſt, etiā in optimis moribus. Is ergo ſolummodo viuet, qui fidem cum iuſtitia coniunxerit. Hunc, veluti corpus omnibus ſuis numeris abſolutum, ac contemperatū, & charitas informabit, & gratiæ diuinæ vita non deſtituet. Tantum abeſt, vt Habacuc ſoli fidei vitā attribuat: verū ſimul iuſtitiæ ac fidei. Fide, iuſtus Deū agnoſcit, & eis, quæ à Deo dicta ſunt, credit: mox per iuſtitiā cum Dei charitate coniunctā, perpetua &
Rom.13.7. conſtanti voluntate, & Deo & aliis ius ſuū vnicuiq; tribuit: cui tributum debet, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē:
Matt. 22. 21. cui honorem, honorē: reddit denique quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: quæ ſunt Dei, Deo.

* Ex fide viua & iuſtitia pariter coniugatis, iuſtitiā Dei conflati 78
& inſurgere, docet Paulus Habacuc teſtimonio ad Romanos ſcri-
Rom.1.16. bens in hunc modum: Non erubeſco euangeliū: virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti, Iudæo primū & Græco. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus autē ex fide viuet. Iuſtitiā quippe Dei, dixit Paulus, non humanā atque moralem, qualem cognouerunt Philoſophi: non legalem, de qua gloriabantur Iudæi: ſed qua homo apud Deū iuſtus efficitur, quæ non ſolum actiones moderetur, vt illa naturalis & humana: ſed ex recta in Deum fide, tamquam ex humanæ ſalutis initio, proficiſcatur: illi, vt fundamēto, innitatur: ex ipſa, veluti ex radice omnis iuſtificationis, alatur & creſcat, & quaſi ſuccum hauriat, ne laborū & ærumnarū æſtu areſcat atque deficiat. De hac Dei iuſtitia latiorem diſputationē inſtituit Paulus in eadem epiſtola, quam ad Romanos ſcripſit, capite decimo, hanc Dei iuſtitiā ab humana atque legali diſcernens. In primo autē capite eiuſdē epiſtolæ, cū hunc Va- 79
Rom.1.16. tis noſtri locum adduxit, dicens: Non erubeſco Euangeliū. Virtus enim Dei eſt in ſalutē omni credenti, Iudæo primū & Græco. Iuſtitia

tia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ,ſicut ſcriptum eſt:Iuſtus autem ex fide viuet: Quanquam Paulus dimidium antitheſis tantum protulerit,totam tamen integram apertiſſime voluit intelligi: totam ſiquidem & integram latius amplificando interpretatur.Demonſtrat quippe priorem antitheſis partem,cum mox cauſam reddendo ſubiungit: Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper Rom.1.18.
omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent. Narratque deinde Paulus crimina gentium,quæ nihil excuſationis habere oſtendit. Docet demum: Perfidos omnes ac ſceleratos,ſiue Iudæi illi,ſiue Gentiles ſint,non
80 recta anima,id eſt,vita,futuros.* Niſi enim primã antitheſis partem tractare Paulus intelligatur, cauſę quoque illa redditio: Reuelatur enim: quonam pacto antecedentibus & conſequentibus cohæreat,intelligi nequit. Et niſi ad priorem antitheſis Propheticæ partem referantur,non liquet,qua de cauſa tam multis crimina Gentium demonſtrentur,vſque ad illud ſecundi capitis: Qui red- Rom.2.6.
det vnicuique ſecundum opera eius: iis quidem, qui ſecundum patientiam boni operis,gloriam & honorem & incorruptionem quærunt,vitam æternam: iis autem,qui ſunt ex cõtentione, & qui non acquieſcunt veritati,credunt autẽ iniquitati,ira & indignatio. Quibus poſterioribus verbis Paulus Hebraicum verbũ עֻפְּלָה interpretari,mihi videť,eosq́; ſignificare,qui ſunt ex contentione,& qui nõ acquieſcunt veritati:credunt autẽ atq; adhęrent iniquitati.
81 * Verumenim verò, ita ſe habere vniuerſa quæ diximus, huncque eſſe germanum ac legitimum Prophetæ noſtri ſenſum & Hebraico vocabulo עֻפְּלָה improbum quemlibet & iniuſtũ generaliter ſignificari: econtrario autem, *Iuſti* nomine,bonorum operum ſectatorem intelligi: deniq;, in eo rectam non eſſe animam, qui anguſtiis & tribulationibus opprimatur: illum porro viuere,iuxta Habacuc, cui & gloria & honor & pax, id eſt, bonorum omnium copia contingat: apertius adhuc Paulus nos edocet, cum ea, quæ fuſius diſputarat,conſtringens,ſuperioribus quaſi in ſumma ſubnectit. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis ope- Rom.2.9.
rantis malum,Iudæo primum & Græco: gloria autem & honor &
82 pax omni operanti bonum,Iudæo primum & Gręco.* His namq; verbis (vt ego iudico) paraphraſticè diuinus Paulus,quam priore

 capi-

capite propoſuerat, Vatis noſtri ſententiam explanat. Quippe pro dictione עֻפְּלָה, dixit, Hominis operantis malum. Pro, *Non erit recta anima eius in ſemetipſo*: reddit Paulus, Tribulátio & anguſtia in omnem animam. Pro, *Iuſto*, vertit, Omni operanti bonum. Pro, *Viuet*, tranſtulit, Gloria autem & honor & pax. Eſt itaque Paulinæ paraphraſis ſeries ac ſenſus: Omnis homo qui operatus fuerit malum, vita eius variis tribulationibus & anguſtiis incuruabitur & opprimetur: Omnis vero qui operatus fuerit bonum, gloria & honore & pace refertam atque dulcoratam vitam deget. Repetit autem Apoſtolus paraphraſticè & integre, quam ſupra ſimpliciter ad verbum dimidiatam citauerat, ſententiam Habacuc: vt authoritate Prophetæ confirmet denuò, Deum pro ſua potentia & virtute, vnicuique ſecundum eius opera redditurum, proque meritorum menſura, tenebrionibus ac ſceleratis ſupplicia: ex aduerſo autem, iuſtis ac bonis præmia ſplendidiſſima repenſurum. Ita tamen, vt quæ temporaria Habacuc & terrena promittit, aut comminatur: hæc eadem perpetua & æterna Euangelium promittat,
aut comminetur. * In hanc quippe ſententiam affirmauerat Pau- 83
lus: Non eſſe cur erubeſceret Euangelium, cum & veteris & nouę legis idem munus, eademque mens ſit, Dei videlicet reuelare iuſtitiam: cumque fides nouæ legis & Euangelii, antiquæ legis ac fidei enodatio & enucleatio quædam ſit, & earum, quæ priſcis dictæ ſunt patribus, mirabilis quædam continuatio, ſeriesque rerum: vt alia ex aliis annexa, & omnes inter ſe aptæ, colligatæque videantur. Hoc eſt enim quod dixit Paulus: Iuſtitia Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. Id eſt, Sicut teſtamentum nouum iuſtitiam Dei generaliter reuelat, cunctiſque proponit nationibus: ita reuelauit & vetus. Scriptum eſt namque generaliter per Habacuc, cum etiam de Chaldæis ethnicis haberet ſermonem: Iuſtus autem ex fide viuet: iniuſtus porro quilibet ac ſceleratus (quod Paulus ſubintelligi voluit ab his, qui Prophetam non ignorabant Romanis) non vtiq; viuet, verum male peribit. Attamen lex vetus plerumq; terrenis ac temporariis ſuppliciis & præmiis, vel vitia & peccata coërcuit, vel virtutes remunerauit. Euangelium vero (inquit Paulus) protenſa maiorum ac veterum fide, Dei virtutem atq; potentiam, nude iam & aperte demonſtrat. Reuelatur enim in Euangelio ira

Dei,

Digitized by Google

Dei,nō iam plerumq; de terra,verum ſuperne de cœlo, ſuper omnem generaliter impietatem & iniuſtitiam quorumcunq; hominum,vt pronunciauerat Habacuc: ſed in diem iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei. Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: his quidem,qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt,non terræ bona,ſed vitam æternam: his autem qui ſunt ex contentione,& non acquieſcunt veritati,credunt autem& tradunt ſe iniquitati,reddet iram& indignationem æternā. Superius enim repetendum eſt adiectiuum nomē Æternam. Quam igitur teſtamentum vetus ac priſca fides, terrenis & temporalibus pœnis vel præmiis propoſitis, Dei iuſtitiā implicite & abſcondite ſignificauerat per terrenum Habacuc: hanc Euangelica fides patentius & expeditius,præmiis ac pœnis æternis

84 propoſitis,per Chriſtum cœleſtem manifeſte declarat.* Artificioſe igitur Paulus (quod etiam fecit alias) dum ſe veteribus conſona prædicare & annunciare proponit,cum Romanos attentos & beneuolos reddit,tum omnem nouitatis,ac falſæ perinde religionis, inuidiam & ſuſpicionem,à ſe procul propellit & amouet. Quippe his,quæ nuper ſunt facta,ſæpe (vt Cyrillus ſcribit) propter nouitatem contradicitur. Vnde Paulus, vt faceret fidem, totam de bonorum atque malorum retributione quæſtionem,ſuper verbis & ſententia Habacuc,illum interpretatus,conſtituit. Act.17.23. Act.24.15.

85 * Accedit teſtis & alter, non minoris autoritatis & fidei: Propheta videlicet Ezechiel,qui eodemmet ſpiritu, quo Paulus, hanc noſtram expoſitionem conſignet. Is capite decimo octauo,fideles Iſraëlitas affatur: & tamen inficiatur victurum ex eis, qui non iuſtus extiterit. Illum autem propriè & ſtrictè,Iuſtum eſſe & appellari, definit, non qui fide præditus ſit: ſed qui ſuum vnicuique reddiderit, & bonis operibus ſtuduerit. Et ne locum ambigendi relinqueret, opera ipſa ſigillatim enumerat: & eum, qui inſtructus his fuerit,in ipſa iuſtitia, q̄ fecerit, victurum, aſſeueranter teſtatur. Verum multo ſatius exiſtimo, vt ipſum Ezechielem audiamus. Vir (inquit) ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiam,in montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael,& vxorem proximi ſui non violauerit, & ad mulierē menſtruatā nō acceſſerit,& hominem non contriſtauerit, pignus Ezec.18.5.

debtori reddiderit, p vim nihil rapuerit, panē ſuū eſurienti dederit,& nudū operuerit veſtimento: ad vſuram non commodauerit. & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manū ſuā & iudiciū verū fecerit inter virū & virū: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatē: hic Iuſtus eſt, vita viuet, ait Dominus Deus. Quod ſi genuerit filiū latronē effundentem ſanguinem,& fecerit vnum de iſtis: & hæc quidē omnia non facientem, ſed in montibus comedentē, & vxorē proximi ſui polluentem: egenū & pauperem contriſtantem, rapientem rapinas, pignus non reddentē,& ad idola leuantē oculos ſuos, abominationem facientē: vſurā dantē, & amplius accipientē: nunquid viuet? Nō viuet: cū vniuerſa hęc deteſtanda fecerit, morte morieť, ſanguis eius in ipſo erit. Quod ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui, quæ fecit: timuerit,& nō fecerit ſimile eis: ſuper mōtes non comederit,& oculos ſuos nō leuauerit ad idola domus Iſrael,& vxorē proximi ſui non violauerit: & virū non contriſtauerit, pignus non retinuerit,& rapinam non rapuerit, panē ſuū eſurienti dederit,& nudū operuerit veſtimento: à pauperis iniuria auerterit manū ſuam, vſurā & ſuperabundantiā non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet. Pater eius qui calumniatus eſt, & vim fecit fratri,& malum operatus eſt in medio populi ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis, Quare non portabit filius iniquitatē patris? Videlicet, quia filius iudiciū & iuſtitiā operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit,& fecit illa, viuet vita. Anima quę peccauerit, ipſa morietur: filius non portabit iniquitatē patris, & pater non portabit iniquitatē filii: iuſtitia Iuſti ſuper eū erit,& impietas impii erit ſuper eum. Si autem impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea,& fecerit iudiciū & iuſtitiā: vita viuet, & nō morietur. Omnium iniquitatū eius, quas operatus eſt, non recordabor:
in iuſtitia ſua, q̄ operatus eſt, viuet. Hactenus Ezechiel. Qui quidē 86
cū fidelibus agens (alloquiť enim credentes Iudæos) negat ad vitā fidē illis prodeſſe, ſi non operū eidē iuſtitiam, id eſt, morū integritatem ac ſcelerum puritatem, aſciuerit. Econtrario vero Habacuc, quoniam de populo Chaldæorum, ethnico & infideli, diffe-

ferret: Iuſtum non aliter victurum affirmat, quam ſi naturali iuſtitiæ fidem efficacem coniunxerit. Hæc ſi iuſtitiæ copulata ſit, Iuſtus vtique in fide ſua viuet: vt ſi fidei coniungatur iuſtitia quoque, viuet fidelis. Eadem enim forma loquendi, qua dixit Habacuc יִחְיֶה בֶּאֱמוּנָתוֹ צַדִּיק; Id eſt, Iuſtus in fide ſua viuet: eadẽ dixit Ezechiel; אֲשֶׁר בְּצִדְקָתוֹ יִחְיֶה עָשָׂה; Id eſt, in iuſtitia ſua, q̃ fecit, viuet. Vnde nõ eſt cur hæretici, ex verbis & ſententia Habacuc fidei magis attribuãt q̃ ex eiſdẽ Ezechielis, vitã quoq; aſcribant iuſtitiæ. Cũ enim autoritatis æqualis, grauitatiſq; paris, vterq; ſit: vnaq; fides vtriq; debeatur: vtrumq; verũ dixiſſe, fateri neceſſario cõpellimur. Igit ex vtriuſque ſententiis, veram & perſpicuã eſſe cognoſcimus, Eccleſiæ perpetuam doctrinam: Tum fidem, tũ etiam iuſtitiam, eſſe pariter neceſſarias ad vitã. Impoſſibileque eſſe, abſque fide placere Deo. Et fidẽ, ſi non habeat opera, eſſe vitæ prorſus expertẽ. Conſtat etiam eſſe veriſſimum noſtrum huius loci commentum: Iuſtum ſcilicet vocari Habacuco eum, qui vniuerſa quæ agit, ad rationis normam direxerit, nihil præter rectum voluerit, nihil fecerit præter iuſtitiam. Hunc enim, Iuſtum definit Ezechiel, nulla fidei habita mentione: ſed multis recenſitis operibus, à quibus partim abſti- Hebr. 11. 6. Iaco. 2. 17.
87 neat, partim grauiter exerceat. Porrò cuncta, quę enumerat, opera, à iuſtitia proficiſcũtur. Nam & ea, quæ primo recenſuit, & ad fidem pertinere videntur: nempe, idolothytis non veſci (Hoc eſt enim, Non comedere in montibus) & oculos non leuare ad idola: hæc ipſa non à fidei virtute, ſed vero à religione generantur. Eſt quippe religionis officium, ad diuinum cultum inducere, & illum moderari ac dirigere: ne, cui non debetur, exhibitus, aut prauis circumſtantiis infectus, degeneret in ſuperſtitionem. Religionem porro non eſſe virtutem (vt vocant) theologicam, ſed moralem ac naturalem, iuſtitiæ nimirum annexam: cum omnes profitentur theologi, tum nonnulli philoſophorum Gentilium, apertis vocibus docuerunt. Cicero enim libro ſecundo de Inuentione ſic ait: Naturæ quidem ius eſt, quod nobis non opinio, ſed quædam innata vis afferat; vt religionẽ, pietatẽ, gratiã vindicationem, obſeruantiã, veritatem. Religionem eam q̃ in metu & ceremonia deorũ ſit, appellant. Hæc Cicero. Plotinus autem inter philoſophiæ profeſſores cũ Platone princeps (vt dixit Ma-

erobius (ſic libro de virtutibus inquit: Eſt politicæ iuſtitiæ, ſeruare vnicuique quod ſuum eſt. De iuſtitia veniunt innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. Hæc Plotinus. Quem D. Thomas exponit in ſecunda (vt citant) ſecundæ, octuageſima quæſtione. Moralis igitur virtus, naturalisque: religio eſt & à cultu arcere idolorum, ad iuſtitiam pertinet, non ad fidem.

* Hebræorum porrò permulti, cum Deum verum non ignorarent ipſumque colere profiterentur: falſos nihilominus deos, idolaque eorum, venerati ſunt, & (quod illis exprobrabat Elias) in duas partes claudicauerunt. Ididem Samaritis euenit: nam & Deum Iſraelis colebant, & deos Gentiũ pariter adorabant. His omnibus Ezechiel loco ſupradicto denunciat: nihil illis, ob defectum iuſtitiæ, Dei fidem profuturam ad vitam. 88

3. Reg. 18. 4. Reg. 17.

* Ergo inuſitatum non eſt, ex operibus à diuina Scriptura Iuſtum definiri & deſcribi. Et Apoſtolus Ioannes apertè in epiſtola prima pronunciat: Omnis qui facit iuſtitiam, Iuſtus eſt. Cum tamen de bonis operibus & de fratrum dilectione loquatur. Chriſtus demum Iuſtos appellat, quos inuenerit in extremo iudicio, bonis operibus ſtuduiſſe, & in pauperes, & in malis opreſſos, beneficos & benignos fuiſſe. 89

1. Ioann. 3. 7. Matt. 25. 37. 46.

* Quod ſi Fidei quoque Habacuc peculiariter vitam aſcriberet, non tamen confeſtim ex hoc iuſtitiam operationum excluderet. Cum phraſi Scripturarum vulgari, quod multis eſt commune virtutibus, vni ſæpe ſoleat attribui: ſed abſque excluſione aliarum. Quod doctiſſimus Genebrardus admonuit, exponens illud Pſalmi ſecundi: Cum exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Scribit autem in hunc modum: Notatum ſemel eſto. In hoc opere paſſim beatitudinem & cætera dona tribui Spei, quæ in Pauli epiſtolis Fidei, alibi Charitati aſſignentur. Nempe Dauid extollit Spem: quoniam ei res erat cum fidelibus, quibus iam Spes eſt maxime neceſſaria in his mũdi caſibus, ad acquirendam beatitudinem, & cæteras promiſſiones. Paulus Fidem vrget: quia verba faciebat apud infideles, vel etiam fideles recens conuerſos: qui erant alliciendi ad fidem, tanquam cæterarum diuinarum virtutum ianuam. Interim quoniam vtrique eadem attribuuntur, argumentum eſt, Fidem nudam neque beare, neque ſine Spe & 90

Cha-

Charitate,tanta bona ſibi applicare. Item Spem eſſe neceſſariam, quæ nec Fide nec Charitate orbetur.Deniq; tria hæc eſſe *συναίτια*. ac ad eumdem beatitudinis,iuſtitiæ,gratiæ effectum concurrere: verum nunc vnam,nunc alteram,vrgeri pro inſtituti ratione.

91 *Ergo vatis noſtri Habacuc,ex Paulo & Ezechiele, ex Ioanne, & ex ipſomet Chriſto,hanc eſſe ſententiam exiſtimo. Improbum quemlibet ac ſceleratum,nulla adhibita conditione, infidelis ſit, an fidelis, male proculdubio habiturum,mortemque miſeram obiturum.Iuſtum porro, qui naturæ atque legum ſanctiones & præcepta ſeruauerit, læte quidem ac iucunde victurum: ſi modo ad iuſtitiam & opera, viuam ac legitimam fidem Dei veri atque viuentis adiungat.*Fidei* enim atque *Iuſti* vocabula, cum per ſe abſolute ponantur,in potiori ſignificatu accipienda & intelligenda ſunt: Iuſtumque abſolutum & integrum, Fidem viuam & efficacem ſignificant. Etenim (vt dixit Iſocrates in Nicocle, ſiue Symmachico) cum de aliqua re iudicatur,non eius abuſus ſed verus & legitimus ſpectandus eſt vſus.

92 *Hac eadem dicendi figura vſus apud Marcum eſt Chriſtus,vbi ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Omnis qui non crediderit: ſiue Baptizatus fuerit,ſiue illotus: condemnabitur. At non mox vt videbatur in ferri) ſaluabitur quicumque crediderit: ſed qui viua crediderit fide,baptizatuſque inſuper fuerit. Marc. 16. 16.

93 *Hunc locum noſtri Habacuc hoc ſenſu intellixiſſe comperio Sixtum Papam: huius nominis tertium ſcriptorem multis nominibus ſanctitatis,dignitatis,antiquitatis, eximiæq; eruditionis venerandum.Is,dum in epiſtola De malis doctoribus & operibus fidei,hæreticorum expoſitionē deludit,ſic ait: Ex his igitur omnibus credo iam manifeſtum eſſe,his tantum profeſſionem fidei ad vitæ gloriam profuturam, qui eam habere ſe, bonorum operum exercitatione,& ſanctæ conuerſationis proteſtatione monſtrauerit. Illis vero non ſatis eius prærogatiuam collaturam, qui vitam ſuam probroſo delictorum inquinamento,& turpiſſimo flagitiorum cœno fœdauerint. Sed dices mihi: Si fides abſque iuſtitiæ operibus minus proderit, quomodo per Prophetam Dominus dicit: iuſtus autem meus ex fide viuit? Vnde intelligi datur, poſſe

credentibus vitam etiam ex ſolius fidei profeſſione præſtari. Præſtabitur ſane, ſed illis, quibus præſtari promittitur. Quibus itaque promittitur? Iuſtis, ni fallor. Iuſtus enim meus (inquit) ex fide viuit. Non dixit: Peccator in fide viuit, ſi in delictorum conuerſatione durauerit, aut ſi fidem habet, permanens in peccatis ſuis, ex fide viuit: & peccatorem, etiam ſi peccare non deſinat, ſola iuſtificat fides. Demonſtrare te par eſt. Ceterum, eius rei præmium, quod ſolis iuſtis promittitur: puto quod in ſua iniuſtitia perſeuerantibus denegetur. Memento de baptizatis, non de catechumenis, haberi ſermonem. Præſcius enim fuit Dominus, nouiſſimis temporibus tales fore doctores, qui ſub velamento fidei, omnem diſciplinæ rigorem atque iuſtitiæ, adulatoriæ niterentur perſuaſionis oblectatione deſtruere. Et idcirco huius ſententiæ definitionem, ac inexpugnabilem iuſtitiæ murum, ante conſtruxit: quem nequaquã peruerſæ doctrinę aries poſſit agitare. Hucuſque ſanctiſſimus
Sixtus. * Qui aperte pro comperto conſtituit: peculiariter & ſpe- 94
ciatim & proprie, ad actiones & operationes, *Iuſti* vocabulum pertinere. Alioquin tota eius argumentatio imbecillis eſſet profecto, eneruis, inefficax, & inualida.

* Nunc locum noſtri Habacuc, *Iuſtus autem in fide ſua viuet:* 95
ter Paulus Apoſtolus vſurpauit. Scilicet, ad Romanos ſcribens, & in epiſtola ad Galatas: & in illa quam ſcripſit Hebræis. In quibus omnibus locis, ſi altiori iudicio expendatur, aptiſſime hæc noſtra expoſitio, Paulinę ſententiæ cohæret. De epiſtola ad Romanos
Gal. 3. 11. iam diximus. Docet autem Galatas Paulus, non egere lege Moſayca ad iuſtificationem & vitam: idque comprobat autoritate Habacuc, indiſtinctè & generaliter affirmantis, Iuſtum abſque fide non viuere: cum fide verò & iuſtitia, etiam Babylonium victurum.
Hebr. 10. 38. Adhortat idẽ Hebræos, vt laborũ quos pro Chriſto exantlauerant, toleranter remunerationem expectent: credentes illum cito venturum, & præmia certaminum repenſurum. Nam abſque hac fide iuſtitiam nihil illis profuturam ad vitam. Docetque (vt hæc ipſa confirmet.) Quicunque ſanctitate claruerunt, & vitam apprehendiſſe creduntur: non operum tantum iuſtitia, ſed fide & operibus claruiſſe: & pręclara facinora, quæ patrarunt, fide ſtimulante patraſſe. * Quod autem videbatur quibuſdam, pronomen, Meus, ꝙ 96
in

in hac inuenitur epiſtola, hanc expoſitionem explodere: iam ex his quę ſuperius intulimus, lectorem animaduertiſſe putamus, à Latino interprete adiectum, in Græcis codicibus non haberi. Nec etiam ſi inteteſſet Archetypis, huic interpretationi iret obuiam: nam & Sixtus, cum illud legiſſet, in hanc tamen ſententiam expoſuit.

97 * Et quidem (vt attingamus ſcopum) dum docet & affirmat Deus, dumque dictat ſcribenda Habacuco: Tenebrionem & iniuſtum quemcunque, cui iuſtitiæ lux non affulſerit, non recta vita futurum, ſed vero ſolummodo Iuſtum, modo fidem habeat, victurũ: Prophetam intendit docere, Iniuſtum & tenebrionem Chaldęum, vel regem, vel populum, vel vtrumque, non gloria victoriarum diuturna, neque imperii dignitate fruiturum: ſed non longam poſt temporis moram, pariter impietatem in Deũm, & in homines inhumanitatẽ, ſupplicio debito luiturũ, regnoq;, & honore, & diuitiis, per tyrannidem & iniuriã corraſis, fœde & turpiter cariturũ. Hoc mox argumento à minori ad maius hiſce verbis cõfirmat,

5 *Et quomodo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur.*

98 PARAPHRASTA Magis Interpres, & videtur eſſe ſententia, his quæ proxime præceſſerunt, cohærens: Tenebrio quilibet & iniuſtus, haud vitam rectam traducet, haud animi tranquillitate perfruetur. At inſolens & ſuperbus, ante alios, non ſecus ac deluſus à vino, torquebitur miris modis, & concidet. Quaſi dicat Deus Habacuco: Eueniet Nabuchodonoſori ſuperbo, & amaro populo Chaldæorum, quod plerumque acratopotis ſolet: vt vini ſuauitate decepti, auariter ac faucibus plenis, ſe mero (vt Plautus dixit) ingurgitent, quo poſtmodum in temulentiam adacti, dum miris modis inſaniunt, fabula omnibus ac riſus fiant. Denudant quippe ſeſe, dehoneſtant, atque fœde conſpurcant: etenim quæ ſuauiter biberant, turpiter poſtmodũ cum acore, cumque crebris ſingultibus euomunt. Et, vt belle Lucretius deſcribit:

Cum vini vis penetrauit
Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor,
Conſequitur grauitas membrorum, præpediuntur

Crura vacillanti, tardeſcit lingua, madet mens,
Nant oculi, clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt.

Theognis, vetuſtiſſimus Græcorum poëta gnomicus, pluribus temulentiam exagitat, inter quę & hęc ſunt:

Immodico cuicumq; mero pręcordia feruent,
Haud linguam & mentem continet ille ſuam.
Turpia, quæ loquitur, recidunt ſine pondere verba,
Ebrius ac nullo cuncta pudore facit.
Et ſtupidi & pariter ſapientis pectora vinum,
Cum modus abfuerit, non grauia eſſe ſinit.
At mihi vina caput miſerum cum forte grauarint,
Nulla meæ mentis cura ſuperſtes erit.
Tum mecum nutant ædes vertigine mira,
Officium ſurgens ſæpe requiro pedum.
Obſeruo languens pectus, ne turpia lingua
Suppeditet, mihi quod mox graue crimen erit.

Prouc. 23. 29. *Hinc eſt, quod in Prouerbiis monemur: Cui vę? cui⁹ patri vę? cui rixę? cui foueę? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorũ? Nõne his qui cõmorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande: ſed in nouiſſimo mordębit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Chremes, ille Terentianus, ſcitè admodum ſe à vino deceptum conqueritur. At at (inquit) data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum, quod bibi. At dum accubabam, quam videbar mihi pulchre ſobrius? Poſtquam ſurrexit, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit. 99

*Ad hunc modum humana proſperitas, primo fallaci ſplendore, blandoque vultu, allicit. At poſtquam flatu ſecundo in altum quempiam inuexerit, pondere ſubſidit ſuo, & quem ſubleuarat, ſubmergit, aut ſpiritu vehementiore raptarum, ſaxis calamitatum allidit. Primo namque mundana felicitas, ęmulationem & riualitatem ingenerat: deinde parit inuidiam: poſtremo diſſenſiones & pręlia. Ex quo prope ſemper miſeria humanã proſperitatem ſubſequitur, & qui ſuperbus & arrogans, opibus atque dignitate clarebat, cum dedecore & ignominia, breui deiicitur ab vtroque, &, vt eſt in Mimis Publianis. 100

Cito

Citò ignominia ſit ſuperbi gloria.

Superbum ſequitur humilitas:inquit Salomon. Vel vt ſigni- Pro.29.23.
ficantius Hebræa: Superbia hominis humiliabit eum. Significat enim Salomon, Ipſammet ſuperbiam hominis, effectricem eſſe cauſam ruinæ,ſubſequentisq; deiectionis & humiliationis. Rarò quippè Fortunæ bona bonis,ſed malis viris plerumq;,iniuſtis atq; ſceleratis contingunt. Et veriſſimum eſt illud Theognidis: Parit profectò ſatietas iniuriam, quando improbum opes ſequutæ ſint

Hominem, & cui non mens ſana ſit.

101 * Nam,vt docet Stagirita,qui ſine virtute proſperitates Fortunæ habent,immeritò ſe dignos magnis honoribus æſtimant,neq; magnanimi rectè dicuntur: non enim ſunt hæc ſine cumulata virtute. Contemptores autem,petulantesq; fiunt: non eſt enim facilè,ſine virtute res moderatè ferre ſecundas. Atque cum æqualiter ferre non poſſint, putentque ſe cæteris antecellere, illos quidem deſpiciunt. Demoſthenes in oratione,pro ope Olynthiis ferenda, aduerſus Philippum Macedonem, hæc eadem, de eodem agens, edocuit. Inquit enim: At ille quidem,vt aiunt,valde eſt contumelioſus. Quod minimè mirandum videtur. Nam feliciter agere præter meritum, inſaniendi cauſam dementibus præbet. Quam obrem,partas opes tueri,quàm illas ab initio congerere,plerumque difficilius habetur.

102 * Hos ergò propter diuitias,& Fortunæ proſperitatem, elatos, hos ob gloriam contemptores & petulantes, *Superbi* vocabulo ſignificat Habacuc:quos (vt philopotis contingit á vino) ab ipſa elatione & ſuperbia deturpandos atque deturbandos denunciat. Dixit quippè: *Non decorabitur*: pro, Fœdè & turpiter nimis, de gradu & dignitate deiicietur. Litote nimirum figura,quæ fit,quãdo verborum vis rei magnitudini non reſpondet. Qua frequenter abuſus Homerus, non virtutibus appellandis, ſed vitiis detrahendis, laudare ampliter ſolet. Epicurus maximam voluptatem, detractionem,hac ipſa figura, priuationemque omnis doloris,definiit:vt à Gellio notatum eſt. Hac Salomon Dei deſertorem, & virum inſigniter malum, Virum inutilem appellauit: cum & ſibi perniciosum,& aliis,eſſe maximè,ſignificaret. Ait enim: Homo a- Prou.6.12.
poſtata (vel vt habent Hebræa,Homo Belial) vir inutilis.

* Hæc ipſa porrò ex Hebræo, ſic ad verbum poſſunt transferri: 103
Et etiam, quia vino præuaricans vir ſuperbus, & non pulchrè habitabit. Eſt enim verbum נָוָה naua, ſpecioſum eſſe & decorum. Eſt & forſitan quoquo modo habitare: ſed proprius ſignificat habitare decenter. Vt ſubindicat Auguſtinus Steuchus, in illud Iob capite octauo: Pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. Cuius loco interpretatur Targhum: Pacificabit pulchritudinem iuſtitiæ tuæ. Eſſet autem ſenſus verborum: Et ita erit, vt dixi (inquit Deus) Tenebrionem & iniuſtum quemcunque, haudquaquam rectè victurum: quoniam ſicut obrutus vino, mentis inops præuaricatur & titubat, tandemq; turpiſſimè concidit, ſic vir ſuperbus & arrogans, dementiet, efferetur, inſaniet, variis curis & infortuniis iactabitur, atque in terram ad extremum ruet. Hoc eſt enim, Non habitabit: aut proprius, Non pulchrè habitabit: quoniam morte vel exilio multatus, ex imperio, ex honore, ex diuitiis, deniq; propriis extrudetur ex ædibus. Vt ſit illud Michææ capite primo, quod ad verbum habent Hebraica: Tranſi vobis habitans pulchrè: nuda pudore. Id eſt, habens pudenda nudata: quod paraphraſticè conuertit Vulgatus, Confuſa ignominia.

Iob. 8. 6. — Mich. 1. 11. — Ier. 13. 22.

* Habent quidem Hebraica in hunc modum: וְלֹא יִנְוֶה אַף כִּי 104
הַיַּיִן בּוֹגֵד גֶּבֶר יָהִיר. Et quoniam particula אַף, ſubſequente particula כִּי, plerunq; ſignificat. Quanto magis, vt hoc loci vertit Pagninus, & Vulgatus interpres identidem: poteſt etiam ad verbū conuerti: Et quanto magis vino præuaricans vir ſuperbus non pulchrè habitabit. Vt, ו, vau ante לא lo, ſit ocioſum: vt frequenter in diuina Scriptura. Erit autem conuenientiſſima omnium cum iis, quæ præceſſerunt, ſententia. Peccator quilibet & tenebrio, nō rectè nec ſuauiter viuet, quanto magis vir ſuperbus & inſolens (qui, inſtar ebrii, præuaricatur & conturbat omnia, qui dilatauit quaſi Infernus animam ſuam, & perpetrat cætera quæ ſequuntur) non tranquillè viuet & pulchrè? nō iugiter proſperitate fruetur? Eſt ſimilis hæc forma dicendi ei, quæ habetur in Prouerbiis, cum ait: Si iuſtus in terra recipit, quāto magis impius & peccator? Eſt enim à minori argumentum, vt ſuperius annotatum eſt.

3. Reg. 8. 27. — Iob. 25. 6. — Pro. 11. 31. — Pro. 11. 31.

* Illud annotatione non indiget: particulam ſimilitudinis ſæpiſſimè ab Hebræis ſubiceri: idemq; eſſe, *Vino præuaricans*, quod, 105

Sicut

Sicut prçuaricans vino,ſicut ebrius ab officio deflectens,& vix vnquam rectum iter ingrediens: ſed in latus greſſus ſemper obliquans. Quo autem pacto Nabuchodonoſor,quaſi à vino, præuaricaretur,quo etiam decorandus non ſit, nec decorè ſit habitaturus,confeſtim Deus Habacuco in ſequentibus luculentè declarat. Addit enim.

5. *Qui dilatauit quaſi Infernus animam ſuam, & ipſe quaſi Mors,& non adimpletur: & congregauit ad ſe omnes gentes,& coaceruauit ad ſe omnes populos.*

106 Recte Timon,ille Miſanthropos,ambitionem & inſatiabilitatem,elementa malorum eſſe dixit.* Vt enim Ariſtoteles aſſerit, plæraque eorum, quæ iniuſtè homines faciunt, per auaritiam & ambitionem committunt. Nam cum ſemel hydropiſis hæc hominē impotenter inuaſerit, quos non, quæſo concitat tumultus? quas non excitat confuſiones & turbas? Nullius vitæ,nullius ſanguini parcit: dummodo rerum potiatur, anteſtet & imperitet omnibus. Omnium mortalium fortunas,vitasq; perdere,pro nihilo ducit: quin eo magis ſibi ipſi complacet, quo maiorem ſtragem ediderit.Quandoquidem hanc vnam penè viam, ad maximū imperium & gloriam, ſibi propoſuit cæca ac ſæua mortalium ambitio: ſi, mortis inſtar,innumeras cædes ediderit, ſi copioſiſſimos exercitus trucidauerit,multas ſi animas demiſerit Orco.*Hoc eſt

107 enim: *Qui dilatauit quaſi Infernus animam ſuam.* Mortis quippe natura inexplebilis eſt,nunquam finem occidendi faciens.Neque vlla etiam vnquam tanta fuit cadauerum copia,quam terræ ſinus, commune omniū ſepulchrum, non caperet. Dictio namq; שאול, pro qua *Infernus* vertit Vulgatus interpres, propriè dicitur ſignificare Sepulchrum. Idq; Iacob intellexiſſe,cum ait: Deſcendam ad filium meum lugens in Infernum.Id eſt,Nullam de rapto filio cōſolationem admittam:ſed dabo operam,vt ſordibus ac luctu confectus,finem viuendi faciam,ad ſepulchrumq; efferar,neq; amplius apud ſuperos ſim,cum ille apud ſuperos eſſe deſierit. Ac rurſus: Deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Id eſt, Me ſenem mœrore confectum,ſepulturæ dabitis.Conſpirauit in hanc ſentē-

Gen. 37. 35

Gen. 44. 29.

tiam, omnium fermè recentiorum caterua. * At mihi in diuina 108
Scriptura nullus ſubuenit hucusque locus, qui me adigat, vocabu-
lum שאול, ſepulchrum interpretari: cum plurima interdum oc-
currant loca, in quibus hæc ipſamet dictio, non de ſepultura aut
ſarcophago, ſed de ſubterraneo habitaculo mortuorum, commo-
dè intelligi atque exponi queat. In cuius confirmationem ac fidẽ,
Iob. 11. 8. vel vnus tantummodò liber Iob, affatim teſtimonia ſuppeditabit.
Illud enim: Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior infer-
no, & vnde cognoſces? quis amens de ſepulchro intelligeret? A-
pertiſſimè profectò (ni fallor) Inferni nomen eò loci, pro loco om-
nium profundiſſimo ponitur, ſicut cœlũ contra pro altiſſimo. Po-
nitur vtiq; pro centro terræ: eſt enim centrum in tota ſphæra re-
Iob. 17. 16. motiſſimum à circũferentia: remotiſſima porrò perſequitur Iob.
Et vbi idem in alio loco inquit: In profundiſſimum infernum de-
ſcendent omnia mea. Hebræi ipſi nomine Inferni, terræ centrum
ſignificari decernunt. Et vbi in alio rurſum loco ait: Nudus eſt in-
Iob. 26. 6. fernus coram illo, & nullum eſt operimentũ perditioni. * Caligi- 109
noſum & opaciſſimum tartarum, & occultiſſimum mortuorum
ſtatum, Dei oculis patere ſignificat. Ergò, ſicut Latinis Orcus, in-
terdum inferorum locum, interdum autem Plutonem, inferorũ
ethnicis deum, pro ſententiæ conuenientia, demonſtrat, ſic ego a-
pud Scriptores diuinos, Inferni nomen nonnunquam, mortuorũ
ſubterraneum locum, quo non improbi ſolùm, ſed & pii, diſcretis
tamen ſedibus, tenebantur, ſignificare non ambigo. Et pro Mor-
te, defunctorum regina, in hoc loco, & in aliis quamplurimis, v-
ſurpari à Scriptura decerno. Nam Pluto (quo Ethnici vocabulo
notabant Mortem, ob id quod diues eſſet mortuorum: vt Lucia-
nus ſcribit) Infernus Iupiter appellatus eſt. Et frequentiſſima In-
ferni atq; Mortis coniugatio in diuinis literis, hoc ipſum ſatis mi-
Pro. 15. 11. hi perſuadet, coniugantur enim ſæpiſſimè. In Prouerbiis quidem
ſic: Infernus & Perditio corã Domino, quando magis corda filio-
Pro. 27. 20 rum hominum? Et in alio loco, quẽ tranſtuliſſe videtur Habacuc:
Infernus & perditio nunq̃ implentur. Et quoniã duobus vocabu-
Pro. 30. 15. lis æquipollentibus eandem rem ſignificat Salomon, poſtmodum
non quatuor eſſe dixit inſaturabilia, ſed tria tãtum: Infernũ nẽpè,
& os vuluæ, atq; terrã, quæ non ſatiatur aqua. Perditionis verò, vel
Mortis,

Digitized by Google

Mortis, nullam intulit mentionem: quoniam idem ſit cum infer-
no,eiuſq; nomine continetur. Iſaias quoq;, quamuis permutatis Iſa. 28. 15.
nominibus, copulauit,dicens: Percuſſimus fœdus cum morte, &
cum inferno fecimus pactum. Et alibi: Quia non infernus confi- Iſa. 38. 18.
tebitur tibi,neq; mors laudabit te. Coniunxit hæc eadem Dauid: Pſal.17. 6.
Dolores(ſeu funes)inferni circumdederunt me,præuenerunt me
laquei mortis: Id eſt, Mors inferorum tyrannus, ſuis me funibus
atq; laqueis obſtrinxerat, id eſt, certis periculis circumdederat,vt
110 me ſuam in habitationẽ pertraheret. *Et Pſalmo octuageſimo Pſal. 88.
octauo. Quis eſt homo,qui viuet & non videbit mortem? eruet 49.
animã ſuam de manu inferi? Sepultura ſanè multi caruerunt,neq;
intra viſcera conditi ſunt. Columnæ olim & obeliſci nobilioribus
pro ſepulcris erigebantur: quo eorum faſtigium cæteris eminen-
tius ſignificaretur. Taxali, Brachmanæ, & Iberi, vulturibus de-
functa corpora obieciſſe feruntur. Barchæis, agnatos morbo ex-
tinctos: veluti ignauos atque degeneres, igni tradere: in bello
autem abſumptos, tanquam fortes & ſtrenuos, obiicere etiam
vulturibus, mos fuit. Hyrcanis pro ſepulchro canes fuêre, quos
ſepulchrales appellant. Fuerunt denique nationes quamplurimæ
quæ defuncta corpora non humarent,quas Alexander ab Alexan-
dro libro tertio Genialium dierum recenſet. Multi igitur de ſe-
pulchro animam ſuam, quin & corpus ſuum, eruerunt: at nullus
de manu inferi, id eſt, mortis,vitam ſuam liberauit. Oſeas demũ Oſe.13.14.
apertiſſimè(vt mihi videtur) Mortem ipſam infernum vocauit,
cum ait: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos:
ero mors tua ò mors, morſus tuus ero Inferne. Huiuſmodi nam-
que repetitiones in diuina Scriptura, rem eandem inculcare con-
ſueuerunt: Morſq;(vt diximus) Ethnicis olim infernus Iupiter
dicebatur, & Claudianus, Inferni raptoris equos, dixit. Vergilius
autem:

Vnum oro, quando hic inferni ianua regis
Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo.

Seneca ſimiliter in Hippolyto, infernum tyrannum ſcripſit,
dicens:

Pallas Actæa veneranda genti,
Quod tuus cœlum ſuperoſq; Theſeus

Digitized by Google

Spectat, & fugit Stygias paludes,
Caſta nil debis patruo rapaci:
Conſtat Inferno numerus tyranno.

*Vocatur autem Pluto, id eſt, Infernus aut Mors, rapax & aua- 111
rus quia *Non adimpletur, & congregat ad ſe omnes gentes, & coacer-
nat ad ſe omnes populos,* vt inquit Deus apud Habacuc. Vnde etiam
Græcis, & Ageſilaus & Lagetas dictus eſt: ꝙ omnes agat populos.
Et Feſtus Pompeius, Mortem Orcũ ab vrgendo dici voluit: quod
omnia præcipitet in interitum. Olim quippe Vrgus vocatus eſt,
vt Verrius atq; Paulus teſtantur: Sonũ autem literæ, V, frequen-
ter efferebant per, O, &, C, pro, G, ſæpiſſimè veteres vſurpabant.
Vt ergo fecerunt & Ethnici, ſic etiam diuini Scriptores Mortem,
per proſopopœiam, Reginam eſſe nonnunquam, Tyrannum ali-
quando, confingunt, ſubterranea atq; caliginoſa telluris loca in-
habitantem, omniaq; tyrannicè ad ſe, & auariſſimè rapientem.
Huiuſmodi eſt illud: Regnauit Mors ab Adam vſq; ad Moyſen.
Rom.5.14. Et illud: Vnius delicto Mors regnauit per vnum. Et illud quoque:
Rom.5.17. Mors illi vltra non dominabitur. Sed & illud: Nouiſſima autem
Rom. 6.9. inimica doſtruetur Mors. Cui ſimile eſt illud apud Iſaiam: Præci-
1.Cor.15. 26. pitabit mortẽ in ſempiternum. Neq; abſimile eſt illud: Percuſſi-
Iſa.25.8. mus fœdus cum Morte, & cum Inferno fecimus pactum. Ioannes
Iſa.28.15. in Apocalypſi, Mortem equo inſidentem pallido, hancq; ponè
Apoc.6.8. Infernum inſequentem vidit: quaſi infernos Iunonem ac Iouem.
Adde, ꝙ in libro Sapientiæ, Inferni regiam, id eſt, Mortis pala-
tium, inuenimus. Vbi enim habet Vulgata editio: Quoniam De-
us Mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit
Sap.1.14. enim, vt eſſent, omnia: & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum:
& non eſt in illis medicamentum exterminii, nec Inferorum re-
gnum in terra. Græcis eſt: Creauit enim, vt eſſent, omnia: & ſalu-
tares generationes mundi, & non eſt in illis medicamentũ perdi-
tionis, neq; Orci (vel, Inferni) regia ſuper terram. Eſt enim: Οὐδὲ
ᾅδου βασίλειον ἐπὶ γῆς. De hac Orci regia eſt illud Horatii:

Nulla certior tamen
Rapacis Orci fine deſtinata
Aula diuitem manet.

*Ergo Mortem & Infernum, aut Inferum, cum in præſens 112
apud

apud noſtrum Vatem, tum in multis aliis Scripturæ diuinæ locis, idem ſignificare, non ambigo. Vt in Eccleſiaſtico manifeſtè, Eccl. 28.
vbi dicitur de lingua praua & maledica: Vtilis potius Infernus q̃ 28.
illa. Et in Cantico Canticorum: Fortis eſt vt Mors dilectio, dura Cant. 8. 6.
ſicut Infernus æmulatio. Et apud Iſaiam, cum inquit: Propterea Iſa. 5. 14.
dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum absque vllo termino. Quem Habacuc imitari, quin & interpretari, videtur, cum ait: *Quin dilatauit quaſi Infernus animam ſuam, & ipſe quaſi Mors, & non adimpletur: & congregauit ad ſe omnes gentes, & coaceruauit ad ſe omnes populos.* Conſueta repetitione ſe & Iſaiam explicans Habacuc, & quid nomine Inferni intellexerint, Mortis
113 confeſtim appoſitione declarans. * Denique, vbi de Eccleſia dicitur in Euangelio: Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Matth. 16. 18.
Euſebius Pamphili, Cæſarienſis epiſcopus, libro primo de Præparatione Euangelica, capite tertio, Inferi nomine Mortem ſignificari interpretatur, ſic inquiens: Certum eſt igitur, Saluatorē noſtrum prædixiſſe, Doctrinam ſuam in teſtimonium omnium gentium, per vniuerſum terrarū orbem prædicatū iri, & Eccleſiam, q̃ poſtea virtute ſua conſtituta eſt, inuictam atq; inexpugnabilem fore: nec vnquam futurum, vt à Morte ſuperaretur: ſed firmā fore ſemper atque immobilem, tanquam in lapide ſtabilitam atque fundatam. Paucisq; interiectis, adiungit: Eccleſia etiam hoc nomine ab ipſo donata, radices egit, ac vsque ad aſtra ſanctorum virorum orationibus glorificata, luce ac fulgore orthodoxæ fidei ſplendet, neque hoſtibus terga dat, neq; ipſis ianuis Mortis cedit, propter pauca verba quæ ille protulit: Super lapidem ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam. Hactenus Euſebius. Neque aliud doctiſſimus & elegantiſſimus Leo Papa ſignificaſſe, mihi videtur, cum Homilia de Transfiguratione Domini, confeſſionem Petri pertractans, ſic ait: Tantumq; in hac fidei ſublimitate complacuit, vt beatitudinis felicitate donatus, ſacram inuiolabilis petrę acciperet firmitatem, ſuper quam fundata Eccleſia portis Inferi, & Mortis legibus præualeret. Qua quidem appoſitione declarat, nihil aliud Portas Inferi q̃ Mortis neceſſitatē & machinamēta vocari. Eſt autē Græcis apud Matthæum, p̱ Inferi, ᾅδου, id eſt, Orci. Ergò ꝙ dixit rex Ezechias:

Iſa.38.10. * In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Hunc ſen- 114
ſum habere videtur; Immatura morte præreptus, Orci ianuas in-
1.Reg.2,6. grediar, id eſt, Mortis palatium inuiſam. Et quod Anna Samuelis
Sap.16.13. mater occinuit: Dominus mortificat & viuificat: deducit ad infe-
ros & reducit: Sapientię liber in hunc modum repetiit. Tu es .n.
Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem. & deducis ad por-
tas Mortis, & reducis. Quē ergo Anna in ſingulari vocauit שְׁאוֹל,
pro quo Septuaginta verterunt ᾅδην id eſt Orcum, & Vulgatus in-
terpres tranſtulit Inferos: Sapientiæ liber Mortem eſſe declārat,
cum ait: Deducis ad portas Mortis, & reducis. Portarum porrò
Iob.38.17. Mortis meminit Iob, dicens: Numquid apertæ ſunt tibi portæ
Mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti? Sicut videt, ſcilicet, Deus? Nu-
dus eſt enim Infernus coram illo, & nullum eſt operimentū Per-
ditioni. Meminit quoque earum Pſalmographus, dicens: Qui ex-
Iob.26.6. altas me de portis mortis. Et in alio loco: Appropinquauerunt vſ-
Pſal.9.15. que ad portas mortis. In quibus omnibus locis Portas Mortis, eaſ-
Pſal.106.18. dem eſſe cum Portis Inferi, mihi perſuadeo: haſque & illas Tar-
taream plagam, teterrimum nempe mortis palatium, Orcique
tenebricam regiam, ſynecdochicè ſignificare, non dubito. Neq;
enim ambigo quin Mors ſit

Infernus, inſaturabiliter caua guttura pandens.

* Neque ſolum Scriptores diuini, ſed profani quoq; pœnę, In- 115
ferni portarum intulere mentionem. Nam (vt loca Maronis o-
mittam) Theocritus in Pharmaceutria, Simætham (cuius ante-
meminimus) de Delphide ſic loquentem inducit: Si autem me
magis offenderit, Inferni portas per Parcas pulſabit. Hippolytus
apud Euripidem, ſic patrem moribundus alloquitur:

Perii, & iam Inferorum video portas.

Et Chorus in Alceſti ſic inquit:

Solus verò ſi lumine in hoc eſſet
Oculis cernens
Phœbi filius relinquens
Veniſſet ſedes tenebricoſas,
Infernique portas.

Achilles apud Homerum, nono Iliadis, ſic Vliſſem affatur: Haud ſecus atque Orci portas, hominem execror illum, Quis-
quis

quis corde aliud celans, aliud ſonat ore. Vel, vt habet Homerus ad verbum, quod Iuſtinopolitanus vertebat: Inimicus enim mihi ille ſimiliter Inferni portis, Qui aliud quidem occultat in mentibus, aliud autem dicit. Quę Didymus, ſcholiaſtes Homeri, non pluribus quam his verbis enarrat, τοῦ θανάτου, περιφραστικῶς. Id eſt, Morti, per periphraſin. Et ſignificat (vt ego puto) idem eſſe apud Homerum, Execrari portas Inferni, quod odiſſe Orci regiam adire, & palatium Mortis intrare, deniq; Mortem ipſam odiſſe. Hæc ipſamet Achillis verba, fraudulenter iactat Vlyſſes, Odyſſeæ libro decimoquarto. Veruntamen de portis Inferni dicemus iterum aliàs, nunc ad vlteriora pergamus.

116 * *Anima* in hoc loco Habacuc, deſiderium & appetentiam ſignificat. Vt in libro quoque Numerorum, vbi dicitur: Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. Et in Prouerbiis: Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim vt eſurientem impleat animam. Apud Iſaiam quoque, quod paulò ante retulimus: Dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino. Aut animæ fortaſſe vocabulo. Animoſitatẽ ſignificat Habacuc, ſignificat etiam & Iſaias. Quam Speuſippus definit, Impetum eſſe violentum partis animæ irrationalis, abſque ordine mentis & ratione. Neque malè idipſum Dauid putabitur ſignificaſſe, cum ait: Ne tradas me in animam hoſtium meorum. Nam ſic habent ad verbum Hebraica. Ergo, vt neque Mors hominum ſtrage adimpletur, neque Infernus internecione ſatiatur: ita tyrannus Nabuchodonoſor nullum expugnandis capiendiſque gentibus finem facere cogitat. *Et congregauit ad ſe omnes gentes, & coacervauit ad ſe omnes populos.* Congeries verborum, *Congregauit*, & *Coaceruauit*, effrenatã dominandi appetentiam demonſtrat. Sunt autem iu Hebræo futuri temporis Congregabit & Coaceruabit vel Coadunabit.

Nu. 11. 6. Pro. 6. 30. Iſa. 5. 14. Pſal. 26. 12.

117 * Porrò verò non diuturna, nedum perpetua, fuit huius tyranni immoderata fœlicitas, non diuturna decoratus eſt gloria: qui gloriæ ſuauitate deceptus, tam intemperanter & auidè, ſe rapinis ac cædibus ingurgitauerat. Namque (vt legimus apud Danielem) regno exutus Nabuchodonoſor, humanum ingenium in ferinum mutauit, & cum belluis per ſeptem errauit annos, & fœnum comedit

Dan. 4.

medit vt bos,& rore cœli corpus eius infectum eſt, donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarũ excreſcerent, & vngues eius quaſi auium. Et quamquam ſibi poſthæc, regnoq; ſuo redditus, ſeipſum impietatis & ſtultitię accuſauit, & maximo atq; vnico Hebræorũ Deo virtutem omnem, ſapientiam & poteſtatem, omnem deniq; laudem conceſſit: nihilominus cœptum in ſe tyrannidis & impietatis ſupplicium, plenè in poſteritate perſoluit. Nam in Balſaſare, Nabuchodonoſoris nepote, regiæ ſtirpis atque familiæ, & regni
Babylonici, finis fuit. * Protritum eſt autem atq; vulgare, minas 118
in diuina Scriptura, atq; peccatorum ſupplicia, nonnunq̃ parentibus & maioribus intentari, quę poſtmodum nõ ipſis in ſe, verùm filiis ſiue nepotibus, deniq; poſteris, inferuntur. Nam & Samuel
1. Reg. 15. 26. dixit Sauli: Quia proiecisti ſermonem Domini, proiecit te Dominus, ne ſis rex ſuper Iſrael. Et tamen non Saul quamdiu vixit, ſed eius ſucceſſores ac poſteri, regno Iſraelitico priuati ſunt. Quin & Solon, parentum peccata Deum in poſteris vlciſci, peruidit: etenim in Elegiis ſic canit:

Cæterum non ſemper latet in perpetuum, quicumque ſceleroſum
Pectus habet, ſed omninò tandem arguitur.
Verùm hic quidem ſtatim pœnas dat, ille in poſterum. Et ſi effugiſſe
Videantur aliqui, neq; fatum ipſos deorum inuaſerit:
Omninò tandem venit, atque immeriti facinora luunt
Liberi primorum, aut horum in poſterum.

Hæc ad verbum ex Solonis Gręcis elegiis. Quibus conſonat Solonis ſynchronos Theognis, ſic dicens:

Fœnus ſæpè luit viuus, ſoluitq́; ſuperſtes:
Poſteritas pœnas ſæpè dat ipſa graues.

* Ergo Balſaſar, nepos Nabuchodonoſoris ex Amilino Euil- 119
merodacho (vt ſcribit Metaſthenes, & conſtat ex Ieremia) non ſolum ob imitatam aui ſui tyrannidem, & vaſorum ſacrorũ prophanationem, quæ ex templo Ieroſolymitano eius auus abſtulerat, ſed etiam ob aui ipſius ſcelera, regno & vita ſpoliatus interiit ea nocte (quamuis non anni eiuſdem) qua ſacra prophanauerat vaſa & qua myſticam in pariete ſcripturam tanto terrore conſpicatus eſt. Sic etiam propter Salomonis peccata, ſciſſum eſt regnum Iſrael, tempore filii eius Roboam. Sed ad vlteriora tranſeamus.

6. Num-

6. *Numquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum eius?*

120 HINC incipit oſtendere Deus, qualiter quicumque tenebrio, &, præ cęteris, ſuperbus & auidus, non recta vita futurus ſit, neque ſit habitaturus decenter. Sed, ceu ebrius, illudetur & concidet, qui, ceu mero ſolent vinoſi, ſic ſe honoribus atq; diuitiis ingurgitet? quiq;, quaſi inſaturabilis Mors, cunctos ad ſe populos trahat. Nam prędicit Deus Habacuco, & in tabulis ſcribere pręcipit: Fore, vt Gentes illæ vniuerſæ, quas Rex Babylonis ad ſe bellis, & tyrannica vi, congregauerat, & in ſuum regnũ congeſſerat, vbi diuina vlciſcente vindicta, eò miſeriarum & infelicitatis, tantum ſuperbiæ & opulentiæ decidiſſe conſpexerint, multis variiſq; modis ei præteritam proſperitatem obiiciant, multis eum dicteriis exagitent, multis ſcommatibus impetant: multas ac morales ſententias, ex eius proceſſu & euentu, ad benè viuendi rationem, & morum informationem, componant.

121 * Cæterum pro dictione *Parabola*, in Hebræo eſt dictio מָשָׁל, id eſt, Comparatio, vel Aſſimilatio. Nam deducitur à verbo מָשַׁל quod quidem Comparare ſignificat. Vt in libro Iob: Non eſt ſuper terram poteſtas, quę comparetur ei. Et in Pſalmis: Comparatus eſt iumentis. Idipſum eſt Græcis Parabola: à verbo παραβάλλω, id eſt, Comparo vel Aſſimilo. Iob.41.24. Pſa.48.13.

^ Pro *Aenigmatum*, Hebræi habent חִידוֹת. Quæ vox propriè Obſcuram allegoriam, & obſtruſam propoſitionem ſignificat: ſicut Græci Ænigma & Problema. Et pro hac eadẽmet voce, Pſalmo quadrageſimo octauo, Vulgatus Propoſitionẽ conuertit. Inclinabo in parabolam aurem meam, apetiam in Pſalterio propoſitionẽ meam. Eſt namq; Hebręis חִידָתִי: Græcis eſt autẽ πρόβλημά; ſicut & in noſtro Habacuc. Nec Propoſitionis vocabulum, veri enunciationẽ vel falſi, vt apud Dialecticos ſolet, eo loci apud Pſalmiſtã ſignificat diſquiſitionem; qualis eſt quæ confeſtim ſubſequitur. Cur in die mala timebo? Pſalmo quoq; 77. pro eo ꝙ Vulgatus cõuertit: Aperiam in parabolis os meum loquar propoſitiones ab initio. Hebręi legunt מָשָׁל, &, חִידוֹת: Græci, Parabolas atque Problemata. Quorum loco in Euangelio Matthæi, ita Gręcè atq; Pſa.48.5. Pſa.77.2.

T 2 Latinè

Digitized by Google

Latinè poſitum eſt: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Docet autem Pſalmus ille populum Dei, fugere incredulitatẽ, & rebellis mores Ephraim, populique egreſſi ex Ægypto: eosq; imitari ſuadet, qui terram ꝑmiſſam ingreſſi ſunt, Dauidisq; veſtigia ſectari. Hanc autem doctrinam & monitionem, Legem appellauit Aſaph: quod ſit vitæ rectæ inſtitutio. Vocat etiam illam Parabolas: quoniam ex aliorum exemplis & euentibus deducatur. Problemata porrò eam nominat: quoniam id genus doctrinæ, reconditum & obſcurum his ſit, qui ſolo lumine naturali ducuntur, quodq; res geſtæ mirabiles, portentaq; incredibilia ferè, ſtupendaq; prodigia narrantur.

* Porrò olim priſci ſapientes, graues illas atq; morales, petitas 122
è philoſophia ſententias, quæ Græcis Γνῶμαι dicuntur, vix vnquam niſi ſub variis, atq; confictis parabolis, aut ænigmatibus, euulgabant. Huc enim & Æſopi fabellæ, & aliorum philoſophorum, & poetarum apologi pertinent, huc etiam illa abſtruſiora, ſed celebria Pythagoræ ſymbola. Quæ nigrantes habent caudas guſtari non oportere. Abſtinendum à fabis. Stateram nõ tranſiliendam. Chœnici non inſidendum. Idq; genus alia quamplurima, quibus ad parandam virtutem, non momenti minimũ adferebat. His parabolis & ænigmatibus, tota eſt referta diuina Scriptura. Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus (vt teſtatur Euangeliſta Matthæus)
Matth. 13. 34. ſermonẽ absq; parabolis non faciebat. Eccleſiaſtes quoq; cum eſſet ſapientiſſimus, parabolis populum erudiuit, & enarrauit quæ
Eccleſ. 12. 9. fecerat, & inueſtigans compoſuit parabolas multas, quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritate plenos.
Eccleſ. 39. 1. Hinc dicitur in Eccleſiaſtico: Sapientiam antiquorũ exquiret ſapiens (id eſt, ſapientiæ ſtudioſus) & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul interoibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur.

* Et quoniam grauiores de moribus componentis ſententiæ, 123
vix vnquam à priſcis ſapientibus, niſi ſub comparationibus, aut ſub ænigmatibus, proferrentur, factum inde eſt, vt omnis vitæ vtilis, & moribus accommodata ſententia, etiam ſi parabolica non ſit, neq; ænigmate conuoluta (quales innumerabiles penè ſunt in para-

in Parabolis Salomonis) Parabola tamen aut Ænigma dicatur: maximè verò ſi allegoriis, aut metaphoris ſubobſcurior exiſtat. Solẽt enim ſæpiſſimè res, quæ vetuſtate aut deſuetudine obſoleuerunt, ad eas quæ illarum occupant vicem, non ſolum vtilitatem & vſum, ſed nomina quoq́; transmittere, quæ ſibi propriè ex materia, aut ex occaſione contigerant. Vt Lorica nunc temporis, æreum aut ferreum corporis munimentum ſignificat. Dicta verò exiſtimatur à loco, eo quod olim ex crudo corio pectoralia conficerentur. Poſtea Galli ſuccuderunt è ferro, ſub idipſum loricæ vocabulum, ex anulis tunicam ferream. Quod à Varrone notatum eſt. Quin etiã apud Homerum, galeas coriaceas inuenimus. Nam Diomedes galeam taurinam, Dolon hircinam geſtarunt. Papyrus arbuſcula eſt, in Ægypti paluſtribus naſcens. Ex hac olim chartæ fiebant, diuiſæ in pertenues ac latiſſimas phylluras: quæ ab huius fruticis nomine acceperunt papyri vocabulum. Cùm iam hæ in deſuetudinem iuerint, hodie nihilominus chartas noſtras, quæ ex contritis linteis parantur, vulgò papyrum vocamus: eò quod nobis vſum eum præſtent, quem olim papyrus præſtabat. Idem contigit Tabularũ vocabulo: nam à ligneis & ſectilibus tabulis, ad omnes materias deriuatum eſt, in quibus teſtamenta conſcriberent. Vt docet Vlpianus, in lege prima, de Bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, libro Digeſtorum trigeſimo ſeptimo, his nempe verbis. Tabulas teſtamenti accipere debemus, omnem materiæ figuram. Siue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuscunq; alterius materiæ, ſiue chartæ, ſiue membranæ, ſiue corium animalis alicuius, tabulæ rectè dicuntur. In hunc ergò modum eundem, Parabolæ & Ænigmatis nomina, ad quaſcunque morales ſententias ſignificandas translata ſunt.

124 * Parabolæ porrò & Ænigmata, interdum ex confictis & ſimulatis exemplis, & longioribus ſimilitudinibus: ſæpenumero etiam Iudic. 9. 8.
ex veris, vtpotè ex hiſtoriis, conſtabant. Vt eſt illa in Iudicum libro, de lignis quærentibus regem. Et in Numeris, de oppugnatione Heſebon. De filio prodigo, in Euangelio. De Lazaro paupere, Num. 21. 27. Luc. 15. 11. Luc. 16. 20.
& diuitę epulone, in eodem. Frequenter ex breuioribus ænigmatibus, contractioribusq́; parabolis, hæ ſententiæ componebantur. Qualis eſt, quæ regnum cœlorum grano ſinapis aſſimilat. Et illa,

Digitized by Google

Matth. 13. quæ hoc idem fermento abſcondito in farina componit. Et hæ
30.33. quoq; parabolæ breuiores, aliquando ex occaſione rei geſtæ, & ex
Gen. 10. 9. vero euentu fiebant. Ex hiſtoriis quippè & euentibus, parabolæ il-
1. Reg. 10. læ prouerbiales exortæ ſunt: Quaſi Nemrod robuſtus venator co-
10. ram Domino. Num & Saul inter prophetas? Habacuc quoque in hunc modum, eos qui Nabuchodonoſoris, & clariſſimi Babylonis imperii exitum viderint vel reſciuerint, graues inde ac vitæ perutiles ſententias concinnaturos, affirmat, falſa multa, & acuta dicteria: quibus & amentiam tyranni, & deluſam elationem irrideant, & ſe ipſos ad bene modeſteq; viuẽdum, eius exemplo commonefaciant: illiuſq; periculo ſapientes, ſuperbiam vitent & auaritiam, à cædibus & rapinis abſtineant, Fortunæ mutabilitatem, & vindictam numinis perhorreſcant.

* Pro *Loquelam*, Hebræis eſt מליצה: quæ vox interpretationẽ, 125
& loquelam etiam ſignificat. Sed quoniam vocabulum ליץ, à quo dictio prædicta deducitur, Illudere quoq; & deridere eſt: peritioribus Hebraici ſermonis examinandum & iudicandum relinquo, an etiam Illuſionem & irriſionẽ, pro Meliza transferre queamus. Verteretur enim aptiſſimè ad verba atque ſententiam Prophetæ: Super eum parabolam ſument, & irriſionem ægnigmatum ei, vel, & irriſionis ægnimata ei.

Sumere autem *parabolam ſuper eum*, &c, *Sumere loquelam ænigmatum eius*, vel, irriſionis ænigmata ei, idem ſunt, atq; ex eius negotio & euentu, morales ac ſalubres ſententias, & ſcommata deriſoria, fraude vel vrbanitate contecta, ornataúe allegoriis & metaphoris, eſſe compoſituros ſignificant.

* *Super eum*, &c, *Eius*, vel *Ei*, pro, De eo, poſitum eſt, & eſt hæc 126
ſententia verborum. Numquid non omnes iſti, quos ad ſe tyrannicè congregauit, & coaceruauit, violẽterq; ſuo imperio ſubiecit, ſument de eo, deq; eius ruina, materiam parabolarum, & ſermonũ ænigmaticorum, ſiue deluſionis ænigmatum? Ponetur vtiq; in ſimilitudinem Gentibus, & in commotionem capitis in populis: fi-
Pſal. 43.15. et ſuis etiam ſeruis & ſubditis in parabolam, & in ſimilitudinem
Pſal. 68.12. improperii, vel (vt habent Græca) in parabolam improperii.
Sap. 5.3. * Interrogatiuncula, *Numquid non*, propè ſemper affirmatio- 127
Gen. 19.20 nem importat. Vt in Geneſi de ciuitate Segor: Numquid non modica

dica eſt? Et quod inquit Ioſeph eodem libro: Numquid non Dei eſt interpretatio? Sed quid ego teſtibus vtor? quaſi res ſit dubia aut obſcura? Sument ergò (inquit Deus Habacuc) omnes iſti de Nabuchodonoſore parabolam, & de illo confingent ænigmata. Gen. 40. 8.

6. Et dicatur: Væ ei, qui multiplicat non ſua? Vſquequò & aggrauat contra ſe denſum lutum?

128 MVltis ac pulcherrimis allegoriis & metaphoris, diuitias malè partas exagitant: quod exitio poſſeſſori plerumque ſint, alioſque in eum raptores accerſant. O, inquiunt, quàm dirus illum exitus manet, qui per iniuſtitiam & vim, de alieno ſuas opes inceſſanter adauget, neque finem facit rapiendi. Verùm multiplicat perpetuò, & accumulat aliena, in perniciem ſuam: non ſecus ac condenſum lutum facilimè in cumulos aggeratur. Liquatum enim ac rarum lutum, difficulter in aceruos conſurgit. Sicca porrò terra, foſſionis quoque laborioſam requirit operam, vt in aggeres coaceruetur. Denſum igitur & ſpiſſum lutum, omnium procliuiſſimè congregatur. Lutum etiam qualecunque ſit, ex hoc quoque congregatur ex facili, quod nullus accumulare prohibeat: imò qui egerat & exportet ex oppido, ſolet etiam mercede conduci. Ergo luti comparationem, non quidem ad vtilitatem & pondus, ſed ad facilitatem & copiam, à Propheta referri putamus. Vt retulit quoque Iob manifeſtè, cum ait: Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta: præparabit quidẽ, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet. Loquitur autem Iob, ſimiliter vt Habacuc, de parte hominis impii ad Deum, & de hæreditate violentorum, quam ab Omnipotente ſuſcipient. Retulit eodem Zacharias, dicens: Ædificauit Tyrus munitionem ſuam, & coaceruauit argentum quaſi humum, & aurum vt lutum platearum. Quod, ſcilicet, omnes conculcant, omnes ſpernunt, nemo pro eo litigat, nemo defendit aut aſſumit ſibi: ſed verò vniuerſi execrantur, &, vel data mercede, proiiciunt. Vnde, nemine prohibente, quinetiam applaudentibus cunctis, cœnum ac lutum pro libito congregare, facilè cuiq; eſt. Neque verbum Hebraicũ כָּבֵד, pro quo vertit Vulgatus *Aggrauat*, huic expoſitioni repugnat, vel ad pondus referre nos adigit. Nã etiã, teſte Vulga-

Iob. 27. 16.

Zach. 9. 3.

to, Congregare & multiplicare ſignificat. Vbi enim legimus apud Nah. 3. 15. Nahum: Congregare ergò vt bruchus, multiplicare vt locuſta: Pro quo Banignus conuertit: Multiplica te vt bruchus, multiplica te vt locuſta: Hebræi pro Congregare & multiplicare, verbum habent repetitum Cabad. Septuaginta vtrumq; verterunt. Aiunt enim: Aggrauaberis quaſi bruchus, multiplicare vt bruchus.

* Porrò autem Stanislaus Hoſius, in explicatione confeſſionis 129
fidei, quæ habita eſt Petrichouiæ, & Catechiſmus ad Parochos, ex decreto Concilii Tridentini editus, diuitias ex alieno paratas, denſo luto aſſimilari voluerunt, quod ex illis, quaſi ex luto condenſo, difficilè quis poſſit emergere. Catechiſmi verba ſic habent: Reſtitutio, cum quis aſſueuerit ex alienis locupletari, quantam habeat difficultatem, præter id, quod vnusquiſq; & ex aliorum conſuetudine, & de ſuo ſenſu iudicare poteſt, ex teſtimonio Habacuc prophetæ licet intelligere. Ait enim: Væ ei, qui multiplicat non ſua vsquequo, & aggrauat contra ſe denſum lutum. *Lutum* appellat *denſum*, rerum alienarum poſſeſſionem, vnde emergere, & expedire ſe homines difficilè poſſint.

* Sed quoniam particula על, pro qua Vulgatus interpres in hoc 130
loco, *Contra*, reponit, frequentius, atque proprius fortaſſe, ſignificat Super vel ſupra, vnde Pagninus & alii, Aggrauat ſuper ſe, tranſtulerunt: Et quoniam *Denſum* vel Craſſum, vnguentorum eſſe ſolet epitheton, vt eſt illud Perſii poëtæ, Craſſiq́ue lutatus amomis, Conſentanius & elegantius videtur, Prophetam nō de luto quocunque, nec de cœno vulgari & deſpecto, ſed de Ceromate intellexiſſe. Fuit hoc autem genus vnguenti, ex oleo & tenuiſſima terra, in ſpeciem luti confectum. Quo ſe athletæ perliniebant, vt corpora redderentur firmiora. Redderentur etiam & lubrica: vt prehendi & attrectari nequirēt, ſed è manibus aduerſariorum effluerent: ſicq; illos facilius proſternerent, & ipſi ineluctabiliores ſtarent. Lutum porrò fuiſſe Ceroma, Martialis in Apophoretis oſtēdit. Inquit enim de Galericulo:

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas.

Sed oſtendit Seneca manifeſtius, ad Lucillium in hunc modū ſcribens: Tantum luti tota via fuit, vt poſſim videri nihilominus naui-

nauigaſſe. Totum athletarum fatum in illo die perpetiẽdum fuit. A ceromate nos haphe accipit in cryptaNeapolitana. A ceromate namq; dixit, pro à luto. Plinius lib. 14. cœnum appellauit ceroma. Nam loquens de ebrietate vitanda, oſtendensq;, quanto labore bibendi pararetur auiditas. Ad hæc, inquit, pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno, ac pectoroſa ceruicis repandę oſtentatio. Deſcribit enim his verbis Plinius agoniſtarum certamen.

131 *Ergo, meo iudicio, Habacuc, ab athletis deſumpta metaphora, palæſtritæ Nabuchodonoſorem aſſimilat, qui vniuerſos lucta laceſſat, vniuerſos proſternere connitatur. Quod vt expeditius abſoluat, bonis ſe & opibus alienis, tanquam multo ceromate, ſuperliniat. Nam in hunc vſum Propheta, Regem Babylonis diuitias congeſſiſſe, & accumulaſſe, declarat, cum inferius paulo ſubiungit: Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Eſt igitur ſententia Habacuc: Væ multiplicanti non ſua, & opibus inceſſanter alienis, non ſecus ac athletæ ceromate, ſe contra aduerſariorum impulſus & Fortunæ concuſſiones munienti. Pagninus in Theſauro linguæ ſanctæ, in dictione עבט, hunc eundem locum adducit, & Denſum, id eſt, multum, explanat. Vt ſit, ſcilicet, verborum mens: Onerat ſe multo ceromate, ſeque eo craſsè ſuper inungit. Aut eſt intelligentia verborum: Craſſo ſe luto perungens, id eſt, pingui: nempe ex oleo confecto. Verbum Hebraicum עָבָה, denſum eſſe, & craſſum, & pingue, vel Vulgata teſte, ſignificat. Haba. 2. 9.

132 *Et, porrò, coniunctio in hoc loco, aliquantulum illi caliginis, & difficultatis obducit. Videtur autem poſtponi, vt Latina enclitica. Quę: cum præponi deberet aduerbio *Vſquequò*. Vt ſit nempè ſenſus Prophetæ: Et abſq; termino aut modo, vſquequaque onerat ſe alienis opibus, tanquam luto pingui aut condenſo. Eſt enim Hebræis peculiare, notam (vt diximus) comparationis omittere. Tigurina poſt *Vſquequò*, pũctum & interrogationem affigit. Vertit enim: Væ ei, qui adauget non ſua, quouſque tandem? & qui aggrauat ſuper ſe denſum lutum. Pagninus Chaldæum imitatus, coniunctione reiecta, ſic transfert: Væ multiplicanti non ſua. Vſquequò aggrauat ſuper ſe denſum lutum? Sæpè namq; litera, ו, nihil

Digitized by Google

Gen. 22.4. coniungere conſueuit:ſed ornatus tantummodo cauſa, vt coniun-
Gen. 36.24 ctio Què, ſolet apponi. Cuiusmodi eſt illud in Geneſi: In die tertio & leuauit Abraham oculos ſuos. Et illud quoq; eodem libro: Et ii filii Sebeon, & Aia & Ana. Quin multi libri diuini incipiunt à litera, ו, cum tamen præceſſerit nihil, cui ſequentia copulari videatur. Tales ſunt libri Baruch, Ezechielis, & Ionæ, & primus Machabæorum. Sic Cicero ad Papirium Pætum ſcribens, à dictione aduerſatiua inchoauit: Tamen à malitia non diſcedis. Sed vlterius iam progrediamur.

7. *Numquid non repentè conſurgent qui mordeant te? & ſuſcitabuntur lacerantes te? & eris in rapinam eis?*

A Canibus petita metaphora, & ab aliis rapacibus feris, Nabu- 133
chodonoſori inſultantes, & de eius calamitate & ruina, parabolas & ænigmata componentes, oſtendunt: Medos & Perſas ipſa prędа, quam aliis detraxerat, excitatos & allectos fuiſſe, & in eius conueniſſe perniciem, & illum non ſolum opimis raptis, quibus laudabatur, ſpoliis, ſed & propriis atq; hæreditariis diuitiis, patrio imperio, auitoq; regno, prole deniq; & poſteritate, priuaſſe. Proprium verò canibus eſt, cæteriſq; rapacibus feris, eum, quem præda potitum viderint, adoriri, cum eo tumultuari & rixari, ringere, mordere, laniare, & adeptam prædam adimere. Vnde ſcitè dixit Horatius, quod in opum oſtentatores, meo iudicio, quadrat perbellè:

Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæq;.

Iſa. 33.1. * Hac ipſamet tranſlatione Iſaias eſt vſus, cum ait: Væ qui præ- 134
daris, nonne & ipſe prædaberis? Futuris autem pro præteritis vti videtur Habacuc, ſi hæc ipſa dicturos prædicit, qui ruinam Chaldæorum conſpexerint. Quamquàm hæc, & quæ præceſſerunt, ab eis dici poſſit intelligi, qui ab euentu Nabuchodonoſor parabolas & ænigmata componentes, ſe inuicem à rapinis deterreant. Nempè vt ſit verborum ſententia: Nonne ſi, ad exemplum Tyranni, alios laceres & rapinis diuexes: repentè, vt eidem euenit, conſurgẽt qui lacerent te, & eris in rapinam eis? Sed verò quę mox ſubſequũtur, hæc quoq; Regi & populo Chaldæorum, mortuo & oppreſſo, potius dici demonſtrant. Neq; obſtat quod futura dicantur: nam

&

& futura præteritorum loco, & præterita pro futuris, ab Scriptura vſurpantur creberrimè, & nihilominus per futurum, hæc eſſe poteſt verborum mens. Nunquam ne rerum viciſſitudinem verebaris? neq; tibi veniebat in mentem: diuitias, eſcam & irritamenta malorum, quæ te in cædes & rapinas impulerant, alios ſimiliter concitare in te poſſe, qui te inopinato morderent, ac fruſtatim & membratim diſcerperent: vt opes, quas iniuriis & rapinis paraueras, par pari referentes, auferrent?

135 * Perſas verò ac Medos repentè conſurrexiſſe, momordiſſeque Chaldaicum imperium, eius deriſores aſſeuerant: quoniam Cyrus (vt autor eſt Xenophon) plerumq;, in locis occultis caſtra ponere conſueuit. Ea enim quæ repentè ſe offerunt, maiorem terrorē in bello, hoſtibus incutere iudicabat. Sed & Aſſyriorum inſperantium caſtra de improuiſo adortus, Hyrcanis ductoribus, trucidauit. Et Babylon non tàm viribus, quàm aſtu & calliditate, capta eſt, eamque Cyrus inopinanter oppreſſit. Operæ pretium porrò fuerit, eius expugnationis hiſtoriam referre: quia ſunt innumera Scripturæ diuinæ loca, quæ abſque eius cognitione & notitia, nullo pacto intelligi queant. Cyrus igitur (vt narrat Herodotus) vbi per Harpagum ducem inferiorem Aſiam ſubegiſſet, ipſe verò ſuperiorem viciſſet, omnem gentem euertens, Aſſyriis bellum intulit, ac tandem Babylonem deuenit, Babyloniis cum producto exercitu præſtolantibus. Qui, vbi propius vrbem ille promouit, cum eo conflixerunt, prælioque fugati, in oppidum ſe receperunt. At quia Cyrum iam pridem animaduerterant inquietum eſſe, viderantq; omnes pariter gentes aggredientem, comportauerant multorum ſanè annorum commeatus in vrbem: ideoq; tūc obſidionem nullius momenti faciebāt. Et Cyrus, cum in longo tēpore nihil admodū res proficerent, inops cōſilii erat.

136 * Tādem verò, ſiue alius ei anxio ſuggeſſit, ſiue ipſi in mentē venit quid in rem eſſet, ſic ſtatuit faciendū: Inſtructis vniuerſis copiis, partim qua fluuius ingreditur, partim à tergo qua vrbē egreditur, præcepit, vt dum cernerent alueū poſſe tranſiri, illac vrbē inuaderent. Ita inſtructis atq; admonitis ſuis, cum inutiliori exercitus parte abiit ad ſtagnū. Eò vbi peruenit, quę Babyloniorū regina fecerat apud flumen & apud ſtagnū, quod erat palus, eadem ipſe fecit. Nam reuocato flumine, alueū eius pri-

ſtinum vado tranſibilem reddidit. Id tale vbi peractum eſt, Perſæ, qui ad hoc ipſum inſtructi erant, per alueum vnde fluuius Euphrates abſceſſerat, mediorum ferè femorum tenus gnauiter Babylonem introierunt. Quos Babylonii (ſi factum Cyri prius aut audiſſent, aut ſenſiſſent) haud dubiè contempto eorum ingreſſu, peſſimo exitio affeciſſent. Nam obſeratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis, conſcenſiſque ſeptis, ipſi pro ripis ſtantes illos progreſſos veluti in cauea excepiſſent. Nunc ex inopinato eis Perſæ aſtiterunt, & cum capti eſſent qui media vrbis incolebant Babylonii, propter eius tamen magnitudinem non ſentiebatur (vt fertur) ab his, qui circa extrema habitabant.* Sed fortè quoniam dies fe- 137
ſtus eis eſſet, exercendis choreis atq; oblectationibus opera dabatur, donec planè rem animaduerterent. Atq; ita primum capta eſt Babylon. Ex Herodoto hucuſq; deſumpſimus. Cui etiam circa Babylonis expugnationem, & quæ in ea geſta fuerunt, conſonat Xenophon lib. 7. Cyripædiæ. Diſſentiunt autē circa alia ferè omnia, quæ de Cyri natiuitate, educatione, atq; geſtis enarrant, nec conſentiunt de belli Babylonici cauſa: cui verò habenda ſit fides, paulò poſterius, Deo volente, monſtrabimus. Sed & Ariſtoteles in Politicis ſic ait: Capta cum eſſet ab hoſtibus Babylon, ferunt partem aliquam eius ciuitatis tertia die nondum aliquid ſenſiſſe. Capta quippè repentè eſt, quemadmodum Habacuc prænunciauerat.
Iſa. 47. 11. Prædixerat quoq; Iſaias, dicens: Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius: & irruet ſuper te calamitas, quā non poteris expiare: veniet ſuper te repentè miſeria, quam neſcies. Quaſi dicat Iſaias: Miraberis, neq; poteris cogitare & cognoſcere, qua hoſtes in ciuitatē irruerint.* Quod autem aduerſo Euphrate capienda eſſet Ba- 138
Iſa. 44. 27. bylon, prædixerat (vt prædiximus) Iſaias in hæc verba: Qui dico
Ier. 30. 38. profundo, Deſolare, & flumina tua arefaciam. Prænunciauerat iti-
Ier. 51. 31. dem Ieremias: Siccitas ſuper aquas eius erit, & areſcent. Et alibi: Currens obuiam currenti veniet, & nuncius obuiam nuncianti, vt annunciet Regi Babylonis, quia capta eſt ciuitas eius à ſummo vſq; ad ſummū: & vada præoccupata ſunt, & paludes ſuccēſæ ſunt igni. Et poſt paululū: Deſertū faciam mare eius, & ſiccabo venam eius. Quod verò inter conuiuādum capiēda eſſet Babylon, dumq; feſtū diē celebrarent: his verbis Iſaias præmonuerat: Pone mēſam cōtē-

plare

Digitized by Google

plare in ſpecula: comedẽtes & bibentes ſurgite principes, arripi- Iſa. 21.5.
te clypeum. Prophetauerat & Ieremias, dicens: In calore eorum Ier.51.39.
ponam potus eorum: & inebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant
ſomnum ſempiternum & non conſurgant, dicit Dominus. Dani- Dan.5.30.
el apertè pronunciat, Eadem nocte (ſed non anni eiusdem) Báby-
lonem in hoſtium poteſtatem veniſſe, qua Balſaſar Babyloniorum
rex, pductis tẽpli Ieroſolymitani vaſis, grande conuiuium fecerat
optimatibus ſuis. Quippè eadem nocte quotannis conuiuari, atq;
139 oblectari cõſueuerant.* Agebantq; (vt ego coniicio) peruigilium
cuipiam deorũ: quale Liuius in viceſimo tertio, Campanos ce-
lebraſſe commemorat; cum Gracchus ad Hamas Campana caſtra
vt in peruigilio neglecta, ſimul omnibus portis inuaſit, & nõ par-
ua internecione cæcidit. Et qualia peruigilia quamplurimos in
honorem egiſſe deorum, Iuſtus Lipſius in electis notauit.

8. *Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis.*

140 ECCE (aiunt parabolizantes de Rege, & populo Chaldæorũ) tua inſatiabilis acquirendi cupido, tuus inexplebilis deprędãdi appetitus, effecit, vt tu quoq; præda fieres, & ſpoliareris ab his, quos vnos ex gentibus multis, etſi diuexaueras incurſionib', nondum tuę poteſtati ſubieceras. Cæterùm, Nabuchodonoſorem multas gentes ſpoliaſſe, innumeras infeſtaſſe nationes, Ieremias Ier.51.7.
generatim edocuit, cum ait: Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnẽ terram. Verùm alio in loco explicatius gentes ipſas nominatim enumerat, iis nempe verbis: Quia ſic dicit Ier. 25. 15.
Dominus exercituum Deus Iſrael. Sume calicẽ vini furoris huius de manu mea (gladium videlicet, & rabiem Nabuchodonoſoris, à me in illos immiſſi: vt mox Propheta declarat.) Et propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. Et bibent, & turbabunt, & inſanient à facie gladii, quem ego mittã inter eos. Et accepi calicẽ de manu Domini, & propinaui cunctis gentib. ad quas miſit me Dominus: Ieruſalẽ, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius, & principibus eius, vt darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporẽ, & in ſibilum, & in maledictionem, ſicut eſt dies iſta. Pharaoni regi Ægypti, & ſeruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, &

vniuerſis generaliter: cunctis regibus terræ Auſitidis, & cunctis regibus terræ Philiſthiim, & Aſcalonis, & Gazę, & Accaron, & reliquiis Azoti, & Idumææ, & Moab, & filiis Amon, & cunctis regibus Tyri, & vniuerſis regibus Sidonis: & regibus terrę Inſularũ, qui ſunt trans mare. Et Dedan & Thema, & Buz, & vniuerſis qui attonſi ſunt in comã. Et cunctis regibus Arabię, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deſerto. Et cunctis regibus Zambri & cunctis regib. Eiam, & cunctis regib. Medorũ: cunctis quoque regibus Aquilonis de propè & de longè, vnicuiq; contra fratrem ſuum, & omnibus regnis terræ, quæ ſuper faciem eius ſunt: & rex Seſach (id eſt, Babylonis, qui eos vexauit) bibet poſt eos. * Hactenus Ieremias, qui in ſequentibus manifeſtè demonſtrat, has omnes prouincias à Nabuchodonoſore aut fuiſſe ſpoliatas, aut domitas. Huic ethnici cõſentiunt hiſtorici. Scripſit enim Beroſus: Nabuchodonoſorem obtinuiſſe Ægyptum, Syriam, Phœniciam, & Arabiam, vniuerſos priores Chaldæorum & Babyloniorum reges exactionibus ſuis excellentẽ. Xenophon totam Aſſyriæ regionem (quæ appellatio latiſſimè patet) Arabas inſuper & Hyrcanos, ab illo ſubiugatos affirmat. Quin etiam Megaſthenes, Nabuchodonoſorẽ maximã Africæ partem, & Hiſpaniam debellaſſe, narrauit. Quas forſitan Ieremias, Inſulas trans mare eſſe, dixit. * Et tamen cum tot populos domuiſſet, Medi & Perſæ *reliqui fuerant*, vt tradit Habacuc: neq; eos adhuc rex Babylonis in ſuam poteſtatẽ redegerat, etſi interdum, Aſtyage ſuperſtite (vt author eſt Xenophõ libro primo Cyripædiæ) in Medicos fines Babylonius excurrerit, populabundus magis, q̃ iuſti more belli. At, vita defuncto Aſtyage, confeſtim rex Babylonis (nimirum Euilmerodach poſtremis ſui regni temporibus) ſeriò in Medos expeditionẽ parauit. Quod vbi reſciuiſſet Cyaxares, Aſtyagis filius atq; in regnum ſucceſſor, quem Darium appellat Daniel: accito è Perſide Cyro, ex ſorore Mandane nepote, cum auxiliaribus Perſarum copiis, coactoque Medorum exercitu, intra fines ipſos Aſſyriæ, regi Aſſyriorum pro patria propugnaturus occurrit. Valde tamen apparatu bellico impar: vtpotè qui cum quatuordecim millibus equitum, & ſeptuaginta millibus peditum, Aſſyriorum regi ſe opponeret, qui cum ſexaginta millibus equitum, & plus quam ducentis millibus peditum,

Margin: 141 (beside "Hactenus"); 142 (beside "Et tamen"); Dan. 5. 31. & 6. 4. & 9. 1.

tum, magno præterea curruum bellicorũ inſtructu, Medos oppugnaturus inuaderet. Profligatis nihilominus & deuictis identidem Aſſyriorum copiis, interfectoq; etiam in pugna Aſſyriorum rege, Cyrus expugnatis prius multis aliis ꝓuinciis, vt apud Xenophontem videre eſt, ad extremũ Babylonem obſedit, eamq;(vt diximus) ſtratagemate & aſtu poſt longũ obſidium, vt cõſtat ex Xenophonte & Herodoto, in Medorũ poſſeſſionẽ redegit. Capiens igitur (vt eſt in Prouerbio) captus eſt rex Chaldæorum, ipſeq; ſibi perniciem aſciuit, dum perniciem vniuerſis pararet. Hocq; illi illudentes obiiciunt, qui de eo parabolas confingebant.

143 Scio, quantũ diſcrepent à Xenophonte, quem ſequimur, quæ Herodotus atque alii ſcripſerunt. Nempe, Aſtyagem, Medorũ ac Perſarum regem, prole virili caruiſſe: Mandanẽ porrò filiam, ſomniis exterritum, Cambyſi, apud Perſas modicæ fortunæ viro, in matrimonium collocaſſe. Cyrum deinde, ex Mandane & Cambyſe prognatũ, feris deuorandũ exponi iuſſiſſe: eum tamen vxorẽ paſtoris, qui iuſſus expoſuerat infantulum, proprio expoſito filio ſeruaſſe. Deniq;, Aſtyagem à Cyro (vt fuerat in fatis) regno fuiſſe priuatum: & mitius victorem ſe gerente nepote, Hyrcanorũ gubernationi præpoſitum. Itaq; Cyrum, Medorũ ex hoc atq; Perſarum regem (vt erat ambitioſus & inquietus) plurimis nationibus bellum, & Aſſyriis quoque intuliſſe; ſibiq; ipſi Babylonicum

144 regnum, propriiſq; copiis, non alienis, paraſſe. * Aſſentit Herodoto forſitan, Xenophontis condiſcipulus Plato, cum in Menexeno ſic inquit: Cyrus magnitudine quadam animi ciues ſuos Perſas in libertatẽ redigens, ſimul dominos Medos ſubiecit, totique Aſiæ vsq; ad Ægyptũ imperauit. Sed fortaſſe Plato ob id Cyrum Medos ſubieciſſe affirmauit, ꝙ caput atq; ſedem imperii ad Perſas ſuos cõciues tranſtulerit. At, Platonis diſcipulus Ariſtoteles, apertè aſtipulatur Herodoto, libro quinto Politicorũ ſic dicens: Cyrus inſurrexit contra Aſtyagem, cuius & vitam & potentiã contemnebat, cernens & copias eius iam conſenuiſſe, & ipſum in deliciis vitã agere. Strabo etiam, Cyrum idcirco Paſargadas in honore habuiſſe, aſſerit, quod ibi Aſtyagem Medum vltimo prælio ſuperauerit, & Aſiæ in ſe imperium tranſtulerit. His conſonant & Diodorus & Trogus, tota denique hiſtoricorum caterua.

V 4 Vnde

Digitized by Google

Vnde mirum non admodum ſit, ſi Cicero tantorum teſtiũ obru-
tus teſtimoniis, ad Quintum Fratrem ſcripſerit: Cyrum illum à
Xenophõte non ad hiſtoriæ fidẽ ſcriptũ, ſed ad effigiem iuſti im-
perii. Ciceroni ſubſcribit beatus Ambroſius libro 1. de Abraham
patriarcha, in hæc verba: Plato ipſe princeps Philoſophorum, nõ
veram aliquam, ſed fictam & adumbratã ſibi eam quam legimus
πολὶν propoſuit ædificandam. Condiſcipulus Platonis Xenophon
ille Socraticus, fictis & ipſe rebus perſonam voluit informare ſa-
pientis in eo libro, quem Κύρυ παιδείαν inſcribit. Vt ex intimo phi-
loſophiæ ſinu regis iuſti & ſapientis diſciplina procederet. Hacte-
nus beatus Ambroſius. Fabius quoque Quintilianus non inter
hiſtoricos, ſed inter philoſophos, Xenophontem recenſuit. *Ve- 145
rumtamen, vt ego puto, omnes iſti adhæſerunt Herodoto: neq;
plures ſunt teſtes, ſed vnus, vbi plures vnius ore loquuntur. Iuxta
notata per gloſſam in capitulo, Licet ex quadam, de Teſtibus &
atteſtationibus. Harpocration porrò & Plutarchus, datis etiam
integris libris, fidem Herodoto abrogare conati ſunt: mythiſto-
riamque illum ſcribere, alii quamplurimi tradiderunt. Cicero li-
bro primo de legibus, Herodotum, patrem hiſtoriæ, innumeras
fabulas ſcripſiſſe teſtatur. Mendaciorum denique pater, Herodo-
tus vulgò vocitatus eſt. At Xenophon (nec fas dubitare) certiora,
& viciniora veris enarrat; vt potè diuinæ Scripturæ cohærentia:
ad quam regulam & amuſſim, probatam hiſtoriarum exigi fidem,
firmamque dictorum veritatem exquiri, proculdubio neceſſum
eſt.

*Cyrum porrò, optimum atque pientiſſimum principẽ fuiſſe, 146
non vnó tantum in loco Scriptura diuina teſtatur. Etenim Deus,
vt populum ſuum puniret & affligeret, ſceleratiſſimos Aſſyriorũ
tyrannos, carnifices & tortores adhibuit. Vt autem in libertatem
aſſereret, & honore atque beneficiis afficeret, iuſtum ac mode-
ratum regem Cyrum, vindicem & aſſertorem delegit. Aſtyage ve-
Dan. 13. 65. rò ſuperſtite, Cyrum Medis non imperaſſe, vel illud Danielis
oſtendit: Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit
Cyrus Perſes regnum eius. Hoc eſt, Suſcepit tutamentum & de-
fenſionem regni eius. Mox enim vt defunctus eſt Aſtyages, ad-
uentauit Cyrus cũ auxiliaribus copiis Perſarũ, vt ferret ſuppetias
auuncu-

auunculo Cyaxari. Succeſſit autē Aſtyagi Darius, eius reapſe atq; natura filius. Quæ .n. dixerunt quidā de adoptione Darii, adeò eſſe friuola & futilia cenſemus, vt neq; cōmemoratione dignemur.

147 * Neq; iſte Darius fuit filius Hiſtaſpis, vt multi falſiſſimè putauerunt: quodq; magis miror, Genebrardus nunc nuper, vir apprimè doctus, & Chronographus nō indiligens, & doctiſſimus Sixtus Senenſis in Bibliotheca ſāncta, libro octauo, hæreſi ſexta, illorū oſcitantiæ ſubſcribunt. Cum admoneri potuerint à Melchiore Cano noſtrate, qui libro vndecimo de locis theologicis, capite 6. hunc errorē Annio inſultans refellit. Tantū enim abeſt, vt Darius Hiſtaſpis Cyri ſocer fuerit, ꝙ Genebrardus affirmat, vt etiam fuerit gener illius, ductis duabus Cyri filiabus, Atoſſa vidua, & Artyſtona virgine. Idq; etiam poſt Cambyſis & Magorum necē, qui poſt Cyrum, & ante Darium Hiſtaſpis, regnarunt. Non eſt autem nobis cōmodum ſingula perſequi: ne (ꝙ fieri vetat Ariſtoteles) plura ſint parerga quàm opera.

148 * Darium verò Aſtyagi ſucceſſiſſe, nō Cyrum, ſatis illud ex Daniele demonſtrat: Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar, rex Chaldæus, & Darius Medus ſucceſſit in regnū eius. Sed & illud quoq; : In anno primo Darii, filii Aſſueri, de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorū. Quippe, qui Aſtyages dictus eſt Græcis, is idem aliis Aſſuerus, aliis verò Apanda vocatur. Vt ex Cteſia annotauit Diodorus, libro tertio, capite nono. Regnauit itaq; poſt Aſtyagem Cyaxares Darius, eius natura filius, ipſeq; in Aſſyrios expeditionem ſuſcepit, ſuppetias ferente Cambyſe, ſororis marito, ac Perſarum rege: Cyro autem ex eadem nepote, adhuc iuuenilis ętatis, exercitum & copias paternas, in auxilium auunculi ductante. Imouerò, dum nepotis ingenium acre contemplatur Darius, & bellandi dexteritatem explorat, pacis ipſe perauidus & quietis, ſummam illi conficiendi negotii, cum ſumma poteſtate demandat. Ipſeq; regreſſus in Mediam, ibiq; quietiſſimè agens, Cyrum cum vniuerſa Medorum ac Perſarum manu, in bellum Aſſyriorum immittit.

Dan. 5. 30.
Dan. 9. 1.

149 * Nec video, quam ob cauſam Pererius, vir quidem perſpicacis ingenii, & in omni iudicio perelegans, libro ſexto Cōmentariorū in Danielem, improbabile iudicauerit, Darium Medum, qui princeps & author illius belli ſuſcipiendi & gerendi fuiſſet, in Media

Digitized by Google

ſe continuiſſe. Quid enim improbabilitatis hoc habet? cum nil æquè inuenire ſit obuium in veteribus atq; nouis hiſtoriis, quam Reges, qui ſe domi tenerent, miniſterio ducum ſuorum & bella confeciſſe præclara, & ampliſſima regna expugnaſſe? Ergò imꝓbabile videatur: Nabuchodonoſorem, qui regnauit in Niniue, ambientem totius orbis imperium, hanc prouinciam tradidiſſe Holopherni, & ſe domi continuiſſe.

*Darius igitur reuerſus in Mediam, Babylonici belli negotium 150
Cyro conficiendum demandat. Et quia cuncta, quæ ordinaſſet, ac decreuiſſet Darius, Cyri opera conficiebantur, & contra, quicquid Cyrus faciebat, Darii nomine & authoritate fiebant: deniq;, quia Medorum ac Perſarum exercitus miſti pariter depellauerunt Aſſyrios, fit, vt Scriptura diuina Medis ſimul atq; Perſis nonnunq̃, Iſa. 21. 2. interdum tantùmodo Medis, aliquando ſolummodò Cyro, Babylonis Dan. 5. 28. expugnationem, & rerum ordinationem, attribuat. Hinc eſt Iſa. 13. 17. enim apud Danielem, quod Cyrus poſt obitum Aſtyagis, regnum Ier. 51. 11. 28. eius accepiſſe dicatur. Hinc etiam apud Iſaiam, ꝙ Cyrus incomitatus Iſa. 45. 1. & ſolus, deſolator & exſiccator profundi, totiuſq; voluntatis Dan. 13. 65. diuinæ executor & conſummator vocetur. Hinc itidem apud Danielem, decretum, quod ſanciuit Darius, à Medis ſimul ac Per-Iſa. 44. 28. ſis ſanctum Scriptura pronunciat. Hinc demum quicquid à Cyro vel factum, vel ordinatum eſt, totum id aſcribit Dario: & à Cyro propagata & quæſita, Dario acceſſiſſe, cõmemorat. Quippe Balſaſari Dan. 6. 8. interfecto Darium ſucceſſiſſe, teſtatur. Quodq́, legimus Dan. 5. 31. apud Danielẽ: Placuit Dario, & conſtituit ſuper regnũ Satrapas Dan. 6. 2. centum viginti, vt eſſent in toto regno ſuo. Et ſuper eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat. Vt Satrapę illis redderent rationem, & Rex non ſuſtineret moleſtiam. Hoc, inquam, apud Xenophontẽ, à Cyro Babylone potito, conſtitutũ fuiſſe, narratur. Et hos Satrapis anteſtãtes. Præfectos, Regis filios, & Regis fratres, & Regis oculos, fuiſſe vocatos, liber octauus Cyripædiæ notauit.

* Et fortaſſis ex hac cauſa Metaſthenes, Cyrum pariter & Da- 151
rium, ſtatim à morte Aſtyagis, regni ſocios & conſortes effecit, in libello De iudicio temporum, & annalium Perſicorum, ſic inquiens. Apanda deuicto, Cyrus & Darius regnauerunt annis triginta ſex. Et rurſum, aliquibus interiectis: Balth-Aſſare interfecto, re-

gnaue-

gnauerunt ſimul Cyrus & Darius annis duobus: inde ſolus Cyrus duobus & viginti.

152 VTOR verò authoritate Metaſthenis, & vtar, quotiescunque opportunum & cõmodum vti fuerit, in poſterum: non ignarus, hunc eundem libellum à Vergara, à Cano, à Pererio, à Ribera, à Goropio Becano, & ab aliis magni nominis viris, & eximiè literatis, explodi, multisq; impugnari argumentis, conuiciisq; pluribus verberari. Recentis nimirum, & rudis, ſine ſenſu, ſine ſapore, ignorantis, & imputantis nominibus, quiq; innumeris ſcateat erroribus, & mendaciis ac figmentis ſit plenus. Qui deniq; non fœtura Metaſthenis, ſed partus ſuppoſitus ſit, in officina Anniana (vt Pererius incunctanter affirmat) excuſſus atq; perfectus. Vnde iubet, illum valere æterna hominum obliuione ſepultum. Nec ſit, inquit, qui poſthac exhumare, & ad fidem aliquam & authoritatem, quaſi ad vitam, reuocare præſumat. Sat ſit, adhuc multis impoſuiſſe, cum nondum bene notus extiterat. Nunc autem, detectis atque in apertum prolatis eius mendaciis atque fallaciis, ſi quem circumuenerit & deceperit amplius, nimis profectò ſtupidum & vecordem eum fore, neceſſe eſt.

153 * Primo enim (inquit Pererius) vnde author iſte, nunquam ante ętatem Annii vel fando auditus & notus, repente prodiit? Etenim Megaſthenem ſcriptorem rerum Indicarum, Strabo, Plinius Solinus, Alphęus, Ioſephus, Euſebius, & Hieronymus, ſæpè citarunt. Metaſthenem autem iſtum, qui de rebus Perſicis ſcripſerit, nemo veterum agnouit. Remoueamus igitur (inquit Ribera, in primum Zacharię caput) à diſputatione commentitium Metaſthenem, qui vel nomine ipſo indicat commentum: cum nullus fuerit vnquam Metaſthenes. Megaſthenem dicere debuit, qui finxit, ſi ludere gentes volebat.

154 * Pręterea, Metaſthenes Annianus (addit Pererius) mirificè laudat Beroſum in hiſtoria regum Chaldæorum & Aſſyriorum. Quomodo igitur ipſe contraria Beroſo de illis regibus ſcribit? Tradit enim, Nabuchodonoſorem regnaſſe quadraginta quinq; annos. Euilmerodach triginta. Nigliſſar, ſeu Reg Aſſar, tribus

Lab-Aſſar Dach ſex. Balt-Aſſar quinque. Atqui verus Beroſus apud Ioſephum, in priore libro aduerſus Appionem, longè ſecus annos iſtorum regum digeſſit. Tribuit enim Nabuchodonoſori quadraginta tres annos. Euilmerodacho duos. Nigliſſaro quatuor. Laboſardacho nouem menſes. Balthaſari, vel, vt ipſe nominat, Nabonido ſeptem & decem annos.

* Cæterum ex eo (inquit Pererius) clariſſimè apparet, iſtũ Metaſthenem eſſe totum commenticium, & cui nullatenus credendum ſit: ꝙ in monarchia Perſarum, ab omnibus Græcis & Latinis, melioris notæ ſcriptoribus maximè diſcrepat, in regum Perſidis numero, annis, nominibus, rebus geſtis, deniq; in ipſius monarchiæ diuturnitate. Nam cum ex omnibus hiſtoriis, Græcis & Latinis (velut confirmat Hieronymus ſuper ſeptimo & vndecimo capite Danielis) exploratiſſimum & notiſſimum ſit, à Cyro vſque ad Alexandum Magnum, quatuordecim fuiſſe reges Perſarum: eamque monarchiam ad triginta & ducentos annos ſtetiſſe: iſte Metaſthenes Annianus, octo duntaxat reges enumerat, nec plus vno & nonaginta centũq; annis, imperiũ Perſarũ duraſſe affirmat. 155

* Sed quò euidentius (inquit Pererius) mendacia & figmenta Metaſthenis appareant, ponam hic velut ante oculos lectoris, numerum & nomina regum Perſidis, quemadmodum à Metaſthene traduntur. Facit ille authores & fundatores eius monarchię, Cyrũ & Darium Medum fratres, qui, conſtituta monarchia, ſimul regnarunt duobus annis. Deinde Cyrus, mortuo Dario, ſolus regnauit viginti duobus annis. Poſt Cyrum, Priſcus Artaxerxes, filius Darii Medi, viginti annis. Huic ſucceſſit eius filius Darius Longimanus: qui tenuit imperium triginta ſeptem annis. Quarto loco poſt Cyrum, regnauit Darius Nothus, annos decem & nouem. Quinto loco regnauit Artaxerxes Darius Mnemon, annis quinquaginta quinque. Sexto loco Artaxerxes Ochus, viginti ſex. Septimus rex fuit Arſes, quatuor annos potitus imperio. Octauus & poſtremus rex fuit Darius, qui ſex annis regnauit, & victus eſt ab Alexandro. 156

* In hoc catalogo regum Perſidis, prȩter errores ſupradictos, 157
duo ſunt alii minimè tolerandi. Nam in eo ꝑtermittuntur tres reges Perſarũ, Cambyſes, Darius Hyſtaſpis, & Xerxes terror Græcię: propter

propter magnitudinem & diuturnitatē imperii, propter celebritatem rerum geſtarum, denique propter multitudinem & claritatem ſcriptorum, qui de illis prodiderunt, omnibus notiſſimi, teſtatiſſimi, & celebratiſſimi. Negare enim, hos fuiſſe reges Perſidis, ſimile eſt, vt ſi quis negaret, Iulium Cæſarem, Octauianum Auguſtum, & Tiberium, fuiſſe Imperatores Romanos. Præſertim verò, cum de illis regibus ſcripſerint viciniſſimi eorum temporibus. Siquidem Herodotus ſcripſit non ſolum de Cambyſe, & Dario Hyſtaſpis, ſed etiam de Xerxe, cuius tempore, vt libro tertio refert Diodorus, claruit ipſe. Præterea Thucydides quoque, qui ſuperfuit Herodoto.

158 * Alter error eſt, ſucceſſorem Cyri facere Priſcum Artaxerxem Aſſuerum, filium Darii Medi. Cum nec vllus rex Perſarum eius nominis memoretur ab vllo veterum: & Darium Medum, qui Cyaxares nominatur à Xenophonte, conſtet apud omnes caruiſſe filio. Et ab omnibus hiſtoricis proditum ſit, Cyro in regnum proximè, non alium niſi Cambyſem, ipſius filium ſucceſſiſſe.

159 * Hiſmet verbis Benedictus Pererius, libro vndecimo Commentariorum in Danielem, Metaſthenem Annianum exagitat, noua in illum excogitans argumenta, & iam excogitata contorquens, quibus antea Ioannes Vergara, in Octo quæſtionum opuſculo, quæſtione quinta, & Melchior Canus libro vndecimo de Locis Theologicis, capite ſexto, illum exploſerant & eiecerant, eiusq; autoritatem & fidem, omnimodis labefactare conati ſunt. At EGO (vt ſum excors & ſtupidus) de hoc libello longè aliter ſentio: neq; animum inducere poſſum, vt confictum & commenticium exiſtimem. Nihil namq; in illo comperio, ex quo capiam ſimulationis ſpecimen: neq;, meo iudicio, rationes, quibus fictus aſſeueratur, euincunt. Quin nonnullæ manifeſto ſunt falſæ, ex falſa interpretatione deductæ. Neq; enim hic libellus affirmat, Cyrū fratrem fuiſſe Darii. Neque Priſcum Artaxerxem Aſſuerum, filiū fuiſſe Darii Medi: ſed Darii tantum, nullo agnomine vel prænomine adiecto, nullaúe alia appoſita nota, qua potius de Medo Dario, quam de Perſa intelligere debeamus. Nec determinat hicce libellus, quoto loco quiſque regnauerit. Neque in ſummam colligit annos, quibus Perſicum imperium conſliterit. Sed dum illum

impugnantes ſibi perſuadent,hunc libellum fictum eſſe, & men-
dacem, omnia hæc addiderunt de ſuo, & crimina falſa obiecta-
runt:nam Metaſthenis verba ſic habent:

BAlth-Aſſare interfecto,regnauerunt ſimul Cyrus & Darius annis 160
duobus: inde ſolus Cyrus duobus & viginti. Filius Darii Priſcus
Artaxerxes Aſſuerus,annis viginti. Vltione interea ſumpta de factio-
ne Tamarica,quæ per dolum patruum tradiderat Tamyra. Huius
duo filii, Cyrus Artabanes,& Darius Longimanus,ſeptem menſibus pro
imperio dimicarunt: & ſeptimo menſe Longimano victoria ceſſit, re-
gnauitq́; annis ſeptem & triginta. Eius filius Darius Nothos,annis 19.
Magnus Artaxerxes Darius Mnemon, annis 55. Artaxerxes O-
chus, ſex & viginti. Noſtra ætate Arſes,annis 4. Darius vltimus, ſex
Magnus Alexander,qui tranſtulit imperium in Græcos,annis duode-
cim. Seleucus Nicanor,qui nunc agit 30.annũ,ſucceſſit toti Aſiæ ac Sy-
riæ. Hæc ſunt ꝓpria verba Metaſthenis,& verbũ nõ amplius addit.

* Quod ſi etiam hic libellus dixiſſet,quæ falsò dixiſſe accuſatur, 161
non mox totum,vt commentitium & fictum,explodendum & re-
iiciendum putarem. Neque enim quod in aliquo libro errores a-
liqui deprehendãtur, etiam ſi grauiſſimi ſint,mox ſubditus exiſti-
mãdus eſt partus. Alioquin vniuerſos hiſtoricorum & chronolo-
gorũ libros,ſuppoſitos exiſtimare licebit. Nã & ipſum verum Be-
roſum,Herodotum,Alexãdrum,Ioſephum,Euſebium,& alios no-
biliſſimos quosq;,multa peccaſſe in chronologia, Pererius nõ ſe-
mel admonuit. Nec mirum,inquit,in hoc offendiſſe nõnullos ve-
terum:etenim res lubrica,& ad lapſum ꝓcliuis, Chronologia eſt.
Multi labuntur inſcitia,quidã obliuione,nec pauci per incogitan-
tiã. Quaꝓpter ſi quid in deſcriptione tẽporum,antiqui ſcriptores,
cæteroqui diligẽtes,& docti,peccarunt,cum excuſatione humanę
imbecillitatis,liberaliter illis cõdonãdum eſt. Pererius indulgẽtior
hucuſq;. At miſero & infelici Metaſtheni,fortaſsè vt negligẽti &
indocto,nil omninò condonandum putauit, ſed ad coruos ſeue-
rus amandat.

Ego,vt dixi,longè aliter ſentio:& Metaſthenem præ cæteris o-
mnibus, qui de temporibus ſcripſerunt, & doctum & diligentem
diiudico. Quippè cui præ cæteris omnibus chronologis,cum diui-
na Scriptura in pluribus conuenire cõperiam. Imò vix in eo quid-

quam

quam inuenio, cui venia & condonatione ſit opus: locoq; vno tãtum excepto, ex quo iſti tot errores effodiunt, in reliquis nihil eſſe conſpicio, in quo cum præſtantiſſimo quoque Chronologorum decertare non queat. Et hunc locum ſenticoſum, quem eximo, quique, vt ſupradicti notarunt, auius à vera longè ratione vagatur, non Metaſthenis incogitantia aut inſcitia, ſed vel tranſcribentis librarii, vel interpretis ſtupiditate, vel ſcioli cuiuſpiam audacia, corruptum & obcæcatum fuiſſe autumo, vt clara, quę mox indicabimus, teſtantur, quæ remanſerunt, veſtigia. Verum ordine, quo fuerunt oppoſita, vitia Metaſthenis diluamus. Orantes & obſecrãtes lectorem, vt factione quarumlibet partium, & vitioſa contentione depoſita, ſolo aſſumpto veritatis ſtudio, ſe benignum auditorem ac placidum, & iudicem non iniquum exhibeat: & ritè examinatis rationibus, non palmam autoritati dicentium, ſed dictorum probabilitati concedat. Sepè namq; (vt eſt in prouerbio) Eſt holitor opportuna locutus. Superuacaneuſq; eſſet (vt inquit Fabius) in ſtudiis longior labor: ſi nihil liceret melius inuenire præteritis. Ideò verò, quàm cum cæteris omnibus, libuit maximè cum Pererio confligere, viuo atque doctiſſimo viro, & multis nominibus obſeruabili: ne, ſi ſolum certaremus cum mortuis, illud Plinii diceretur de nobis: Cum mortuis non niſi laruas luctari.

163 * Opponit primò Pererius, nullum veterum meminiſſe Metaſthenis. Sed numquid ex hoc argumento, fictum fuiſſe, neceſſariò conſequitur? Manilii (quod annotauit Scaliger) nullus eorum, qui extant, veterum meminiſſe comperitur. Non etiam ipſe Sidoniųs, qui omnes penè ab vltima vetuſtate vsque ad ſua tempora poetas recenſuit. Non vllus veterum grammaticorum: cum alios Manilio inferiores & ætate & ſcriptione, in teſtimonium vocauerint. Et tamen Manilii eſſe fœtum Aſtronomica, quis ſanus negabit? Præterea Chriſtophorus Bruno, qui ea, quæ clariſſimo hiſtorico Quinto Curtio temporis detruncarat iniuria, ſua induſtria & diligentia ſuppleuit, in epiſtola nuncupatoria ad Albertum Comitem Palatinum, Iure ſe mirari, præfatur: Quintum Curtium neque à Quintiliano inter ſcriptores Romanos propter phraſin vetuſtioribus ſimillimam, recenſeri: nec à quoquam alio veterum eius mentionem fieri. Sed numquid commentitiũ ex hoc, &

confictum Quintum Curtium dicemus? Miratur & Beatus Rhenanus, in vita Velleii Paterculi, Quintilianum non meminiſſe operis Velleii Paterculi, quod M. Vinicio dicauit. Neque vllum (quod ſciat) ſcriptorum, Velleii meminiſſe teſtatur, dempto Tacito, qui Philippolim vrbem à Velleio liberatam ſcribit. At Tacitus non Caium Velleium, ſed Publium hoc feciſſe narrauit.

* Quod autem argumentatur Ribera, Metaſthenem hunc Annianum, vel ex nomine commentitium conuinci, & Megaſthenes dicere debuiſſe, qui gentes machinaretur eludere: Bardus ſanè fuiſſet impoſtor, qui ſe Perſam eſſe profeſſus, & rerum Perſicarum chronologum, Megaſthenem ſi ſimularet, qui Græcus fuerit, & de Indicis rebus ſcripſerit: vt conſtat ex Plinio ſeniore, capite decimo ſeptimo, libri quinti Naturalis hiſtoriæ. Sed numquid ſi ſe quoq; Græcum, & Megaſthenem eſſe finxiſſet, calumniam impoſtoris vitaſſet, aut fidem maiorem meruiſſet? Strabo quidem Megaſtheni, & Deimacho, præ cæteris omnibus, qui de Indicis contexuerũt hiſtoriam, fidem abrogandam decernit. Hi ſunt enim, inquit Strabo, qui homines cubantes in aure, & oris atq; naris expertes, ſuis ſcriptis & hiſtoriis commendant: ſimul & monoculos, & tibiis proceros, & digitis retro inuerſis. Innouarunt etiam Pygmæorum aduerſus grues decantata pridem ab Homero prælia. Trium etiam palmorum homines aiunt. Iſti pręterea formicas aurum effodientes, & Panas cuneato capite: ſerpentes, qui boues & ceruos vna cũ cornibus deglutiant. Hactenus Strabo, libro ſecundo Geographiæ. En nomen, quo confictus libellus gentes decipere potuiſſet, ſi ʒam fuiſſet cautus impoſtor, vt Tau in Gamma mutaſſet: aut ſi nõ tranſcribentium errore, & vitio (vt ſuſpicatur Becanus) Gamma in Tau commutatum fuiſſet. E Megaſthene quippè Metaſthenem, & ex Indicis Iudiciis prodiiſſe vitio tranſcribentium, exiſtimat. Sed quo fructu & vtilitate, id de hoc libro ſuſpicetur, ignoro: niſi vt ſecum liber ipſe pugnaret, & mendacia manifeſta conuolueret, qui ſe Perſam eſſe profeſſus, Græci titulum præferret autoris. Nam ſi Perſam fuiſſe Megaſthenem, vult Becanus, contra Plinii ſententiam, & autorem huius fuiſſe libelli, nil moror quo dicatur vocabulo, & Megaſthenem proferas, aut Metaſthenem: quæſtio eſt etenim de lana caprina. 164

Neque

165 * Neque Si Beroſum mirificè laudat Metaſthenes, (vt Pererius opponit,& Becanus cõtumeliis inſtructior, quam rationibus, petulanter cauſatur) confeſtim neceſſariò conſequitur, nullatenus diſſentire debuiſſe. Præcipuè cum fuerit præfatus: Hunc vnũ, vel maximè hunc vnum, Perſas tunc ſequutos fuiſſe. Quippe cum, *vel maximè*, dixit, non ſemper, ſed præcipuè, ſignificat. Verum illud quæſtionem abſoluit, quod Metaſthenes ipſe teſtatur: in regũ Aſſyriorum catalogo, tantummodo vſq; ad Sardanapalum, vſum fuiſſe autore Beroſo, reliquos ad imitationem Beroſi, ex Suſiana bi-
166 bliotheca eruiſſe. * Sed numquid nõ etiam Ioſephus, lib. 1. contra Appionem, mirificè commendat Beroſum, & iis notum eſſe teſtatur, qui doctrinæ & eruditioni congaudent? Et tamen de eorumdemmet regum annis, quam diſſentiat Metaſthenes, multo plus à Beroſo diſſentit. Nam libri decimi Iudaicarum antiquitatum capite duodecimo, cum de Nabuchodonoſor retuliſſet eadem ipſa verba Beroſi, quæ in libris contra Appionem retulerat, hæc tamẽ è veſtigio ſubiungit. Abilamarodacho poſt decimumoctauum regni ſui annum defuncto, Negliſſar filius ſucceſſit. Cũq; regnaſſet annos quadraginta, vitam cum morte mutauit. En, vt Euilmerodacho, nunc duos ex Beroſo Ioſephus, nunc octodecim regni annos attribuat. En itidem, vt Nigliſſarum, nunc leuirum Euilmerodachi, nunc verò filium fuiſſe decernat (vt etiam decreuiſſe Metaſthenem, Becanus iniurioſus accuſat) & modo quatuor annis regnaſſe, modo quadraginta conſtituat. Vt Beda meritò dubitauerit, in libro de Sex ætatibus mundi, annè ſic Ioſephus ſcripſerit, an verò codex fallat mendoſus. Quin etiam & Franciſcus Ribera, qui Metaſthenem (vt eſt dictum) exagitat: in illud *Z*achariæ primo capite: Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt? ipſius quoq; verba Beroſi apud Ioſephum, lib. 1. contra Appionem, in iſtorum regum temporibus, eſſe deprauata, determinat. Cum Ioſephus ſemper affirmet, templum ſeptuaginta annis iacuiſſe: ex verbis autem Beroſi, ſexaginta ſex colligantur. Et hoc, ſi deſolationis anni à primo Nabuchodonoſoris imperii anno computari potuiſſent, vt nonnulli perperam computarunt. Nam ſi à decimonono inchoëntur, vt debent re vera inchoari: quadraginta nouem tantummodo, ex Beroſi computatione conſtabunt. Sed ſi negligentia & ignauia librarii

Zach. 1. 12.

corrupit Ioſephum: cur maligni, non & Metaſthenem eandẽ corrupiſſe, credamus? Et ſi verba Beroſi non extant: quo pacto iudicare poterimus, an Metaſthenes ab illo diſſentiat? Sanè quæ Metaſthenes tradit de annis horum regum Chaldæorum, de hærede Euilmerodachi, & de Balth-Aſſare interfecto, longo ſunt interuallo veriora, quàm quæ tradit ex Beroſo Ioſephus, lib. 1. aduerſus Appionem: vtpotè diuinæ Scripturæ, & (vt paulo poſt oſtendemus) ſacris autoribus cohærentia. Cum ea, quæ Beroſus ſcribit, & Becanus tanquam certa amplexatur, Illum leuirum, non filium, fuiſſe: hunc autem indulgentia victoris Cyri, in Carmaniam abiiſſe:
Ier. 27. 7. nugas eſſe, & mera mendacia, teſtimonio Ieremiæ & Danielis di-
Dan. 5. 30. uino & indubitabili teneamus.

* Quid porrò ſi daremus Pererio, Metaſthenem in monarchia 167
Perſarum, ab omnibus tum Latinis, tũ Græcis, melioris notæ ſcriptoribus (vt Pererius obiicit) diſcrepare in regum numero, in annis, in nominibus, in rebus geſtis, deniq; in ipſius monarchiæ tempore & diuturnitate? Num mox totũ explodendum dicemus? Nũ ex hoc cõmentitium putabimus? Cui debuit cõſentire Metaſthenes, vt ab aliis non diſſideret? Fortaſsè cæteri autores, quos notæ melioris appellant, conſentiunt in omnibus inter ſe? Diſſentiunt proculdubio quàm maximè: neq; duos inter omnes inuenias, qui nõ ſibi aduerſentur in aliquo. Quinetiam (vt Ioſephus notauit) libris quoq; ſe inuicẽ arguunt, & valde contraria de rebus eiſdẽ non piget eos dicere. Nec facile eſt explanare, ꝙ in locis de genealogiis Hellanicus diſcrepet ab Acuſilao: & in quãtis Heſiodum corrigat Acuſilaus: & quomodo Ephorus Hellanicum oſtendit eſſe mẽdacem: Ephorum verò Timæus: Timæum qui poſt illum fuêre: Herodotum verò cuncti: Sed neq; de Siculis cum Antiocho & Philiſto aut Callia, Timæus cõcordare dignatus eſt: neq; rurſus de Atticis, hi qui Attidas ſcripſerunt: aut de Argolicis, qui de Argis hiſtoriã protulere, alterutros conſequuti ſunt. Et quid oportet (inquit Ioſephus) dicere de ciuitatibus, breuibusq; rebus? quãdo de militia Perſica, & his quę in ea geſta fuêre, tantũ probatiſſimi viri inter ſe diſcrepaſſe noſcuntur: In multis quoq;, ceu fallax, etiã Thucydides accuſatur licet ſcrupuloſiſſimã ſui tẽporis contexuerit hiſtoriã.
* Et Ioſephus quidẽ hucuſq;. Cũ Dionyſius Halicarnaſſeus in Ro- 168
manis

manis antiquitatibus ſequutus ſit Fabium Pictorē, Cincium, Catonem,& Antiatem, Varronem, Tuberonem,& alios, quos & Liuium ſequi non piguit: nónne ſæpè negligentiā eorum ex temporū ſupputatione coarguit, vel ex aliis non malis rationibus? Diodorus Siculus lib.3. Cteſiam & Clitarchū, alioſq; de rebus Medorum ac Chaldæorum, inuicē diſcrepātes inducit. Et Plutarchus in vita Artaxerxis, variis Cteſiā fabularū commentis, & maximè à ratione abhorrētibus, libros ſuos referſiſſe affirmauit. Canus in loco citato, Diodorum multū ac ſæpè nugari in hiſtoria, non dubitat. Et Plutarchus (inquit) ſcriptor alioqui verax, in rebus Græcorū illuſtrādis,& cæcutire & fingere interdum videt. Quod tum in opere de vitis illuſtrium Græcorum & Romanorum, tum in Paralellis, Ludouicus Viues animaduertit. Enricus Glareanus diligēter oſtēdit, Titum Liuium in notandis conſulibus, conſulumq; annis, frequenter erraſſe. Quid plura? nónne in Cytipædia Xenophon omnibus aduerſatur? vnde, excluſus ex hiſtoricorum catalogo, ad Philoſophos ethicos relegatur. Et tamē Xenophontē Pererius, lib.7. in Danielem, hiſtoricis omnibus anteponit: ſiquidē anteponit Herodoto, quem cęteri omnes hiſtorici in hiſtoria Cyri ſequunt. Etſi fortè oblitus Pererius eorū, quæ prius aſſeruerat, cōtrariū aſſerere videatur: cū lib.13. de Cyri regno pertractās, non ad veritatē hiſtorię, ſed imaginē iuſti imperii, Xenophontem ſcripſiſſe teſtat. Vbi doctè & diligenter Pererius, vt cętera quęq; demonſtrat, in numero regū Perſarum, inq; illorū annis imperii, inq; monarchiæ duratione, ſcriptores Hebręos, Gręcoſq;,& Latinos, plurimū diſſētire.

169 * Nonnulli quippè Hebræorum, tres tantum Reges in Perſide monarchiam obtinuiſſe putarunt: Cyrum, Aſſuerum, Darium, quem Magnus Alexander obtinuit. At his Rabbi Salomon,& Lyranus, Cambyſem adiungunt. Tertullianus quinq; reges enumerat. Hieronymus quatuordecim ponit, ex frequenti Chronologorum ſententia. Cur ergò tā mirum habetur, ſi inter tot opiniones diſcordes, Metaſthenes octo reges poſuiſſet? aut cur præ cæteris omnibus, ex hominum communitate, nedum Chronologorum ex albo, exterminari meruiſſet?

170 *De Annis quoq; ſingulorū regum, mirificè ſcriptores diſcordant. Receptior quippè ſentētia eſt, Cyrū triginta annos regnaſſe.

At,quamuis non oppidò multum,Herodotus & Sulpitius diſſentiunt: hic enim annum vnum adiecit,ille contra annum vnũ ſubtraxit.Sed quantum diſcordant Hebræi? quibus & Lyranus aſſentit:qui Cyrum tres annos duntaxat,imperium tenuiſſe decernunt? Et vt hos,hiſtoriarum ignorantiſſimos, ac meros mythographos, omittamus:Xenophon, grauiſſimus autor,nónne Cyrum ſeptem annos regnaſſe,libro octauo Cyripædiæ affirmauit? Quid autem ad imaginem iuſti imperii,hoc habeat philoſophiæ,non video: ſi cum Cyrus triginta annos regnaſſet,ſeptem Xenophon imperaſſe confinxerit. Nec minor diſcrepantia & varietas, de regum reliquorum temporibus,inter Chronologos inuenitur.

* Diſſentiunt ergò de ſingulis, nec conſentiunt de monarchiæ 171
duratione.Hebræi enim & Lyranus aſſeuerant,Perſarum monarchiam & imperium, à Cyro ad Alexandrum Macedonem, minus centum annis duraſſe. Tertullianus,ſex ſupra centum.Iſidorus,octoginta nouem ſupra centum ſtetiſſe, commemorat. Dionyſius Halicarnaſſeus,non ducentos exceſſiſſe teſtatur. Clemens autem Alexandrinus,quindecim ſupra ducentos aſſignat. Strabo atque Sulpitius Seuerus,ad ducẽtos & quinquaginta protendunt. Et ſolus accuſatur Metaſthenes,& ſchiſmatis inſimulatur:quod(vt iſti, qui eum accuſant,putarunt) centum ac nonaginta vno annis, imperium Perſarum ſtetiſſe prodiderit. Adeò eſt verum Hiſpanorum prouerbium: *Para los deſdichados ſe hizo la horca.* Cur enim plurimorum peccatum(Si peccatum eſt diſcrepare)in vno Metaſthene vindicatur?& pro cunctis,quaſi catharma,ac velut anathema, deuouetur?aut tanquam opotropęon,& ceu caper emiſſarius,abigit?

* Ego Magis Straboni conſentio,qui libro ſecũdo Geographię, 172
Eratoſthenis,Patroclis,Hipparchi,Megaſthenis,atque Deimachi, Oneſicriti,Nearchi,& aliorum,diſcrepantiam pertractans,ſic ait: Haud ſanè mirãdum eſt, ſi credibili quoquam fiat aliquid credibilius. Et ſi eidem in aliis quidem credimus,in aliis verò credere negamus: cum firmius quiſpiam aliquid adiecerit.Eſt enim ridiculũ, ſi putes, per multam admodum diſſonantiam id effici,vt ipſi diſſonantes minus ac minus fidei conſequantur.Id eſt,in omnibus,quę dixerunt,fidẽ vniuerſim amittãt.Ex omnibus rerũ Alexandri Magni ſcriptorib⁹(vt teſtatur Arrianus libro primo)quæcunq; Ptolemæus.

mæus Lagi,& Ariſtobulus Ariſtobuli conſentientes prodiderunt eſſe veriſſima exiſtimantur. Ariſtobulus enim regiæ expeditionis fuit ſocius: Ptolemæus verò,& ipſe quoq; regem eo bello comitatus eſt,& poſt regiam dignitatē obtinuit. Et tamen libro quarto Arrianus,de Calliſthenis morte ſic inquit: Scribit Ariſtobolus, Calliſthenē compedibus vinctum duci iuſſum,paulò poſt morbo correptum interiiſſe. Ptolemæus primo tortum, deinde ſuſpenſum vitam finiuiſſe. Ita nec hi quidem ſcriptores,quorum magna eſt authoritas,quiq; tum ambo apud Alexandrū eſſent,de re tam manifeſta conſentiunt. Vt mirandum non ſit, ſi cæteri ſcriptores non eodem modo iſta narrauerint.

173 * At(inquiunt)excuſationem non habet, q Metaſthenes iſte Annianus,qui polliceatur,ſcripturum ſe regum Perſarum tempora,vt in annalibus publicis liquidè & verè digeſta ſunt, reges quoq; & nomina eorum,quàm apud eos ſplendidiſſimè regnatū eſt, & tamen eos reges omittat,qui in Perſis magnificentiſſimè & ampliſſimè regnauerunt. Nempe Cambyſem, Darium Hyſtaſpis, & Xerxem: pro quibus omnibus vnum ſubſtituit Priſcum Artaxerxem Aſſuerum,qui,qualis à Metaſthene pingitur, nullus vnquam extitiſſe narratur. Ecquis enim (interrogat Canus) eſt iſte Priſcus Artaxerxes Aſſuerus?qui patrem habuit Darium,patruum Cyrum, cui in regno ſucceſſit? qui viginti regnauit annos,& duos filios ſortitus aſſeritur, Cyrum Artabanum,& Darium Longimanum? Nullus quidem præter Cambyſem,alius eſſe poſſe videtur: de quo antea Metaſthenes dixerat: Cyrum & Darium, ſex annos prius quam Babylonem caperent,bellum Tamyræ reginæ illaturos,regnum Perſicum Cambyſi filio reſignaſſe. Idq; etiam hiſtoricorum omnium conſenſione proditum eſt, Cambyſem ſtatim à Cyro,Perſarum imperium tenuiſſe. Ergo Priſcus Artaxerxes (ait Canus)idem qui Cambyſes fuit. Verumtamen, quæ de hoc ſiue adiuncta, ſiue præcedentia,ſeu ſequentia ponuntur, adeò ſunt à Cambyſe aliena, vt etiam contraria videantur. Darius enim Cambyſis pater non fuit, ſed Cyrus: id quod vniuerſi ſcriptores,Græci atque Latini, teſtantur. Et illud argumento eſt non leui, quod Cyri parenti Cambyſes nomen fuit. Darius autem maiorem vllū nō habuit, qui Cambyſes appellaretur. Eſt etiam & illud indicio:

quod Dario mortuo non Cambyſes,ſed Cyrus ſucceſſit. Præterea cum monarchia à Medis in Perſas per Cyrum fuerit translata, ecquo pacto veriſimile ſit, filium Darii Medi in Monarchiam ſucceſſiſſe,filium Cyri Perſæ non ſucceſſiſſe? Sed & illud apud hiſtoricos omnes,notiſſimum & exploratiſſimum eſt, Darium regem Medorum,prole virili caruiſſe.

*Simile eſt(inquit Canus)quod deinde Metaſthenes ſubiicit: 174
Cyrum patruum fuiſſe huius Artaxerxis Aſſueri. Fuerunt igitur, iuxta Metaſthenem,Cyrus Perſa ac Darius Medus germani fratres? Quod cum ratione etiam pugnat, & authores vniuerſi alios parentes Dario Medo, alios Cyro Perſæ aſſignarunt.

*Quod rurſum addit: Artaxerxem iſtum viginti annos regnaſ- 175
ſe,hiſtoricis item omnibus aduerſum eſt: quæ Cambyſem tantúmodò ſeptem,vel ad ſummum octo annos regnaſſe,cómuni ꝑdiderunt conſenſu. Meritò igitur hunc Artaxerxem, vllum fuiſſe, quidam negarunt: quoniam qualis à Metaſthene pingitur, re vera nullus vnq̃ extiterit. Qui etiam ſi vllus fuiſſet, & à Cyro ſtatim regnauit,Longimani pater eſſe non potuit. Ecquis enim vertat in dubium,poſt Cyri & Cambyſis imperium,Darium,Hyſtaſpis filium, regnaſſe, huicq; Xerxem ſucceſſiſſe in imperio? His Canus argumentis Metaſthenem, & eius authoritatem conquaſſat.

*Verùm hæc argumenta (ni fallor) etſi grauiora ſuperioribus 176
videantur, ſi tamen aurificis ſtatera,non populari trutina, examinentur, leuiora ſunt,quam vt fidei Metaſthenis & authoritati ꝑponderent, quamq; vt numus adulterinus, infringendus & abiiciendus habeatur. Primò namq;(vt exordiamur ab vltimis) non omnibus aduerſatur hiſtoriis,Cambyſem viginti annos regnaſſe. Clemens etenim Alexandrinus,primo Stromatum, vndeuiginti annos imperaſſe affirmauit. Nec verò credibile eſt, id ſua ſponte Clementem dixiſſe: ſed veteris atque grauioris cuiuſpiam ſcriptoris authoritate permotum.

Quid porrò ſi(vt Pererius,& Canus,& Vergara, atque alii, decernunt)Metaſthenes Darium Hyſtaſpis,& Xerxẽ, omninò prætериiſſet? anne ex hoc tantummodo errore, dignus eſt qui adulterinus putetur? qui partus habeat ſuppoſitus? qui in omnibus authoritatẽ amittat? Aut cur non item ſuppoſiti, & adulterini habebuntur

buntur,& in omnibus authoritatẽ amittent, vniuerſi Hiſpani hiſtoriographi,tùm veteres,tùm etiam recentes? omnes ſiquidẽ in cõputatione regum Nauariæ, duos ꝑterierunt: dum Sancio,cui Abarca cognomentũ fuit,Garſiam, qui appellatus eſt Tremulus, filiũ attribuunt,& in regno ſubſtituunt? Cùm ex antiquis ipſorũmet regũ diplomatibus,exq; aliis vetuſtis monumentis ac titulis, cõſtet: Garſiam Tremulũ non filium fuiſſe, ſed verò pronepotem Abarcæ: interq; hos alium Garæam,aliumq; Sancium regnaſſe.

178 * Sed neq; hoc etiam eſt certum,ꝙ iſti pro tam certo conſtituunt: Cambyſem, Darium Hyſtaſpis,& Xerxem,in catologo regũ Perſarum fuiſſe à Metaſthene prætermiſſos. Ego viſus ſum brevioris,vt, etiam ab ætate ineunte,ſi longiuſculè proſpicere velim, vti conſpicillis oporteat,& tamen apud Metaſthenem hos tres reges non obſcurè conſpicio. Conſpicietq; apertiſſimè quisquis narrationem, atque verba Metaſthenis,ab imis ad ſuperiora conſcendens,mecum in hunc modum diſpexerit.

179 * Artaxerxi,ſeu Dario,Longimano patrem fuiſſe Xerxem, extra quęſtionem eſt: vtpotè cõmuni ſcriptorũ teſtimonio & conſignatione firmatnm. Ergo cum ſcribit Metaſthenes, duos filios Artaxerxi fuiſſe, Cyrum Artabanem, & Darium Longimanum, nullus locus dubitationi relinquitur, quin iſte Artaxerxes ſit Xerxes. Præcipuè verò cùm Xerxem,dictum quoq; fuiſſe Artaxerxẽ, Thucydides & Ioſephus prodiderint. Libro namq; primo Thucydides,poſtquam epiſtolã retuliſſet, quam Xerxi Pauſanias ſcripſerat,hæc verba continuò ſubiungit,ſi non codex fallit mendoſus: His Pauſaniæ literis lætatus eſt admodũ Artaxerxes. Ioſephus autem,libro vndecimo Iudaicarum antiquitatum, capite quinto, affirmauit: Regem,qui in Hieruſalem Eſdram miſit & Nehemiã, hunc eundem Xerxem fuiſſe, qui in libris Eſdræ & Nehemiæ,Artaxerxis nuncupatur vocabulo. Adhæretq; Ioſepho Sabellicus,libro tertio Enneadis tertiæ.

Cognomentum verò Aſſueri, ab atauo, rege Medorum, Xerxes accepiſſe videtur. Nam,vt conſtat ex Daniele, Aſtyages dictus eſt Aſſuerus. Qui quidem pater Mandanis,auus Cyri,proauus Atoſſæ, atauus deniq; Xerxis fuit. Dan.9.a.

180 * Priſcum autem vocat Xerxẽ Metaſthenes,vt etiã Plutarchus vocauit

vocauit,in vita Mnemonis Artaxerxis, de Cyro iuniore ſic inquiens: Nitebatur Paryſatis haud ſanè probabili ratione,ea,qua olim Xerxes priſcus,Demaratho authore,eſt vſus. Arſicam ſe priuato, Cyrum regnanti Dario peperiſſe. Aut cum Priſcum vocat Metaſthenes,vim vocis Artaxerxis explanat, de qua Leonicus in varia hiſtoria,libri tertii capite quadrageſimo primo, ſcriptum in hunc modum reliquit: Artæos Perſæ eos vocant, vt Stephanus in Ethnicis ſuis ſcribit, quos Græci Priſcos, & antiquos Heroas appellant. Inde compoſitis nominibus,nobiles apud illos Artaxerxæ,& Artabazi ſunt cognominati.

* Sed & illud cohæret aptiſſimè,huncq; Priſcum Artaxerxem 181
Metaſthenis,Xerxem fuiſſe, manifeſtè declarat, quod,iuxta teſtimonium Metaſthenis, annos viginti regnauerit. Totidem quippe Xerxi tribuerunt, Diodorus, vndecimo libro, Euſebius Cæſarienſis, in Chronicis, Sulpitius, libro ſecundo; Oroſius,libro ſecundo,capite nono; Iſidorus,libro Etymologiarum quinto, vltimo capite; Beda, in ſex ætatibus mundi. His Sabellicus in loco
2.Eſd.5.14. citato, & turba Neotericorum, accedit. Ex quo apparet, Eſdram & Nehemiam, non fuiſſe miſſos à Xerxe: cum capite quinto Nehemiæ, anni ſecundi & triceſimi Artaxerxis mentio habeatur.

* Quod autem Metaſthenes Artabanum, filium fuiſſe Xerxis 182
ſcribit, cùm Principem ſtipatorum Diodorus, Trogus Præſidē fuiſſe,retulerint, nihil habet cōtradictionis: nam & filius eſſe potuit, & Præſes. Vt Hyſtaſpis(teſte Diodoro) eiuſdem Xerxis legitimus filius, Satrapiam Bactrianorum gerebat. Et Tithraciſtes ſpurius,dux & princeps exercitus fuit, quem ex Phœnicia,Cypro Ciliciaq;,Xerxes aduerſus Græcos coëgerat. Imouerò quæ deAr-
4.Reg.19.37. tabano Metaſthenes tradit, multo ſunt veriſimiliora. Mihi quidē
Iſa.37.38. quæ Trogus enarrat, aſyſtata & incōuenientia videnť. Nec etiam veritati repugnat, quod Xerxem Artabanus occiderit : nam & filii Sennacheribum:& Iulium Cęſarem,Brutus:& Pruſiam,regem Bithyniæ, Nicomedes: interemerunt. Et vtinam non tot millia exemplorum, filiorum patricidarum exiſterent.

Ergo Indubitatè teneamus: Hunc Priſcum Artaxerxem Metaſthenis,nō(vt Canus voluit)Cambyſem,nō (vt Carion)Hyſtaſpis Darium

Digitized by Google

Darium: ſed verò Xerxem fuiſſe, patrem Darii Longimani, ex cõmuni hiſtoricorum ſententia. Sed adhuc conſcendamus ſuperius, & an Xerxis pater conſentiat, vt conſenſit filius, videamus.

183 * Nullus ſcriptorum (quod ſciam) alium Xerxi, prẹter Darium Hyſtaſpis, vnquam patrem attribuit. Cur ergo cùm ſcribit Metaſthenes: Artaxerxem filium fuiſſe Darii, Darium Medum ſignificare dicemus? tot rerum repugnantia obſiſtente, tot incõmodis ſuppullulantibus? Cum ſi filium intelligamus Darii Hyſtaſpis, cuncta fermè plana ſint & aperta, cunctis protinus conſentiat Metaſthenes cuncta deniq; pacata reddant? Sed tres ſunt potiſſimum cauſæ, quæ Vergaram, Canum, Pererium, de Medo interpretari induxerunt. Prima quidem, quoniam de Medo dudum Metaſthenes in hunc modum intulerat: Bals-Aſſare interfecto, regnauerunt ſimul Cyrus & Darius annis duobus: inde ſolus Cyrus duobus & viginti. Secunda, quod ſtatim poſt Cyrum, Priſco Artaxerxi Metaſthenes regnum tradere videret: cum tamen ante Xerxem poſt Cyrum, Cambyſes, & Darius Hyſtaſpis regnauerint. Tertia cauſa fuiſſe videtur, quia ſi nominans ſecundò Darium, patrem Artaxerxis Aſſueri, filium Hyſtaſpis ſignificaſſet Metaſthenes, appoſuiſſet vtiq; annos eius imperii, vt aliorum regum omnium appoſuit. At cum prætereat Cambyſem, nec eius annos imperii, nec annos Darii Hyſtaſpis annumeret, conſentaneum eſſe videtur, appellatione Darii præcedentem ſignificaſſe, cuius iam annos imperii tam exacta computatione digeſſerat.

184 * Verum prima ratio non impedit, quin, cum legimus ſecundò Darium, filium Hyſtaſpis intelligamus: quando ex his quæ mox ſubſequuntur, hunc intelligere ſit neceſſarium. Quemadmodum apud Matthęum, vbi dicitur capite primo: Ioſias genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis. Et poſt transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel: vt lites nonnullæ ſedent, non vnũ: ſed duos Iechonias recenſuiſſe, & intellexiſſe Matthęum, probabilior ſententia expoſitorũ decreuit. Matth. 1. 11.

185 Poſtremæ duæ rationes & cauſæ, vrgentiores eſſe vident. Nimirum, prætermitti Cambyſem, & eius atq; Darii Hyſtaſpis tempora in annorum cõputatione monarchiæ Perſicæ deſiderari. At ego firmiſſimè credo, hunc errorẽ non fuiſſe Metaſthenis, quem

vtiq; Cambyſes non latuit, neq; Cyro ſucceſſiſſe ignorauit. Quip-
pe cùm, conſentiens, Herodoto, iam antea manifeſtè protulerit:
Cyrũ & Darium, Tamyrę reginę bellũ inferentes, Perſicum regnũ
reſignaſſe Cambyſi filio. Cyri filio, vt omnes ſcribunt: nõ (vt Ver-
gara cũ aſſeclis, falsò intellexerunt) Darii. Quod ſi etiam nõ con-
ſtaret aliunde, vtriusnam filius eſſet Cambyſes, Cyri ne, an verò
Darii: ex ſerie verborum Metaſthenis, iuxta iuris atq; legum prę-
ſcriptum, Cyrus illum vendicare potuiſſet. Cum vtrumq; coniu-
gens Metaſthenes, ſemper Cyrum in nomenclatione prętulerit.

* Tenemus ergo ex Metaſthene apertè & nominatim, non 186
octo, ſed vndecim reges Perſarum. Cyrum. Cambyſem, Darium
Hyſtaſpis, Artaxerxem Aſſuerum, ſeu Xerxem, Cyrum Artabanẽ.
decertantem de imperio, Darium Longimanum. Darium Nothũ,
Magnum Artaxerxem, Darium Mnemonem, Artaxerxem Ochũ,
Arſen, & Darium vltimum, qui Perſarum imperium amiſit. Omi-
ſit autem Metaſthenes Magos fratres Xerxem ſecundum, & Sog-
dianum, vt omiſit quoq; Thucydides. Nam, ſi me non fallit me-
moria, fefellit quidem Pererium, cum libro decimotertio Com-
mentariorum in Danielem, vbi reges Perſarum recenſet, affir-
mat, hos reges Thucydidem expreſsè atq, nominatim poſuiſſe,
Artabanum, Xerxem ſecundum; & Sogdianum. Horum enim, &
Magorum ſeu Smerdis, nullam fecit Thucydides mentionem.
Neq; immeritò prætermittuntur? nam regnarunt paucis diebus,
& his quoq; non ſine riuali.

* Ego Igitur apud Metaſthenem, in catalogo regum Perſarum, 187
nihil, præter annos Cambyſis, & annos Darii Hyſtaſpis, requiro.
Neque hos à Metaſthene prætermiſſos, ſed à properante aut oſci-
tante librario, vel à ſciolo quopiam audaculo, ſublatos & interce-
ptos exiſtimo. Nam, ſi me coniectura non fallit, Metaſthenes in
hunc modum ſcripſit.

B*ALT-ASSARE Interfecto, regnauerunt ſimul Cyrus & Da-
rius annis duobus: inde ſolus Cyrus duobus & viginti. Cambyſes
ſeptem. Darius triginta ſex. Filius Darii Priſcus Artaxerxes Aſſ-
uerus, annis viginti. Vltione interea ſumpta de factione Tamarica,
quæ per dolum patruum tradiderat Tamyra. Huius duo filii, Cyrus
Artaba-*

Digitized by Google

Artabanes, & Darius Longimanus, ſeptem menſibus pro imperio dimicarunt: & ſeptimo menſe Longimano victoria ceſſit, regnauitq; annis ſeptem & triginta.

Cum ſic igitur ſcripſiſſet Metaſthenes, antiquarius, dum properanter exſcribit, aut rem incurioſè pertractat, oculos (vt fit frequentiſſimè) ſaltu in vlteriora transmittens, à Dario in Dariũ tran-
188 ſiluit. * Vt etiam in Euangelio Matthęi, vbi adducit Iſaiæ teſtimonium, Hieronymus accidiſſe arbitratur. Cum enim legatur in Iſa. 42. 5. Iſaia, iuxta Septuaginta verſionem: Calamum fractum non conteret, & linum fumigans non extinguet, ſed in veritate educet iudicium. Splendebit, & non conteretur, donec ponat ſuper terrã iudicium, & in nomine eius Gentes ſperabunt. Pro quibus vulgata: Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt. In Matthæo tantummodò legitur: Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec Matth. 12. 20. eiiciat ad victoriam iudicium, & in nomine eius gentes ſperabũt. Ergo Hieronymus apud Iſaiam, hunc locum explanans, ſic ait: Quod autem ſequitur: Splendebit, & non conteretur, donec ponat ſuper terram iudicium: Matthæus Euangeliſta non poſuit. Siue inter iudicium & Iudiciũ media, ſcriptoris errore ſublata ſunt. Dionyſius Lambinus exiſtimat, ſcriptorem apud T. Lucretium, libro tertio de Rerum natura, tres verſus præteriiſſe, extremorũ ſimilitudine deceptum: cum duo verſus pari modo deſinerent his verbis, Sentire neceſſe.

189 * Quid etiam ſi Metaſtheni contigit, quod innumeris ſcriptoribus accidit? vt interpres è lingua in linguam transfundens, vel vel ſciolus hunc libellum exſcribens, nonnulla redundare arbitrati, dum locum ſe purgare arbitrantur, in illum haſce ſordes inuexerint? Et nominis æquiuocatione decepti (vt non paucis, nec indoctis impoſuit) eundẽ eſſe crediderunt Dariũ, de quo ſimul cũ Cyro Metaſthenes, & de quo poſt Cyrum ſcripſerat. Præcipuè cũ diceretur de vtroq;, triginta ſex annos regnaſſe. Tot enim Dario Hyſtaſpis Metaſthenẽ dediſſe, exiſtimare par eſt: cum totidẽ Herodotus illi, & Euſebius, & Sulpitius, tribuerit. Porrò de Medo

Metaſthenes iam antea in hunc modum præmiſerat. Apanda de-
uicto(vel, vt ſuſpicor legendum, defuncto) Cyrus & Darius re-
gnauerunt annis triginta ſex. Cum autem huius loci corruptor
vnicum mente concepiſſet Darium, conſequens arbitrari mox
fuit: Cambyſem pari modo & Aſſuerū, vnum tantum atq; eundē
fuiſſe, quandoquidē Cambyſes poſt Cyrū, nedum poſt Dariū Me-
dum, regnaſſet. Cambyſem ergò tollit de medio, nec Darium re-
petendū putauit. Tollit etiam annos vtriusq;, ratus, Darii fuiſſe
iam dictos, Cambyſis, cū nomine redundare. Sic audax & tumul-
tuoſa ignorantia omnia miſcet atq; conturbat, ſic hunc locū hiati-
bus implet, ſic lacunam atq; foueam excauat, in q̄ vel doctiſſimi
delabunt̄, in qua Metaſthenē ante mortē inhumant, illumq; exo-
ptant, terra defoſſū premat, grauiſq; tellus impio capiti incubet.
* Hæc porrò miſeranda calamitas, non vnum Metaſthenē tan- 190
tum, ſed authores nobiliſſimos quosq;, & Græcos & Latinos, op-
preſſit: nec codices etiam diuini ab illa exiſtimantur immunes.
Diuus etenim Epiphanius, in libro primo Panarii, ſecta octaua E-
picureorum, non ſolum euidenti ratione, ſed & codicum emen-
datiorum ſuffragio, oſtendit, apud Matthæum, in Chriſti genea-
logia vnam fuiſſe generationē ſubtractam. Et vbi cōſtanter nunc
Matt.1.11. legitur: Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmi-
gratione Babylonis. Et poſt transmigrationē Babylonis, Iechonias
genuit Salathiel, olim correctiora exemplaria ſic legiſſe, & nunc
legendū ſubindicat: Ioſias autē genuit Iechoniam & fratres eius.
Iechonias autem genuit Iechoniam in transmigratione Babylo-
nis. Et poſt transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Sala-
thiel. Sed aliqui (inquit Epiphanius) Iechoniam cū altero Iecho-
nia reperientes, numerum duplicatū eſſe putauerunt. Non extat
autem duplicatio, ſed numerus clarus. Eo enim nomine patris fi-
lius nominatus fuit Iechonias Iechoniæ. Itaq; detracto, ꝓ pietatis
ſtudio, vno nomine, ex ignorātia huc delati, defectuoſum fecerūt
propoſitū argumentū, iuxta numeri quatuordecim nominū pro-
miſſionē, & multi experimenti habitum corruperunt. Hæc Epi-
phanius. Cui Wilhelmus Lindanus, libro tertio de Optimo Scri-
pturas interpretandi genere, capite 4. Hieronymi interpretatio-
nē, & Roberti codicem Græcum, aſtipulari teſtatur. * Non in vnū 191
ergò

Digitized by Google


ergò Metaſthenem, ſed in omnes bonos autores, miſeranda hæc calamitas ingruit: vt, vel librariorum incuria, vel ſciolorum temeritate, vel interdum impoſtorum malitia, nunc ex literis, nunc etiã ex ſyllabis, nonnunquam & ex iuſtis ſententiis, malè omiſſis, aut non benè adiunctis, aut ex harum rerum metateſi, vel ex aliis pluribus cauſis, deprauati ſint & corrupti. Cuius rei innumera exempla facilè quilibet corrogabit ex ſcriptis & commentariis Sanctorum, & ex infinitis propemodum annotationum & caſtigationum libris, in grauiſſimos ſcriptores ferè omnes, à viris doctiſſimis elaboratis.

Quid ſi mures etiam aut tineæ, aut quiſpiam alius caſus è multis, qui libros interrumpere ſolent, hoc fruſtulum detraxerunt Metaſtheni? Quid ſi in vetuſtiſſimo libro, literas hoc loci detriuit, ac diluit edax rerum vetuſtas? vt multos autorum momordit: vixque antiquum ſcriptorem inuenias, niſi mutilatum ac lacerum, lacuniſque intermediis hiantem.

* Sed paruus adhuc reſtat ſcrupulus, veruntamen non prætere-
192 reundus. Nimirum, ſi Artaxerxes eſt Xerxes, qui fieri poteſt, vt Cyrus patruus eius fuiſſe dicatur? cum Darius (vt Pererius affirmat) diuerſæ fuerit familiæ á Cyri ſuperioris familia. Sed facilè hunc ſcrupulum remouet, ſcire, vocabulum Patruus varios gradus cognationis complecti. Eſt enim Patruus, & Patruus magnus, & Patruus maior, vel propatruus, & Patruus maximus, vel Adpatruus: vt diuus Iſidorus notauit, paragrapho peculiari de Patruis, lib. 9. Etymologiarum, cap. 5. Neq; ſolum fratres germani (qualis D. Fernando de Gueuara patri meo, fuit D. Antonius de Gueuara, ille notiſſimus Mindonienſis Epiſcopus) ſed fratres quoq; patrueles patris, vel aui, vel proaui, vel ataui, his iure nominibus appellantur.

193 * Cæterum (vt Trogus eſt autor) Darius, Hyſtaſpis filius, cum Perſarum priſtinis regibus, Cambyſe nimirum & Cyro cognatione coniunctus fuit. Et Prexaſpes apud Herodotum, lib. 3. moribũdus è turri, Cyri familiæ progeniem ab Achæmene deſcendiſſe, monſtrauit. Et idem Herodotus lib. 1. Hyſtaſpem Achæmenidam vocat, patronymico nempe vocabulo: quod ab Achæmene traxiſſet originem. Et Socrates apud Platonem, Alcibiade primo, ſeu De natura hominis, vniuerſos reges Perſarum vſque ad ſua

tempora, Reges fuiſſe ex regibus, refert, genusque duxiſſe ab Achæme. Non quod omnes filii regum extiterint: ſed quod omnes ſe cognatione contigerint, & omnes Achæmenidæ fuerint. Sed quid plura? nũquid non ipſe Xerxes, apud Herodotum in Polymnia, Artabanum in hunc modũ alloquitur. Artabane, ego etiã ſine te, quę dixi, conficiam. Neque enim fuerim Darii, qui fuit Hyſtaſpis, qui fuit Arſamnis, qui fuit Ariariamnis, qui fuit Teiſpei, qui fuit Cyri, qui fuit Cambyſis, qui fuit Achęmenis filius: niſi Athenienſes vltus fuero. Porrò Sulpitius Seuerus, libro Sacræ hiſtoriæ ſecundo, Darii patrem, & Xerxis aũum, Hyſtaſpem, Cyri fratrem patruelem conſtituit. Fuerunt ergò fratres Germani, Cambyſes, Cyri pater, & Arſamnes, pater Hyſtaſpis.



* Cyrus igitur patruus pa- 194
truelis Dario, Xerxi verò patruus magnus patruelis fuit. Et tamen ſimpliciter Patruum, Cyrum Metaſthenes appellauit. Vt Agoraſtocles adoleſcens apud Plautum in Pœnulo, Actus quinti Scena ſecunda, Hannonem Fœnum ſimpliciter appellat Patruum: qui tamen non germanus frater, ſed verò frater patruelis patris Agotaſtoclis fuit. Locus porrò Plauti ſic habet.

AG. Ampſigura mater mihi fuit: Iachon pater.
POE. Patrem atq; matrem viuerent, vellem tibi.
AG. An mortui ſunt? POE. factum, quod quidem agrè tuli.
Nam mihi ſobrina Ampſigura tua mater fuit.

Pater

Pater tuus is erat frater patruelis meus.
AG. Mi patrue ſalue. POE. Et tu ſalue mi Agoraſtocles.

Sicque deinceps perpetuò Hannonem Agoraſtocles appellat Patruum: neque Magnum, aut Maiorem adiungit. Sed & Seneca in Epitoma Romanorum geſtorum (quæ falsò. L. Floro tribuitur: vti conſtat ex Firmiano capite ſeptimo libri decimiquinti Diuinarum inſtitutionum) Amulium, abſque Magni adiectione, Romuli patruum vocauit: qui frater aui materni Romuli Numitoris fuit. Alexander Imperator Magnum forſitan addidiſſet. Is namque in lege priore. C. de Succeſſorio edicto, ſic ait: Si mater tua propter furorem ſuum patrui ſui bonorum poſſeſſionem non accepit: tu filius eius ad eorundem bonorum patrui magni poſſeſſionem ex edicto, quo prioribus non petentibus, ſequentibus permittitur, admiſſus es. Sed & verba Senecæ referamus. Amulius (inquit) regnabat, fratre pulſo Numitore, cuius ex filia Romulus. Igitur prima iuuentæ face patruum Amulium ab arce deturbat, auum reponit. Non ergò ſemper vocabulo Patrui, etiam ſi ex remotioribus ſit, nota gradus cognationis apponitur, ſed Patruus tantummodò nominatur: præcipuè verò, ſi neceſſum non ſit, gradum ipſum cognationis exprimere. Et quicunque ſuperiori gradu quẽquam è latere cognationis attingit, poterit eius Patruus vocari. Carent enim cognationis gradus nominibus propriis ac peculiaribus. Et, vt rectè Iuſtinianus Imperator admonuit libro Inſtitionum tertio, titulo De Gradibus cognationum: Longè facilius reſpondere eſt, quoto quiſque gradu ſit, quàm propria cognationis appellatione quemquam denotare. Scio quæ Iuris interpretes commententur in dictam legem priorem C. de Succeſſorio edicto, & alibi, de vocabulo Patruus: ſed quoniam, quæ diximus, ſatis ſunt, prudens ea libenter omitto.

194 * Nec eſt improbabile, Xerxem de perduellibus vltionẽ ſumſiſſe, qui ſe forſitan penetrarant in fugam, nec anteà oportunos ſe vindictæ præbuerant. At nonnulla me tenet ſuſpicio, id Metaſthenem de Dario Hyſtaſpis dixiſſe, quẽ Scythis bellum intuliſſe cõperimus: & quæ dicta fuerant de patre, fuiſſe in filium à corruptore tranſlata. Quoniam impoſſibile iudicauit, Darium, qui ante Cyrũ obiiſſet, illius necem vindicare potuiſſe. Neq; mirũ debet videri, ſi

Digitized by Google

Dan.13.65 Metaſtheni contigiſſe putemus, quod Pererius contigiſſe Danie-
li, capite decimo tertio,affirmauit. Nimirum,clauſulam illam: Et
rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes
regnum eius: præter rectam ſeriem hiſtoriæ, ac præter ordinem
temporum,illo in loco fuiſſe locatam.Eſſeque etiam alia nonnul-
la in eodem libro præpoſterè,confuſoque temporum ordine,col-
locata, & malè tranſpoſita.

* At Illud, vocabulo Patrui Cyrum ſignificari,non patitur: q 195
Metaſthenes poſt Scythicum bellum,Cyrum incolumen inBaby-
lonem adducit,& potitumChaldæorum imperio,multis annis ſu-
peruixiſſe teſtatur. Vt de morte Cyri Metaſthenes,non Herodo-
to, & opinioni vulgatæ,ſed verò (ſi non ego fallor) Xenophonti
aſtipnlari videatur. Fortaſsè Patruus iſte Metaſthenis, frater fuit
Hyſtaſpis Darii: qui dux ſui fratris, aut Cyri, per dolum Tamyræ
traditus ſit. Sanè Herodotus,fratres Dario & ſorores fuiſſe,com-
memorat.

* Ergo, vt longam diſputationem tandem redigamus ad ſum- 196
mam: Cambyſes, Darius Hyſtaſpis,& Xerxes, nõ ſunt à Metaſthe-
ne prætermiſſi,vt multi perperam intellexerunt. Quidam quidẽ,
vt autoritate Metaſthenis ex catalogo regum Perſarum hos tres
Reges exterminandos, putarent. Qualis fuiſſe mihi videtur,quiſ-
quis Breuiarium ſcripſit,quod Philonis nomine circumfert. Qui-
dam verò,vt Metaſthenẽ ipſum, tanquã rudem, ignorantẽ, men-
dacem,deniq; vt commentitium & falſum, ex albo Chronologo-
rum expungerent,& omni autoritate priuarent. Neq; ſatis mirari
queo, Vergaram, Canum, Pererium, & alios doctiſſimos & pru-
dentiſſimos viros, ſibi perſuadere potuiſſe, autorem huius libelli
(etiam ſi ſuppoſitor fuiſſet) hos tãtum nuſquam habuiſſe obuiam,
illoſq; penitus ignoraſſe,vulgatiſſimos regum Perſarum, &, ſi li-
ceat dicere,triuialiſſimos: qui cætera ferè omnia, quæ ſcripſit,etſi
remotioris lectionis,tam ex ordine atque ratione digeſſerit,adeó-
que grauiter proſequutus ſit. Minus autem exiſtimare fuit æquũ,
illum calliditate & malitia,hos reges prętériuiſſe,pulchrumque li-
bellum fœdaſſe. Quid enim ſperaret ex hoc voluptatis aut vtilita-
tis? aut quid habet veriſimilitudinis,ſingulariter eum in hoc loco,
in media luce nimirum,fucum facere voluiſſe? Ne,ſi vt primo ſta-
tim

tim aſpectu peſſimè in illum animati ſunt, boni conſulere ſtatuiſſent, & non accuſare inimicè, ſed humaniter excuſare, tentaſſent: non difficilè fuiſſet aduertere, locum vnicum tot affluentem erroribus, ab interprete, ab ſcriptore vel ſciolo, à muribus, à tineis, tẽpore, luxari, corrumpi, corradi, dilui atq; deleri, potuiſſe. Nec difficile quoq; fuiſſet, mox lites vniuerſas ſedare, & illas in conſenſionem redigere. Nam ſi ad vnum & nonaginta ſupra centum annos, quos ex vitiato Metaſthene colligebant, addideris ſeptem annos Cãbyſis, & ſex ſupra triginta Darii: quos corruptor huius loci ſuſtulerat, ducentorum triginta quatuor annorum numerus atque ſumma conſtabit. Conuenietq; confeſtim Metaſtheni cum ꝓbabiliori ſententia, quæ, Perſicam monarchiam paulo plus triginta ſupra ducẽtos annis perduraſſe, conſtituit. Nec temere: nam & ipſe Darius, imperium qui Perſarum finiuit, pugnaturus cum Magno Alexandro, & vltimum ſubiturus diſcrimen, inter alia multa quæ dixit, vt ſuos adhortatetur in prælium, hæc quoque interpoſuiſſe refertur: vti Quintus Curtius eſt autor, lib. 4. Hiſtoriæ Alexandri. Forſitan ita dii fata ordinauerunt, vt Perſarum imperium, quod ſecundo curſu per ducentos & triginta annos ad ſummum faſtigium euexerant, mágno motu concuterent magis, quam affligerẽt. Quod ſi non hæc dixit Darius: at Curtius, nobiliſſimus autor, huius opinionis fuit. Quam etiam lib. 6. tuetur, in epiſtola Nabar-
197 zanis ad Alexandrum. *Denique, ſi hunc vnicum locum, vitiatum quoquo modo credamus, neque magis in vnum Metaſthenem, quam in cæteros omnes autores, iniurii & iniqui fuerimus, non eſt cur ipſum præ cæteris, relegare & amandare debeamus. Ergo præ cæteris approbo, quem cum diuina Scriptura præ cæteris cõcordare comperio. Quam vnam, ſi omnes alii diſcedant (vt dixit Antimachus de Platone) inſtar omnium illi eſſe, par eſt. Concordat mehercule in hoc (vt, à quo tam longè diuertimus, propoſitũ commodè repetamus) poſt mortem Aſtyagis Darium & Cyrum imperaſſe communiter, id eſt, communi conſilio, coniunctiſq; viribus adminiſtraſſe. Ita tamen, vt ob reuerentiam ætatis, & ob ordinem propinquitatis, & ob regni Medorum præſtantiam, primas Cyrus ſemper auunculo regni partes, & honoris, detulerit: potiuſque ipſe illius gereret vices, quàm ſuperſtite & viuente Dario, rex

Medorum aut Aſſyriorum extiterit. Conſtat hoc ex diuina Scri-
ptura,& paſſim apud Xenophontem videre eſt.
* Reuertitur namq; Cyrus in Mediam frequenter, vt conueni- 198
at Darium, & eorum quæ geſſiſſet in bello, illi redderet rationem,
& de his quæ ſupereſſent agenda, ambo communiter conſultarẽt.
Cyrus Deinde Babylone potitus, cum denuò rediiſſet in Mediam,
Cyaxari Dario dixiſſe fertur: Babylonem ſibi deinceps in habita-
culum delegiſſe, ibique & regale palatium, & præſidia ſtatiua col-
locare decreuiſſe: vt quoties Cyaxares in eam vrbem veniret, non
ſecus ac in propria domo apud Medos, Babylone cõmodùm habi-
taret. Et in lib. 5. Cyripædiæ, Cyrus Dario, eius fortunam & gloriã
inuidenti exprobrat, quod illius imperium adauxerit, & non ſolũ
quæ ab ipſo antè deſciuiſſent prouincias, ſed proprias quoq; ho-
ſtium terras, & loca, ſupellectilem, pecunias & opes, in eius poſſeſ-
ſionem reduxerit. Et tamen tot ac tanta officia illi exhibita, inuidia
ad extremum ingratus, & maleuolentia compenſaret. Cui contrà
reſpondet Cyaxares: Idipſum pudori ſibi eſſe, quod per Cyrum
imperio & diuitiis adauctus, longè tamen & honore & facinorum
gloria, Cyro ipſo ſit inferior effectus. Darius ergò reuera, dum vi-
xit, Medorum & Aſſyriorum regnum obtinuit: at cum ille è viuis
exceſſit, Cyrus cum vxore ſua, Darii filia, regnum Medorum & Aſ-
ſyriorum, dotis nomine promiſſum, accepit, & in Perſas illud poſt
Darium, iure hæreditario & dotali, non autem viuente Aſtyage, &
vi bellica expulſo, translatum eſt. * Neque ſuperſtite Dario (vt fal- 199
sò exiſtimauit Driedo) Iudæi in patriam è Babylonia remearunt:
ſed cum mortuo ſocero ſucceſſit Cyrus in regnum, Iudæi illicò, in
Palæſtinam redeundi, ab ipſo ſunt licentiam adepti. Primus nam-
que regni Cyri annus, nõ is dicitur, quo capta eſt Babylon: ſed quo,
fato defuncto Dario, vniuerſa auunculi ac ſoceri regna accreue-
runt regno Perſarum. Quamquam enim Cyrus Babylonem ſube-
gerit, non ipſe tamen (vt ſuperius notatum eſt) ſed Darius, apud
Dan. 5. 30. Danielem, Balſaſari ſucceſſiſſe perhibetur. Et annus, quo Babylon
Dan. 9. 1. capta eſt, non vtique Cyro tribuitur: ſed primus Darii computa-
tur. Sic enim inquit Daniel: Anno primo Darii filii Aſſueri de
ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regno Chaldæorum, anno
vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum

de

Digitized by Google

de quo factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta anni. Porrò autem, anno quo interfectus eſt Balſaſar, & imperium Chaldæorum deletum eſt, completos fuiſſe ſeptuaginta deſolationis annos, apertiſſimè conſtat ex Ierem. cap. 25. vbi ait: Erit vniuerſa terra hæc (Iudæorum) in ſolitudinem, & in ſtuporem, & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis. Cumq; impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terrã Chaldæorum, & ponam illam in ſolitudines ſempiternas. Ex quibus duob' teſtimoniis aptiſſimè colligitur, annum Darii primum, vltimum fuiſſe regni Chaldæorum: iſque non (vt putauit Maſſæus) ſexageſimus nonus à deſolatione Ieruſalem, ſed verò fuit ſeptuageſimus primus: aut certè ſeptuageſimus ipſe. Neque enim Scriptura diuina ſatis definitè declarat, Septuageſimo, an ſeptuageſimo primo, imperium Aſſyriorum conciderit: ſed ex æquo vtrique ſententiæ verba prophetica patrocinantur. Ier. 25. 11.

200 * Quod autem Angelus apud Zachariam, anno ſecundo Darii Hyſtaſpis conqueritur: Domine exercituũ vſquequo non miſereberis Ieruſalẽ & vrbium Iuda, quibus iratus es: iſte ſeptuageſimus annus eſt? vt alias expoſitiones omittam: Angelus non aſſerit, annum illum, in quo loquitur, ſeptuageſimum eſſe à deſolatione Ieruſalem: ſed iſtum tam promiſſum ac concupitum, iam diu prætериiſſe deplorat: cum ciuitas nihilominus abſq; muris ac prope deſerta ſit, templum dirutum & combuſtum permaneat. Vtraque enim orationis Angeli pars ſub interrogatione profertur, eiuſque verborum mens eſt, & cũ Deo in hunc ſenſum expoſtulat: Ita ne Domine ꝓmiſſionis oblitus es? Num iſte eſt ſeptuageſimus annus, quem templo & ciuitati inſtaurãdis, & noſtræ liberationi aſſignaueras? En hæc promiſſa fides eſt? Eſt ne hoc quod dixeras per Ieremiam? Cum cœperint impleri (Aut, Ad os implere, quod ad verbum habẽt Hebraica. Id eſt, *Aboca de cumplir ſe*, vel vt ſeptuaginta interpretes, Chaldaica paraphraſis, Pagninus, Tigurina editio, atque alii verterunt: Cum fuerint completi) in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtum? Quid prodeſt Domine laxata captiuitas, quid, templum & ciuitatem extruendi, confert Zach. 1. 12. Ier. 29. 10.

nobis conceſſa facultas? ſi templum nuc etiam exuſtum,& vaſtata ciuitas perſeuerat?

* Ergo Babylonicæ expugnationis annus, Darii primus dicitur 201
in diuina Scriptura, quamuis pariter cum ipſo Dario Cyrus gubernationi præfuerit, biennioq́; (vt ex Metaſthene diximus) ſimul
1. Eſd. 5. 13. auunculus atq; nepos regnauerint. Tertius autem à Babylonis expugnatione, primus annus Cyri vocatur: iamq́; ex illo à diuinis autoribus Cyrus, rex Babylonis inſcribitur. Biennium porrò illud (vt eſt veroſimile, atq; Xenophon docet) conſtituendis Chaldeorum, reliquarumq́; regionum negotiis, impenſum eſt: Tuncq́, eſt credibile, Cyrum intellexiſſe quæ de ipſo præceſſerant vaticinia. Vnde ſuum diem obeunte Dario, altero anno à Babylonis captura, Cyrus iam vniuerſorum regnorum auunculi hæres, Iudæorum captiuitatem diſſoluit, proclamato præconio illo magnifico. Hæc
2. Par. 36. 23. 1. Eſdr. 1. 1. dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli: & ipſe præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa. Neque enim Cyri modeſtiam deceret, vt ſuperſtite adhuc Dario, cui ſummum ſemper honorem detulerat, ſe vnum regnorum omnium terræ dominum adeò publicè atq; gloriabundè iactaret. * Quod autem dicitur lib. 2. Paralipomenō: 202
2. Par. 36. 20. Si quis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Perſarum, ex his quæ ſuperius intulimus, facilem habet interpretationem. Aut enim inde eſt, quod Darius ſimul & Cyrus Babylonicam expeditionem ſuſceperint, bienniique ſpacio tenuerint Aſſyriorum imperium: & eò magis Cyrus quàm Darius, quod iſte ſemper in Media habitauerit, Cyrus autem Babylone commoratus ſit: & nunc huic, nunc illi ſeorſum, Scriptura diuina res geſtas, & regnum Chaldæorum attribuit. Nā
Iſa. 13. 17. Ier. 51. 11. 28. & Iſaias capite decimo tertio, & Ieremias quinquageſimo primo, ſolis Medis Babylonis expugnationem attribuunt. Cum tamen
Iſa. 44. 28. Iſa. 45. 1. Iſaias capite quadrageſimo quarto & quadrageſimo quinto, ſoli Cyro eam videatur aſcribere. Cumque is idem, capite viceſimo
Iſa. 21. 2. Dan. 5. 8. 22. 15. primo, & Daniel capite quinto, Medis pariter atq; Perſis attribuant. Aut de more ſacrorum voluminum, parua illa ſumma duorum annorum, quæ ſeptuaginta annos Hieroſolymitanæ deſolationis excurrit (vt fit etiam de Septuaginta interpretibus, atque de

de Romanis Centumuiris) in annorum computatione negligit. At certo certius ex diuina Scriptura tenemus, Darium mox à Balſaſare interfecto, regnum obtinuiſſe Chaldæorũ, huicq; poſtmodum breui defuncto, Cyrum ſucceſſiſſe in imperium. Apud Danielẽ regnum Darii à regno Cyri nõ obſcurè diſtinguitur, vbi ait: porrò Daniel perſeuerauit vſq; ad regnum Darii, regnumq; Cyri Perſæ. Quæ in Hebræo ſic habent ad verbum: Et Daniel iſte ꝓſperatus eſt in regno Darii, & in regno Cyri Perſæ. Quomodo & Septuaginta verterunt. Adeò aũtem proſperatus eſt, vt vnus fuerit è tribus, qui, cum ſatrapis cunctis præeſſent, Regis filii, fratres, & oculi (vt ante iam diximus) appellabantur. Imò Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas: quia ſpiritus Dei amplior erat in illo: & rex Darius cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnũ. Dan. 6. 1. 2.
Apollodorus (vt author eſt Clemens Alexandrinus, libro Stromatum primo) ſcripſit: Xenophanem Colophonium, Eleaticę diſciplinæ principem, cum natus eſſet quadrageſima Olympiade, perueniſſe vſq; ad tempora Darii & Cyri. Quibus verbis aut regnum illorum diſtinguit: aut ſimul regnaſſe teſtatur.

203 * Ab his igitur, *qui reliqui fuerant*, quiq; tyrannidem Aſſyriorũ euaſerant, Medis ac Perſis, eo, quo diximus, tempore & ordine, Chaldæi ſubacti & ſpoliati ſunt: hocq; illi nunc exprobrant apud Habacuc, qui regi Babylonio illudentes, de eius occaſu ac ruina, ęnigmata & parabolas cõponebant. Quoniam multos, inquiunt, tu violenter deprædatus es, à paucis tyrannnidis tuæ exortibus, ſpoliatus & denudatus deiiceris: quos non ſolum nunquam timueras, verum etiam, nunquã obſiſtere vllo pacto tibi poſſe, putaueras. Quippe, cum diuino cõſilio, cælitus hæc mala te oppreſſerint, factum eſt, vt abs te contempti te ſuperent, Deoque illos confortante & dedente robur, gregarii ferè milites, ſi tecum & cũ tuis comparentur, tibi vitam & imperium ademerint. Hoc eſt enim apud Ieremiam: Audite conſilium Domini, quod mente Ier. 50. 45.
concepit aduerſum Babylonem, & cogitationes eius, quas cogitauit ſuper terram Chaldæorum. Niſi detraxerint eos paruuli gregum, niſi diſſipatum fuerit cum ipſis habitaculum eorum. Idemq; ſignificat apud Habacuc hyperbolica hæc extenuatio: *Spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populi*; quod illa apud Ie-

remiam: Detrahent illos paruuli gregum. Id eſt, Spoliabunt te, qui tui comparatione,& aliarũ quas tu ſpoliaueras gentium, ſordes ſunt omnium populorum & fœx, omnium deniq; peripſema.

* Etſi enim poſt interitum Sardanapali, qui regnauit in Niniuē 204
monarchia Aſſyriorum ad Medos tranſiiſſe dicatur (vnde Aſſyriorum deinceps regibus prætermiſſis, Medorum reges Euſebius in illorum locum ſubſtituit) at meo iudicio, quod ex probatis hiſtoriis colligi queat, nunquam Medorum imperium Aſſyriorum regno par fuit. Neque de Medorum geſtis & potentia vſque ad Cyrum, præclarum adeò quicquam aut memorabile legitur (etſi Cyaxarem filium Phraortis fabuloſè iactet Herodotus) vt vel viribus vel amplitudine imperii, Aſſyriis præſtitiſſe videantur. Cum tamen potentiſſimos ac ditiſſimos reges id temporis in Aſſyria regnaſſe, diuini etiam Scriptores prodiderint. Cæſo quippè, ſeq; ipſo flammis iniecto Sardanapalo, Belochus, eius militiæ præfectus, cum Arbace Medorum præfecto, monarchiam ea lege partitus eſt, vt Belochus Aſſyriorum imperium, Arbaces Medorum ac Perſarum teneret. Ita tamen (quod Scriptura demonſtrat) vt nonnullæ ex ciuitatibus Mediæ, quales fuerunt Rages, & Habor, & Hala, Phul Belocho traditæ fuerint, ſimul cum Aſſyriorum imperio. Si non ab illo, vel à ſucceſſoribus eius, acquiſitas poſtea fuiſſe dicamus. Nam in quarto libro Regum, capite decimo nono, & Iſaiæ capite triceſimo ſeptimo, gloriatur Sennacherib, Patres eius expugnaſſe Gozan. Qui (vt apparet ex diuina Scriptura) fluuius fuit, in cuius regione ſitæ fuerunt Habor & Hala, atq; aliæ ciuitates Medorum; in quibus ſunt collocati, quos abduxerat Salman-Aſſar.

Tob. 1. 16. 4 Reg. 17. 6. 4 Reg. 19. 12. Iſa. 37. 12.

* Porro Niniues ac Babylonis imperium, vnum atque idē Aſſyriorum fuit. 205
Annotauit hoc Theodoretus in caput Danielis ſecundum, ſic ſcribens: Primum itaq; omnium fuiſſe Aſſyriorũ aſſerit imperium, quod idem eſt ac Babyloniorũ. Aſſyrii enim & hi & illi, ſed aliàs in Nino, quæ apud Hebræos Niniue vocatur, aliàs in Babylone regiam obtinuêre. Et vnum horum atque illorum regnũ eſſe, etiam ipſe Propheta teſtatur, qui ſomnium interpretans ait: Caput aureum tu ès Rex. Et beatus item Ieremias Propheta: Calix, inquit, aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram:

Dan. 2. 38. Ier. 51. 7.

terram: de vino eius biberunt gentes, ideò commotæ ſunt, & ſubitò cecidit Babylon & contrita eſt. Quod ſi aliud ab hoc fuiſſet Aſſyriorum regnum ipſo antiquius, quænam materia vocari poſſet? Teſtatur idem ſanctiſſimus Moyſes hæc ita ſe habere, qui cũ in creatione mundi de Nembroth dixiſſet: Fuiſſe illum gigantem venatorem coram Domino, ſubiecit: Et fuit principium regni eius Babylon, Orech, & Chalane. Externi quoque ſcriptores Babylonios Aſſyrios appellant, & vſque adhuc Aſſyriam ipſam Perſæ nominant. Igitur prima materia, quæ aurum eſt, Aſſyriorum & Babyloniorum ſignificat regnum: ipſumq; caput appellat, vtpotè quod primum fuerit. Theodoretus hucuſque. Cum quo poſthac cum nominauerimu, Aſſyrios, eos qui regi Babylonis parerent, vt ſunt latè Aſſyrii, intelligi volumus. Gen. 10. 9

206 * Nec verò me præterit, beatum Hieronymũ ex eo, quod miſerit Merodach rex Babylonis munera & literas ad Ezechiam regem Iuda, perſpicuum eſſe, ſtatuere: aliud tunc fuiſſe Aſſyriorũ, aliud verò Chaldęorum imperium. Ex quibus, illi decem Iſraeliticas tribus iam antea in captiuitatem abduxerant, Chaldęi autem Iudam ceperunt & Beniamin, regnante in Babylone Nabuchodonoſore, qui, iuxta Hebræorum ſententiam, filius creditur Merodachi. Etenim eodẽmet anno, quo Ezechias ægrotauit lethaliter, & quo, mortuo Sennaherib, filius eius Aſar-haddon ſuſcepit Aſſyriorum imperium, miſiſſe Merodach legationem Ezechię, interpretatur Hieronymus. Cui ferè omnes diuinarum Scripturarum interpretes, tùm veteres, tùm recentiores aſſentiunt, & chronographus Chriſtianus Matſęus libro ſexto Chronicorum ſuſcribit, Quin & ipſemet Theodoretus, in Quęſtionibus in libros Regum, ididem ſignificare videtur. Sed & Ieremiam Aſſyriorũ regnũ à Chaldaico diſcreuiſſe, decernunt, vbi ait: Grex diſperſus Iſrael, leones eiecerũt eum: primus comedit eum rex Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis. 4. Reg. 20. 12. Iſa. 39. 1. Ier. 50. 17.

207 * Verum minus hoc faceſſit negotii, cum facilè reſpondere poſſimus: Vnum vtriuſq; regnum fuiſſe, ambaſq; pariter regiones eidẽ domino paruiſſe: nihilominus tamẽ Nabuchodonoſorẽ, Babylonis regem vocari, quoniam habitauerit in Babylone; alterum verò, dici regem Aſſur, eo quod Niniuen inhabitauerit. Quæ,

Digitized by Google

Quæ, iuxta quorundam ſententiam, condita fuit à Nemrod in regione Aſſur, proprieq; erat propriorum Aſſyriorum metropolis. Sic enim exponunt quod habetur in Geneſi: De terra illa egreſſus
Gen. 10. 11. eſt Aſſur. Nemrod nempe egreſſus eſt de Babylonia ſiue Chaldęa in Aſſyriam regionem. Et ædificauit Niniuen: in Aſſyria videlicet vel Aſſur. Neq; enim in eo loco, viri eſſe nomen Aſſur, ſed regionis potius intelligunt: vt plerunq; in diuina ſcriptura, Aſſur pro regione vſurpatur. Sunt qui velint, Ninum etiam fuiſſe dictum Aſſur, illumq; Niniuem ædificaſſe: ab ipſoq; Niniues vrbem, & regionem ipſam Aſſyriæ, vel Aſſur, accepiſſe vocabula.

4. Reg. 19. 37. Illud de muneribus Merodach, difficiliorem continet explicatu quæſtionem, Legitur enim in libris Regum: Occiſo in Niniue Sennacherib, ſucceſſiſſe eius filium Aſſur-haddon, qui quidẽ (ſi
4. Reg. 20. 1. Metaſtheni credimus) decem annis imperauit Aſſyriis. Dicitur ꝑterea: In diebus illis ægrotaſſe Ezechiam vſq; ad mortem. Conſtat autem ex ſupputatione temporum, in morbum incidiſſe eodem anno, quo illum obſederat Sennacherib. Regnauit quippe Ezechias viginti nouem annis: quorum quarto decimo Sennacherib obſidione cinxit Ieruſalem. Vixit porrò Ezechias poſt ægritudinẽ quindecim annis. Conſentaneum igitur, imò neceſſarium quoq; eſt, ægrotaſſe Ezechiam anno decimo quarto, quo ei bellum in-
4. Reg. 20. 12. tulerat Sennacherib. Dicitur deinde: In tempore illo miſiſſe Mo-
Iſa. 39. 1. rodach regem Babylonis, munera & literas ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotaſſet, & conualuiſſet. Perſpicuum ergo eſſe videtur (ꝙ Hieronymus aſſerit) eodem tempore regnaſſe Aſſarhaddon in Niniue, quo Merodach Baladam Babylone dominabatur in Chaldęos: adeoq; diuerſum fuiſſe vtriusq; regnum, ſiquidẽ vtrique prouinciæ proprius ſeorſum imperaret Rex.

* Sunt qui putent, per id temporis in Babylonia proprium ac 208
peculiarem regẽ regnaſſe; ſubditũ tamen Aſſyriorũ regi. Hincq; fieri, vt qui dominarent in Niniue, reges etiam Babylonis appellarent. Volunt ꝑterea, Babylonem Aſſyriis paruiſſe, vſquequo Babylonis imperium ad Nabuchodonoſorẽ peruenit. Hunc etenim & Aſſyrios viciſſe, & ampliſſimis victoriæ ornamentis Babylonẽ decoraſſe, arbitrantur: caput deniq; & imperii Metropolim, illã ipſam cõſtituiſſe definiunt. Nam & ipſe gloriatur apud Danielẽ, & ait:

& ait: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in robore fortitudinis meæ,& in gloria decoris mei? Auxit enim & reparauit antiqua vrbis ędificia, vt tradit Beroſus: munito & fluminis alueo, ita ne hoſtes eo poſſent vti ad ciuitatis incommodum. Tres quoque murorum ambitus intra vrbem extruxit,& totidem foris circumdedit.Portas in templorum modum ornauit.Paternæ regiæ contiguam extruxit aliam regiam: in qua regias moles ſaxeas fornicibus ſuſpendit,montium ſpeciem referentes! ſupernè cõſitas variis arborum generibus. Atque ita celebratos illos penſiles hortos abſoluit: eo quod vxor educata in Media concupiuiſſet quandam patriæ ſuæ ſimilitudinem. Dan.4. 27.

109 * At alii,interempto Senacherib, Babylonios,q̃ Aſſyriis eouſq; paruiſſent,tunc demum rebellaſſe coniectant; & idcirco,qui alios fortaſſe ad rebellium incitauerat, Merodach amicitiam regis Iudææ,miſſis muneribus,inire voluiſſe.Quibus illud ſuffragari videtur,quod in tota diuina ſcriptura, poſt Nemrod,hunc primo Merodach Baladam,regem Babylonis appellari comperimus.Et ipſe, quem ſequimur,Theodoretus, in illud Ieremiæ: Victus eſt Merodach: hunc ipſum in Babylone primum imperaſſe decernit. Dan.4. 27.

210 * Nihilominus mihi in præſens videt(nam fortaſſe cras mutabo ſententiam; ſi me iis aliquis cras meliora docuerit) Chaldæorum & Aſſyriorum imperium vnum atque idem ſemper fuiſſe. Ita tamen,vt reges vſque ad Moradach, maxime Niniuem inhabitauerint: is autem, & qui regnarunt poſt eum, Babylone potiſſimum commorati ſint.Nam & ipſum Aſar-haddon,certum eſt Babyloniis præfuiſſe: legimus ſiquidem, de Babylone in Samariam deduxiſſe colonias. Sic enim dicitur in libris Regum: Adduxit autem rex Aſſyriorum de Babylone,& de Cutha,& de Auah,& de Emath,& de Saphar-uaim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Iſrael. Quis vero fuerit rex iſte Aſſyriorum, declarat primus Eſdræ liber,ſic inquiens: Audierunt autem hoſtes Iudæ & Beniamin, quia filii captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Iſrael. Et accedentes ad Zorobabel & ad principes patrum, dixerunt eis: Ædificemus vobiſcum,quia ita vt vos quærimus Deum veſtrum. Ecce nos immolauimus victimas à diebus Aſor-haddan regis Aſſur, qui adduxit nos huc. Vocatur autem in Hebræo 4.Reg.17. 24. 1. Eſd.4. 2.

Digitized by Google

medio ſublato, regni ſolium hæreditate accepit Merodach, filius Ladam. Hic miſiſſe dicitur ad Ezechiam dona, ſimul & epiſtolas & legatos, Cyrillus hucuſque.

213 * Ergo, quod attinet ad Merodach, non exiſtimo, eodem anno miſiſſe eum munera & literas, quo ægrotauit Ezechias, & conualuit. Sed poſt mortem Aſar-Haddon, Merodach (Chaldæum forſitan, aut certe in Chaldæa commorantem) mox vt regnum fuerat adeptus, miſiſſe legationem exiſtimo. Non quidem vt gratularetur de iam olim recuperata ſalute, ſed vero (quod Paralipomenon te- 2. Par. 32. ſtatur hiſtoria) vt quæreret de portento mirabili, quo, vt audierat, 31. ex occaſione ægritudinis Ezechiæ, Sol contra omnem mathematicam rationem, curſum retrotulerat in Orientem, per tot gradus in momento regreſſus. Fuerunt vtique Chaldæi, cœlorum ſcrutatores eximii: ita vt diuturna ſyderum obſeruatione ſcientiam effeciſſe crederentur, qua ex aſtrorum compoſitione & aſpectu, prędici poſſent haud vanè, quidquid foret cuiq; euenturum. Adeoq; in hac arte valuerunt, vt quicunque Aſtronomiam iudiciariam profiterentur, quanq̃ in regionibus ſeiunctiſſimis orti, ab his fuerint appellati Chaldæi. Hi ergo, cum regreſſus Solaris, quem iam pridem accidiſſe conſpexerant, nullam penitus rationem decennali diſputatione inuenirent: audirent autem, ad valetudinem Ezechiæ, contra omnem prorſus naturæ ordinem, id à Deo eueniſſe miraculi: curioſè regem Chaldæum, aut certe Babylone degentem Merodach, ſua cohortatione incitarunt; vt ab ipſomet Ezechia, certam miraculi cauſam, & rei geſtæ veritatem exquireret. Vnde munera Merodach, & legatos miſit ad Ezechiam, qui il- 2. Par. 32. lum interrogarent de oſtento, quod acciderat ſuper terram. 31.

214 * Itaque, quod dicitur in libris Regum & Iſaiæ: In tempore illo miſit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, literas & 4. Reg. 20. munera ad Ezechiam: audierat enim, quod ægrotaſſet, & conua- 12. luiſſet: non ſic intelligendum eſſe autumo: vt confeſtim ab ipſo Iſa. 39. 1. valetudinis tempore, miſiſſe legatos, interpretari debeamus. Sed, in illo tempore, ſcilicet, annorum quindecim, quod vitæ Ezechiæ prorogatum eſt: de quo ſermo paulo ante præceſſerat. Miſitque, vt diximus, non gratulaturus illi inſtauratam ſalutem; ſerius quippe id factum fuiſſet: verum ſciſcitaturus miraculi cauſam

& ordinem, quod ad eius tutam atque integram conſeruationem incolumitatis firmandam, accidiſſe, fama vulgauerat. Mihi ſane, quod dicitur: Audierat quod ægrotaſſet, & conualuiſſet: adiunctis iis quę ſupplentur in libro Paralipomenon, idem eſt ac ſi diceretur: Audierat quæ ægrotante Ezechia contigiſſent: & quomodo, portento quoque in confirmationem promiſſæ ſanitatis exhibito, deploratam valetudinem recuperaſſet. Vnde curioſius veritatem indagaturus, legatos cum literis atque muneribus miſit, qui ex eiusmet ore Ezechię, certam rei geſtæ cognitionem acciperent, & inuiſi ante vnquam miraculi, cauſam explorate cognoſcerent. His comiter & lætanter exceptis, omnem ſui euenti Ezechias narrationem ſigillatim expoſuit: inſuper opulentiſſimis auri & argenti diuitiis refertos theſauros oſtendit. Ex quo etiam non leue deſumitur argumentum, legatos Babylonici regis non ipſo ægritudinis anno, ſed poſt tempus longiuſculum, adueniſſe. Vix enim videtur probabile, tam breui tamque opulenter, inſtauratos ac repletos fuiſſe theſauros, qui eodemmet anno, quo Ezechias ægrotauit, funditus vtique fuerant exhauſti: quo darentur Senacherib, vt obſidione Ieruſalem, & Iudææ vaſtatione deſiſteret. Dedit enim illi Ezechias, non ſolum omnes theſauros regios, ſed omne quoq; tribuit argentum, quod repertum fuerat in domo Domini. Ita vt valuas templi decorticaret, & quas ipſe affixerat laminas, à poſtibus ſeu columnis auelleret. Scribit autem Ioſephus, libro altero aduerſus Apionem: Ianuas templi vltimi altitudine quidē ſexaginta cubitorum fuiſſe, latitudine vero vigenti, omnes deauratas, & auro pene puro confectas: quas non minus quam ducenti viri, ſingulis claudebant diebus. Quales igitur credendum eſt, portas primi templi fuiſſe.

2.Par.32.31.

4.Reg.18.16.

* Ergo Cum Theodoreto, Cyrillo, & Methaſtene, Chaldæorum & aſſyriorum imperium, vnum tantum ſemper fuiſſe cenſemus, idque gloria & amplitudine imperii, opulentia diuitiarum & viribus, Medorum regno vſque ad Cyrum, iugiter præſtitiſſe arbitramur. Regnauerunt namque apud Medos poſt Sardanapalum (vt in his quoque ſequamur Mataſthenem) Arbaces, Mandanes, Soſarmon, Articarmin, Arbines, Arceus, Artines, Aſtybares, Apanda. Nam Euſebius & alii chronologi, pauciores reges Medorum 215

Digitized by Google

dorum,atque aliis nomenclaturis enumerat, Herodoti narratio-
nem ſequuti.Cteſias Gnidius, referente Diodoro: inter Artiem
& Aſtybarem,Artabanum interſerit. Metaſtheni in omnibus aliis
tum numero tum etiam nominibus,pene ad vnguem aſtipulatus.
216 * Totidem Annis poſt bipartitam monarchiam,viguit illuſtriſſi-
mum Aſſyriorum imperiũ. Quippe Sardanapalo interempto,pri-
mus regnauit Phul-Belochus,de quo dicitur in Regum hiſtoria:
Veniebat Phul rex Aſſyriorum in Therſam, & dabat Manahem 4. Reg. 15.
Phul mille talenta argenti,vt eſſet ei in auxilium,& firmaret regnũ 16.
eius. Et libro primo Paralipomenon: Suſcitauit Deus Iſrael ſpiri- 1. Par. 5.
tum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Thelgat-Phalnaſar regis 26.
Aſſur,& tranſtulit Ruben,& Gad,& dimidiã tribum Manaſſe, &
adduxit eos in Lahela,& in Habor,& Ara,& fluuiũ Gozan,vſque ad
diem hanc.Poſt Phul-Belochum regnauit Phul-Aſſar, qui libro
Regum quarto nominatus eſt Phul-Aſſar, vbi dicitur: In diebus 4. Reg. 15.
Phacee regis Iſraël venit Theglath Phal-Aſar rex Aſſur, & cepit 29.
Aion,& Abeldomum,Maacha,Ianoe,& Cedes,& Aſſor,& Galaad,
& Galilæam, & vniuerſam terram Nephthali: & tranſtulit eos in
Aſſyrios.Ex quibus iam fit manifeſtum, Phul-Belochum & The-
glath-Phalnaſar reges Aſſur (Sic enim de vtroque dicitur in He-
bræo: fuiſſe regem Aſſur) non eodem tempore regnaſſe, neque
quod videri poterat ex lectione Paralipomenon) ſimul iunctos,
Iſraelitis qui habitabant vltra Iordanem, bellum intuliſſe. Sed re-
gnauit alter poſt alterum: &,diſtinctis temporibus & expeditio-
nibus,captiuitas illa peracta eſt.Quinimo,decem tribus tertio ictu
& impulſu,radicitus è Palæſtina abſciſſæ ſunt & extractæ. Regna- 4. Reg.
uit namque poſt Phul-Aſſar,Salmam-Aſſar: qui nono Oſee regis 17.6
Iſrael anno,& Samariam expugnauit,& reliquias tranſtulit Iſrael,
iamque decem tribus ſub eo,prorſus è Palæſtina migrarunt. Huic
ſucceſſit Senacherib, quem falſo putauit Euſebius, eundem eſſe
qui & Salmam-Aſſar.Quod literis aduerſari diuinis,Hyeronimus Tob. 1. 18.
diuinus oſtendit,in triceſimum ſextum Iſaiæ caput.& Tobiæ capi- 4. Reg. 18.
te primo,aperte Salam-Aſſar,pater dicitur Senacherib.Is anno de- 13.
cimo quarto Ezechiæ regis Iuda,aſcendit ad vniuerſas ciuitates Iu- 4. Reg. 19. 37.
dæorum munitas,& cepit eas. Poſt hunc regnaſſe narratur filius 1. Eſd. 4. 2.
eius Aſar-Haddon: de quo libri Regnum atque Eſdræ, & Ieſaias Iſ. 37. 38.

 intu-

& ordinem, quod ad eius tutam atque integram conſeruationem incolumitatis firmandam, accidiſſe, fama vulgauerat. Mihi ſane, quod dicitur: Audierat quod ægrotaſſet, & conualuiſſet: adiunctis iis quę ſupplentur in libro Paralipomenon, idem eſt ac ſi diceretur: Audierat quæ ægrotante Ezechia contigiſſent: & quomodo, portento quoque in confirmationem promiſſæ ſanitatis exhibito, deploratam valetudinem recuperaſſet. Vnde curioſius veritatem indagaturus, legatos cum literis atque muneribus miſit, qui ex eiuſmet ore Ezechię, certam rei geſtæ cognitionem acciperent, & inuiſitante vnquam miraculi, cauſam explorate cognoſcerent. His comiter & lætanter exceptis, omnem ſui eueuti Ezechias narrationem ſigillatim expoſuit: inſuper opulentiſſimis auri & argenti diuitiis refertos theſauros oſtendit. Ex quo etiam non leue deſumitur argumentum, legatos Babylonici regis non ipſo ægritudinis anno, ſed poſt tempus longiuſculum, aduenifſe. Vix enim videtur probabile, tam breui tamque opulenter, inſtauratos ac repletos fuiſſe theſauros, qui eodemmet anno, quo Ezechias ægrotauit, funditus vtique fuerant exhauſti: quo darentur Senacherib, vt obſidione Ieruſalem, & Iudææ vaſtatione deſiſteret. Dedit enim illi Ezechias, non ſolum omnes theſauros regios, ſed omne quoq; tributi argentum, quod repertum fuerat in domo Domini. Ita vt valuas templi decorticaret, & quas ipſe affixerat laminas, à poſtibus ſeu columnis auelleret. Scribit autem Ioſephus, libro altero aduerſus Apionem: Ianuas templi vltimi altitudine quidẽ ſexaginta cubitorum fuiſſe, latitudine vero vigenti, omnes deauratas, & auro pene puro confectas: quas non minus quam ducenti viri, ſingulis claudebant diebus. Quales igitur credendum eſt, portas primi templi fuiſſe.

2. Par. 32. 31.

4. Reg. 18. 16.

*Ergo Cum Theodoreto, Cyrillo, & Methaſtene, Chaldæorum & aſſyriorum imperium, vnum tantum ſemper fuiſſe cenſemus, idque gloria & amplitudine imperii, opulentia diuitiarum & viribus, Medorum regno vſque ad Cyrum, iugiter præſtitiſſe arbitramur. Regnauerunt namque apud Medos poſt Sardanapalum (vt in his quoque ſequamur Mataſthenem) Arbaces, Mandanes, Soſarmon, Articarmin, Arbines, Arceus, Artines, Aſtybares, Apanda. Nam Euſebius & alii chronologi, pauciores reges Medorum 215

dorum,atque aliis nomenclaturis enumerat, Herodoti narratio-
nem ſequuti. Cteſias Gnidius, referente Diodoro: inter Artiem
& Aſtybarem, Artabanum interſerit. Metaſtheni in omnibus aliis
tum numero tum etiam nominibus, pene ad vnguem aſtipulatus.
116 * Totidem Annis poſt bipartitam monarchiam, viguit illuſtriſſi-
mum Aſſyriorum imperiũ. Quippe Sardanapalo interempto, pri-
mus regnauit Phul-Belochus, de quo dicitur in Regum hiſtoria:
Veniebat Phul rex Aſſyriorum in Therſam, & dabat Manahem 4. Reg. 15.
Phul mille talenta argenti, vt eſſet ei in auxilium, & firmaret regnũ 16.
eius. Et libro primo Paralipomenon: Suſcitauit Deus Iſrael ſpiri- 1. Par. 5.
tum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Thelgat-Phalnaſar regis 26.
Aſſur, & tranſtulit Ruben, & Gad, & dimidiã tribum Manaſſe, &
adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuiũ Gozan, vſque ad
diem hanc. Poſt Phul-Belochum regnauit Phul-Aſſar, qui libro
Regum quarto nominatus eſt Phul-Aſſar, vbi dicitur: In diebus 4. Reg. 15.
Phacee regis Iſraël venit Theglath Phal-Aſar rex Aſſur, & cepit 29.
Aion, & Abeldomum, Maacha, Ianoe, & Cedes, & Aſſor, & Galaad,
& Galilæam, & vniuerſam terram Nephthali: & tranſtulit eos in
Aſſyrios. Ex quibus iam fit manifeſtum, Phul-Belochum & The-
glath-Phalnaſar reges Aſſur (Sic enim de vtroque dicitur in He-
bræo: fuiſſe regem Aſſur) non eodem tempore regnaſſe, neque
quod videri poterat ex lectione Paralipomenon) ſimul iunctos,
Iſraelitis qui habitabant vltra Iordanem, bellum intuliſſe. Sed re-
gnauit alter poſt alterum: &, diſtinctis temporibus & expeditio-
nibus, captiuitas illa peracta eſt. Quinimo, decem tribus tertio ictu
& impulſu, radicitus è Palæſtina abſciſſæ ſunt & extractæ. Regna- 4. Reg.
uit namque poſt Phul-Aſſar, Salmam-Aſſar: qui nono Oſee regis 17. 6
Iſrael anno, & Samariam expugnauit, & reliquias tranſtulit Iſrael,
iamque decem tribus ſub eo, prorſus è Palæſtina migrarunt. Huic
ſucceſſit Senacherib, quem falſo putauit Euſebius, eundem eſſe
qui & Salmam-Aſſar. Quod literis aduerſari diuinis, Hyeronimus Tob. 1. 18.
diuinus oſtendit, in triceſimum ſextum Iſaiæ caput. & Tobiæ capi- 4. Reg. 18.
te primo, apertè Salam-Aſſar, pater dicitur Senacherib. Is anno de- 13. 4. Reg. 19.
cimo quarto Ezechiæ regis Iuda, aſcendit ad vniuerſas ciuitates Iu- 37.
dæorum munitas, & cepit eas. Poſt hunc regnaſſe narratur filius 1. Eſd. 4. 2.
eius Aſar-Haddon: de quo libri Regnum atque Eſdræ, & Ieſaias Iſ. 37. 38.

intulêre mentionem. * Hunc quidam Sardanapalum, vltimum 217
Aſſyriorum regem, fuiſſe volunt. Ex hoc fortaſſe decepti, quod
poſt regem Aſar-Haddon, nullus alius in diuina ſcriptura, apud
Niniuen regnaſſe dicatur: & quod eius in regnum ſucceſſor, ni-
4.Reg.20. mirum Merodach Baladan, Babylonis iam rex appelletur. At vero
11, Sardanapalus longa temporis intercapedine præceſſit hunc Aſar-
Haddon: annis ſcilicet nonaginta ſeptem, ex computatione Me-
taſthenis. Iuxta quem, poſt Sardanapalum regnauerunt apud Aſſy-
rios, Phul-Belochus, annis quadraginta octo. Phul-Aſſar, annis vi-
ginti quinque. Salman-Aſſar, annis decem & ſeptem. Sennache-
rib, annis ſeptem. Metaſtheni aſtipulatur Euſebius: aut minimum
profecto diſſentit. Tradit quippe Euſebius in Chronicis, Sardana-
palum interemptum fuiſſe anno ſexto Azariæ regis Iuda. A quo
quidem vſque ad quindecimum Ezechiæ, in quo regnare cœpit
Aſar-Haddon, nonaginta tres anni fluxerunt, vt diuina ſcriptura
4.Reg.15. teſtatur. Regnauerunt enim in Hieruſalem, poſt mortem Sarda-
2. napali, Azarias quadraginta ſeptem annis. Videtur namque Sar-
4.Reg.15. danapalus, mortuus fuiſſe inchoante anno ſexto regni Azariæ.
33. Poſthunc regnauit Ioatham, annis ſexdecim. Poſthunc Achaz,
4.Reg.16. item ſexdecim. Poſthunc Ezechias, annis quatuordecim: nam
2. eius decimus quintus, fuit primus Aſar-Haddon. Hi anni ſimul
4.Reg.18. collecti, trium & nonaginta ſummam conficiunt. Ex quo non
13. 4.Reg.19. obſcure perſpicitur, quam bene huic exploſo Metaſtheni cum
37. diuina ſcriptura conueniat: & vt perſpiciatur apertius, hanc & il-
lum è regione ponamus.

Anni regum Aſſyriorum ex Metaſthene.		Anni regum Iuda ex diuina ſcriptura.	
Phul-Belochus.	*48*	*Azarias.*	*47*
Phul-Aſſar.	*25*	*Ioatham.*	*16*
Salman-Aſſar.	*17*	*Achaz.*	*16*
Sennacherib.	*7*	*Ezechias.*	*14*
	97		*93*

Ergo

218 * Ergo (dicam verbis Riberæ, in ſecundum caput Nahum) in quatuor aut quinq; annis diſſenſio eſt: que nullius momenti eſt, in tot annorum numeratione,in re tam vetuſta. Eſt enim (vt eodē vtar autore, in primum Zachariæ caput) non Scripturæ diuinæ modo,ſed omnibus etiam hiſtoriis,obſeruandum vtile documentum: Annos vitæ aut regni alicuius,interdum integros ſolum numerari: interdum etiam imperfectos. Vt ſi quis octo annos regnauit & octo menſes,nonnunquam dicatur,Octo annos regnaſſe, qui videlicet integri fuerunt, nonnunquam nouem, quia annus imperfectus pro perfecto numeratur.Sed in his quatuor annis,nō Metaſthenes à diuina Scriptura,ſed vero ab Euſebio,diſſentit. Nā ſi Sardanapalum non ſexto,ſed anno ſecundo Azariæ,interfectum fuiſſe dicamus: Metaſtheni cum diuina Scriptura exactiſſima ratione conueniet. Mihi porro in hocce negotii, non minus Metaſtheni fidei,quam Euſebio, deberi videtur.

219 * Alius itaque Sardanapalus, alius vero fuit Aſſar-Haddon. Et tamen hoc ipſo defuncto,vel (vt ego coniicio) interempto, ſedes Aſſyriorū imperii ab eius ſucceſſore,& interfectore forſitan, Merodach,à Niniue in Babylonem tranſlata eſt. Suſpicor enim, Merodach Chaldæum fuiſſe, aduerſusque Aſſar-Haddon rebellaſſe: & cum illi eripuiſſet imperium, ſedem eius (vt fuit ab initio) Babylone conſtituiſſe. Adhuc tamen incolumi Niniue: neque enim Gen. 10. 10.
tunc fuiſſe diſtructam,multiſque poſtea ſtetiſſe diebus,aperte colligitur ex hiſtoria Tobiæ. Suffragatur meæ ſuſpicioni Ieremias Tob.14.6.
capite quinguageſimo,dicens: Grex diſperſus Iſrael,leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit eū Nabuchodonoſor,rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus exercituum,Deus Iſrael: Ecce ego viſitabo regem Babylonis & terram eius,ſicut viſitaui regem Aſſur. Si enim perſpexerimus,quomodo viſitauerit Dominus Nabuchodonoſorem & terrā eius,confeſtim erit perſpicuū,qua via,quaq; ratione, viſitauerit Ier. 50. 17.
Salman-Aſſarē, quem appellat Regē Aſſur. Is enim Samariā expugnauerat,& Iſrael in Aſſyrios trāſtulerat. Viſitauit porro Dominus 4.Reg.17. 6.
Nabuchodonoſorē,auferēdo illi Aſſyriorū imperiū: non vtiq; in ꝓpria perſona,ſed in eius perſona nepotis, qui vocat' Hebręis Balſaſar.Pari ergo modo,ni fallor,viſitauerat Domin' Salman- Aſſarē, Dan. 5. 30.

cum

cum hæc verba Ieremias pronunciauit. Nempe auferendo illi Imperium: at non in propria perſona,ſed in perſona nepotis, huius videlicet Aſſar-Haddon. Et ſicut viſitauit Babylonem, non quidem mox illam delendo,ſed tradendo Medis ac Perſis, qui aliò caput imperii transferrent: ſic etiam intelligere oportet,iam antea Niniuen viſitaſſe. Nimirum non ſtatim delendo: ſed tradendo Merodach Baladan,qui ex illa regni ſedem deduxit,& in Babylone

4.Reg.20. 12. locauit.Hic eſt Merodach Baladan, qui mox vt Imperium obtinuit,miſit cum numeribus literas Ezechiæ regi Iuda. Mortuus eſt autem, iuxta computatiouem Metaſthenis anno quadrageſimo octauo regni Manaſſis,regis Iuda.

* Poſt hunc regnauit Ben-Merodach.Hui ſucceſſit Nabuchodonoſor primus.Horum duorum (quod in præſens meminerim) 220

2.Par.33. 11. nominatim Scriptura non meminit. Sunt qui velint, fuiſſe Ben-Merodach,qui Manaſſen in Babylonẽ abduxerit. Regnauit enim BenMerodach,iuxta computationem Metaſthenis, ab anno quadrageſimo nono Manaſſis,vſque ad duodecimum regis Ioſiæ. Si cum editione vulgata,regni biennium dederimus Amon: cui,quę in præſens exemplaria tenemus, tam Græca quam Hæbraica conſentiunt. At Euſebius Cæſarienſis in Chronicis, ex editione Septuaginta ſeniorum, duodecim annos regni tribuit Amon: totque etiam venerabilis Beda, in libro de Sex ætatibus mundi: & Comeſtor in Regum hiſtoria, Septuaginta tranſtuliſſe teſtantur. Totidem illi Iſidorus attribuit,libro quinto Etymologiarum,capite triceſimo nono.Tot etiam ex computatione Metaſthenis, anni interceſſiſſe videntur: quippe à primo regis Aſſar-Adon,vſque ad vltimum Nabuchodonoſor ſenioris, octodecim ſupra centum

4.Reg.23. 29. Metaſthenes annos interceſſiſſe conſtituit.Ex quo etiam fit manifeſtum,Nabuchodonoſor ſeniorem, regem illum fuiſſe Aſſyriorum,contra quem,regnante Ioſia,rex Ægypti Pharao Nechao bellicam expeditionem parauit. Cui aduerſum ſeſe opponens Ioſias, in Mageddo peremptus occubuit.Regnauit enim iſte primus Nabuchodonoſor,iuxta Euſebii & Metaſthenis cõputationem,ab anno ſecundo Ioſiæ,vſque ad quartum regis Ioacim: in quo (vt con-

Iere. 25.1. ſtat ex Ieremia) regnare cœpit Nabuchodonoſor ille Magnus,qui anno regni ſui vndeviceſimo, demolitus eſt Ieruſalem, & Iudæos in

Digitized by Google

in Babylonem abduxit. Huius Nabuchodonoſor ſenioris, Ioſephus contra Apionem, & libro decimo Antiquitatum, ex autoritate Beroſi, honorificam intulit mentionem. Hæc porro ex collatione Metaſthenis cum Euſebio fient clariora.

Anni regum Aſſyriorum ex Metaſthene.		Anni regum Iuda ex Euſebio.	
Aſſar-Adon.	*10*	*Ezechias.*	*15*
Merodach Baladan.	*52*	*Manaſſes.*	*55*
Ben-Merodach.	*21*	*Amon.*	*12*
Nabuchodonoſor primus.	*35*	*Ioſias.*	*32*
		Ioacim.	*4*
	118		*118*

221 *Nabuchodonoſori ſecundo, qui Magnus appellari conſueuit (ſi me coniectura non fallit) ſcriptura duos filios attribuit. Primus dictus fuit Balth-Aſſar, de quo legimus in libro Baruch: Orate pro vita Nabuchodonoſor, regis Babylonis, & pro vita Balth-Aſſar filii eius. Vt ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram, & vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros: vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balth-Aſſar filii eius: & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conſpectu eorum. Quibus ex verbis nõ inepte colligitur: Balth-Aſſarem hunc, ſi vixiſſet, regni fuiſſe futurum hæredem. At quoniam ſuperſtite patre, ille forſitan ſuum fatum expleuit: aut quia forſitan ob aliquam cauſam, à regni ſucceſſione depulſus eſt: non iſtum, ſed alterum fratrem, qui eſt dictus Euil-Merodach, patri in regnum ſucceſſiſſe comperimus. Si non forte binominis fuerit, & ſit idem Euil-Merodach, qui à Baruch Balth-Aſſar nuncupatur. Bar. 1.11.

222 *Neque enim mihi poſſibile fit, quod perperam affirmauit Euſebius: Balth-Aſſarem iſtum, filium Nabuchodonoſoris, illum fuiſſe, qui poſt quintum & ſexageſimum annum, imperium Babylonis amiſit: quiq;, iuxta communem ſcriptorum ſententiam, filius fuit tertius Euil-Merodachi. Quinetiam pronepotem fuiſſe Na-

Digitized by Google

buchodonoſoris,& filium Laboſar-Dach,Hieronymus ex Beroſo & Ioſepho,in quintum Danielis caput affirmat. Et refertur in capite.Nã & rex.de verborum ſignificatione. Si enim Balth-Aſſar ille,de quo agit Baruch,frater quidẽ ſed natu minor,aut filius fuiſſet Euil Merodachi: cur Iudæi Babylone detenti,peterent orari ꝓ iuniore fratre vel filio,nulla patris aut ſenioris fratris,regniq; hęredis prorſus habita mentione? Cur ſuperſtite Euil Merodacho,ꝓ patre atque filio minore,prætermiſſo primogenito filio, aut pro auo ſolummodo & pro eius nepote,filio præterito ſacrificarent? Adde, quod qui Babylonem amiſit,nondum eo tempore natus erat, quo Baruch librum illum ſcripſit. Conſtat enim ex Xenophonte libro quinto Cyripædiæ,Balſaſarem iuuenem fuiſſe,qui à Gadata & Gobria Aſſyriis,ob iniurias eis illatas,necatus, Babylonicum imperiũ
Bar. 1.2. finiuit.Liber autem Baruch ſcriptus fuit anno quinto Babylonicæ captiuitatis.*Fluxerũt itaq; à libri cõditione vſq; ad Balth-Aſſaris, 223
ſeu Balſaſaris necẽ,anni ſexaginta quinque vel ſex: ſiquidẽ Babylõ capta eſt anno ſeptuageſimo primo Iudaicæ captiuitatis. Sed & illud vrget nõ minime,ſi modo verũ ſit: ꝙ inter Nabuchodonoſorẽ & Balth-Aſſarẽ,vltimũ regem Aſſyriorũ,tres alii regnaſſe feruntur. Metaſthenes enim,Amilino Euil-Merodacho tres eius filios per ordinem ſucceſſiſſe, refert. Nempe Reg-Aſſar primum: ſecundũ Lob-Aſſar-Dach: tertiũ autem hunc Balth-Aſſar, qui à Cyro ſpoliatus eſt regno.Huic Aſtipulať Comeſtor,in hiſtoria Danielis, ſic inquiẽs: Euil-Merodach habuit tres filios.Egeſſariũ, qui & Reguſar dictus eſt. Et Laboſardochum: & Nabar, qui Balth-Aſſar cognominatus eſt. Ad quem poſt regna fratrum, regnum deuolutum eſt. Totidem interfuiſſe narrat Ioſephus,libro decimo Antiquitatũ Iudaicarũ,& libro primo cõtra Apionẽ,ex Beroſo. Attamẽ vt non fratres eos faciat,neq; Balth-Aſſarem Babylone interficiat: ſed expulſum inde & extorrem, reliquum vitę tẽpus,Cyri indulgẽtia,in Carmania cõuerſatũ ſcribat. Sed & Anton. Sabellicus, nonnihil oſcitabunde, ſic ait: Ioſephus Beroſum ſequutus, duos Babylonis ait reges vno nomine appelatos. Patrẽ, qui Iechoniam cum vxore & liberis ſponte deditum in Aſſyriam traduxit: quique Sedechiam conſtituit regem. Et iuniorem alterum, qui huic ſucceſſit: à quo Sedechias excæcatus eſt, Hieroſolymaque

Digitized by Google

que excidio dedita. Succeſſit, vt idē autor ſcribit, huic iuniori, qui auream ſibi ſtatuam conflauit, Amilmadapacus, qui Ieconiā ſoluit, atque in magno habuit honore: Is Egreſſario filio regnū per manus tradidit: cui Laboſardachus ſucceſſit, quē Cyrus expugnauit. Laboſardacho Nabor. Hic quinquageſimo nono anno poſt Nabuchodonoſoris iunioris mortem, regno potitus eſt. Hactenus
224 Sabellicus, libro quarto Enneadis ſecundæ.* Verum his omnibus obſtare videtur Ieremias, qui, à Nabuchodonoſore vſque ad Cyrum, duos tantum reges, hosque patrem & filium futuros, prædicit his verbis: Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei (id eſt, meæ iuſtitiæ miniſtri) inſuper & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi. Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipſius. Id eſt, donec veniat vltionis tempus, quo de calice furoris mei, quem ipſe propinauerat aliis, rex Seſach bibat poſt eos ipſeque & eius terra & imperium, ſubiiciantur Medis ac Perſis, & Dario ac Cyro, illorum regibus. Qui, eius comparatione, quaſi paſtores erant, & gregum paruuli cuſtodes: tamen hi contra eum, omnem meam voluntatem complebunt.

Ier. 27. 6.

Iere. 25. 26.

Iſa. 44. 28.

225 * Ergo Apud Ieremiam, poſt Nabuchodonoſorem duo tantum reges regnaſſe, & pater ac filius fuiſſe, dicuntur: qui ex diuinę Scripturę nomenclatione & hiſtoria, fuerunt Euil-Merodach, & filius eius Balth-Aſſar, vel, vt in Hebręo apud Danielem dicitur, Balſaſar, ſiue Belſaſar. Neque Septuaginta Iudaicę captiuitatis anni nos adigunt, plures, quam tres reges hos, vſque ad euerſionem Babylonici imperii: Balſaſaremque interfectum ſtatuere: quoniā (vt affirmat Pererius) ex horū trium tantū temporibus nequeant anni ſeptuaginta componi, Cum plurimorū & grauiſſimorum autorū teſtimonio, annis tribus & quadraginta Nabuchodonoſor imperauerit. Ex quo, poſt captiuitatem Iudæorū, quæ decimo nono eius imperii anno peracta eſt, ad ſummū quinq; & viginti annis imperaſſe, conſequitur. Balſaſar porro, conceſſu omnium, regnauit ſeptemdecim annis. Medius horum Euil-Merodach, ſecundū Alexandrum, Megaſthenem, & Alphæum, duobus tantummodo dominatus eſt: aut, ſecundū Sulpitium Seuerū, annis imperauit duodecim. Quod ſi etiam Ioſephum ſequamur, qui ei aſſignat decem

4. Reg. 25. 27.

Dan. 5. 1.

& octo: nihilominus ſeptuaginta non fiunt: ſed ex omnibus his annis iunctis, ſexaginta ſolummodo colliguntur. Ergo neceſſe eſt (inquit Pererius) fateri, præter Euil-Merodach, ante Balſaſarem (fuit is namque Babyloniorum regum poſtremus) alios per ſpaciũ decenne, regnum Babylonicum adminiſtraſſe. Et hæc quidem Benedicti Pererii, Danielem interpretantis, ſententia eſt. At nos hæc nequaquã compellunt, præter hos tres reges, quos diximus, tempore captiuitatis Iudaicæ plures Babyloni præficere. Neque ſi vniuerſa Ethnicorum ſcriptorum cohors plures concorditer aſſignaret, quicquam ponderis haberet apud me, reclamante diuina ſcriptura. Scriptores autem Chriſtiani monumenta gentilium ſequuti ſunt. Etſi enim ſacrorum librorum ambiguitates, & ob rerum vetuſtatem obſcuriores loci, optime ex Ethnicorum ſcriptis declarari ſæpe, non ambigam: at plane definiente ſcriptura, autoritas omnis humana, ſi huic refragetur, floccipendenda eſt. Sed maxime contemnenda in hoc loco: vbi, ſecluſa etiam autoritate diuina, ſententiarum diuerſitate ſibiipſis vetuſti Chronologi ſubducunt
Ier. 27. 6. fidem. Porro, Ieremias adeo expreſſe, adeo manifeſte pronunciat: Iudæos in captiuitatem abductos, ſub patre, filio, & nepote, paſſuros in Babylone ſeruitium: vt verendum merito videatur, ne, ſi his alios interſeruerimus, diuinis hiſtoriis non lucem, ſed verò caliginem obducamus. Cuncta nutent, atque dubia reddantur: cum nihil tam firmum ac perſpicuum ſit, quod non, detrahendo aut addendo, labefactari & obſcurari queat.

* Regnauerunt ergo toto tempore captiuitatis Iudaicæ, Nabuchodonoſor, Euilmerodach, Balſaſar: & tamen hi ſoli tres reges annis ſeptuaginta regnarunt. Quod ſi ſola etiam Ieremię autoritate teneremus, chronologi que vniuerſi aduerſentur, nos vtique (vt poëticę dicam) omnes vnius æſtimemus aſſis. Hos enim ad Ieremiam, ceu ad amuſſim, non hunc, quaſi ad regulam Lesbiam, ad illos examinare & caſtigare, par eſt. Verum non vnius Ieremiæ, nec ſolius diuinæ ſcripturæ, quæ horum tantum mentionem induxit: ſed aliorum quoque ſententiis, id veriſſimum eſſe comperimus. Conſtabuntq; ſeptuaginta anni exactiſſime, ſi non omnium tempora ex vno: verum huius annos ex hoc, illius autem ex alio autore petamus: vt Pererius atque alii fecerunt. Neque enim quisquã 116

corum

eorum ab vno atque eodem autore omnium regum Babyloniorũ omnes pariter petiuit annos, nec tamen, niſi cuneis addactis, & adiecto auctario duorum regum, ad ſeptuaginta perueniunt.

227 * Et quidẽ Nabuchodonoſor, poſt captum Sedechiã, exuſtumque templum, & vaſtatam Ieruſalem, viginti ſex annis regnaſſe, Sulpitius Seuerus nos docuit, indicio veterrimi libri, in quo, etſi abſque nomine autoris, regum Babyloniorum tempora continebantur. Totidem annos illi tribuit Pererius, libro decimo in Danielem: cum tantummodo quinque & viginti, eidem libro ſexto tribuerit. Sed hoc ipſum ſatis aperte in hunc modum ex ſcriptura colligitur.

228 * Certum eſt, transmigrationem Iudæorum, quæ facta eſt ſub rege Ioachin, contigiſſe completo anno ſeptimo regni Nabuchodonoſor, & octauo anno inchoante. Hinc eſt enim quod Ieremias, Ie. 52. 28. anno ſeptimo accidiſſe teſtatur: cum hiſtoria Regum affirmet, an- 4. Reg. 24. no octauo Nabuchodonoſor eueniſſe. Annus igitur eius octauus, primus transmigrationis habetur. Captiuitatem ſimiliter q̃ ſub Sedechia facta eſt, Ieremias anno decimo octauo Nabuchodono- Ier. 52. 29. ſoris fuiſſe aſſerit: cum ipſemet ante præmiſerit, anno decimo no- Iere. 52. 12. no fuiſſe: hocq; & Regum liber quartus aſſeruit. Ieremias quippe 4. Reg. 25. 8. cum dixit, Eueniſſe decimo octauo, annum iam confectum intelligit: cum autem, decimo nono, initium anni indicauit. Annus ergo vndeuiceſimus Nabuchodonoſor, primus annus captiuitatis ab ſcriptura vocatur. Obiit autem Nabuchodonoſor (ſi fidem habuerimus Hebræis) viceſima quinta die menſis duodecimi, anno triceſimo ſeptimo transmigrationis regis Ioachin. Sic enim conciliant Hebræi duo loca, quæ diſſidere videntur. Nempe, quod legimus apud Ieremiam: Euilmerodach, viceſima quinta die menſis, Iere. 52. 31. eleuaſſe caput Ioachin de carcere, & poſuiſſe thronum eius ſuper thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. Id namq; viceſima 4. Reg. 25. ſeptima factum fuiſſe, Regum liber enarrat. Aiunt itaque, viceſi- 27 maquinta, è vita Nabuchodonoſor exceſſiſſe, & Euilmerodach eadem die, de Ioachin libertate ſtatuiſſe: at paterni funeris occupatione detentum, in viceſimam ſeptimã prorogaſſe. Sed huiuſmodi mythiſtoriæ Hebræorum, mirifice ſemper mihi mouent ſtomachum.

229 * Ego potius exiſtimarem, Euilmerodach, mox vt regnum

Babylonis obtinuit, viceſimaquinta die menſis duodecimi, annō triceſimo ſeptimo transmigrationis Iudæorum, Ioachin eduxiſſe de carcere. Fortaſſe vt cum regibus aliis Ioachin intereſſet ſolenniis, quibus primum diademate regio nouus Imperator coronatus eſt. Porro vero viceſima ſeptima, cum ipſa ſolennitas ageretur, thronum eius ſuper thronos cunctorum regum, quicunque erant Babylone, poſuiſſe. Quo enim commodius in tempore, regis clementia regem iacentem erigeret? & ceu duplici donatiuo aut congiario, libertate atque dignitate donaret? Ergo Regum liber honoris, eductionis autem de carcere, Ieremias deſignauit diem. Annus itaque triceſimus ſeptimus Iudæorum transmigrationis, regno Nabuchodonoſoris aſſcribitur: quamuis deſinente eodem anno, & fini proxime appropinquante, regnum Euil-Merodach inchoauerit. Quod enim dicitur in Regum hiſtoria: Subleuauit Euil-Merodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, vel, ipſo anno regno ſui (vt dixit Ieremias) caput Ioachin de carcere: cauſam mihi afferre videt, cur non antea in libertatem aſſeruit, nimirum, quia Euil-Merodach nō antea, ſed tunc regnū iniuerit.

4 Reg. 25. 27. Ier. 52. 31.

* Cum igitur Nabuchodonoſor mortuus fuerit, affecto anno transmigrationis triceſimo ſeptimo, conſentaneum eſt ac perſpicuum, quadraginta quatuor annis regnaſſe. Septem, ſcilicet, ante transmigrationem: reliquis autem triginta ſeptem, hac eadem transmigratione durante. Conſtat etiam, octodecim annis hunc ipſum ante captiuitatem Iudaicam, imperio Babylonico prefuiſſe, vixiſſeq; ſex & viginti, poſtq̃ Iudæos in Babylonem abduxerat. Vnde paululum aberrarunt à vero, qui annis tribus & quadraginta, illum imperaſſe conſtituunt: aut Metaſthenes, qui quadraginta quinque, potitum dominatione teſtatur. Verùm veritas conſiſtit in medio; quatuor quippe & quadraginta regnauit: atque ex his, viginti ſex annos, durante captiuitate, dominatus eſt. 230

* Huius à morte Euil-Merodachus annis triginta adminiſtrauit imperium. Quod Metaſthenes ſcriptum reliquit: cui ante alios habenda eſt fides in hoc: quando in hoc, præ cæteris omnibus, diuinis oraculis aſtipulatur. Quanq̃ Benedictus Pererius, quia totum Metaſthenem reiicit, opinionem eius in hoc, cum aliis quæ dixit, contemnendam putauit. Neq; enim inter varias ſententias de an- 231

nis

nis regni Euil-Merodach, hanc vel mentione dignatus eſt. Nos, in quibusdam recipientes Metaſthenem, in quibusdam non recipientes, vt alios nobiliſſimos quosq; humanos autores accipiendos putamus: cum Annium ſuppoſitoris iniuria; tum ipſam ſcripturã diuinam, aſſutis panniculis liberamus. Sane Leander Albertus in Italiæ deſcriptione teſtatur: Annium de crimine hoc, iniuſte in ſuſpicionem adduci. Quippe cum ipſe Leander, Viterui (quæ eſt ciuitas Thuſciæ) ipſos codices antiquiſſimos viderit, Beroſi, Metaſthenis, & aliorum, quos Annius paulo ante vulgauerat.

232 *Regnauit poſt Euil Merodach Balſaſar, teſte Seuero, quatuordecim annis. Torq; à morte Euil-Merodachi, vsq; ad finẽ Babylonici imperii, Metaſthenes interceſſiſſe teſtať. Ita tamẽ, vt inter tres filios Euil-Merodachi, hos quatuordecim annos diſtribuat. Inquit enim: Nabuchodonoſor Magnus (regnauit, ſcilicet, annis) quinq; & quadraginta. Amilinus Euil-Merodach, triginta. Filius huius primus Reg-Aſſar, tribus. Secundus Lab-Aſſar-Dach, ſex. Tertius Balth-Aſſar, quinque. Balt-Aſſare interfecto, regnauerunt ſimul Cyrus & Darius annis duobus. Hæc Metaſthenes. Ergo vero aſſentior Seuero: imo aſſentior diuinæ ſcripturæ: totosq; quatuordecim annos, Balſaſarẽ imperaſſe cõſtituo: ſecundoq; loco poſt auũ, ſtatim ab Euil-Merodach, dominatũ accepiſſe decerno. Quod apte ex Xenophontis hiſtoria, libro quarto Cyripędiæ colligitur. Apud quẽ, cum Rex Babylonis, qui poſt obitũ Aſtyagis contra Medos expeditionem parauerat, interemptus in pugna fuiſſet, vir nobilis & Aſſyriorũ primarius, Gobrias nomine, ad Cyrũ deſciuit, hancq; ad illum patheticam orationem, & legi digniſſimã, habuiſſe narratur.

233 * O Here, ego genere ſum Aſsyrius, qui & oppidum habeo validum, & magnæ dominor regioni. Præterea equites habeo circiter mille trecentos, quos præbebam regi Aſsyriorum, eramque illi amiciſſimus. Sed vt ille à vobis necatus eſt, vir ſane bonus, illiusque filius mihi inimiciſſimus ſucceſſit in regnum, veni ad te, cui ſupplex concido, meque ipſum do ſeruum ac ſocium. Abs te autẽ peto, vt meam vlciſcaris iniuriam, quem ita facio filium, vt licet: careo enim filiis maribus. Nam qui mihi hæres ſolus erat, filius honeſtus & bonus, quique me & amabat & honorabat, quemadmodum filius honore patrem facere felicẽ queat, hunc Rex ſenior

Digitized by Google

regis huius præſentis pater, cum inuitaſſet, tanquam daturus filiam ei vxorem, ego illum miſi: vt eram elato animo, quod filium ſcilicet meum filiæ Regis viſurus eſſem ſponſum. Præſens autem Rex vbi eum venatum inuitaſſet, venatique liberrime permiſiſſet, ratus ſe longe illi equitatione præſtare: meus filius vt vna quidem cum amico venabatur. Vrſa vero vt eſt oblata, cum ii ambo vna illam inſequerentur, hic, qui nunc eſt Princeps, miſſo iaculo ictu fruſtratus eſt: quod vtinam accidiſſet nunquam. At filius meus feriens, id quod minime opus erat, vrſam proſternit. Et tunc quidẽ hic moleſte ſcilicet rem ferens, inuidiam clam tamen continuit. Sed vt rurſus leo obiectus eſſet, Regis filius item iaculatus eſt fruſtra. Paſſus is quidem incredibile nihil, mea ſententia. At filius meus item aſſecutus leonem interemit. aitque: Certe bis iaculatus ſum, & vtraque vice feram proſtraui. Hic igitur non amplius homo nefarius inuidiam compeſcuit: ſed arrepta lancea à ſequentium quodam, eaque percuſſo in pectus filio meo, qui & vnicus mihi erat & cariſſimus, huic animam abſtulit. Quem ego miſer, tam grandem agens ætatem, filium meum optimum, mihique dilectiſſimum, cui nuper florere barba inciperet, pro ſponſo portaui mortuum, atque ſepeliui. Parricida vero, perinde quaſi inimicum aliquem perdidiſſet, facti ſe pœnitere nunquam oſtendit: neque pro perpetrato facinore, honore aliquo ſepultum dignatus eſt. Atqui eius pater & me commiſeratus eſt, & calamitatem meam permoleſtam ſibi eſſe declarauit. Ego igitur, ſiquidem ille viueret, nunquam ad te iſſem, quo illi nocerem: nam illius multa amicitiæ merita erga me fuêre, cui etiam inſeruiui. Sed poſtea quam in filii mei interemptorẽ deuenit imperium, nunquam huic ego poſſem eſſe beneuolus: nec etiam hic me certo ſcio, amicum vnquam duceret. Nouit enim quo animo in ſe ſum, & vt antea hilariter vitam agerem: nunc autem filio orbatus, in luctu dego ſenectutem. Si igitur me admittis, ſpemque afferas, fore vt conſequar tecum vltionem aliquam mei cariſſimi filii: tum rurſus videar mihi pubeſcere: tum neque viuere cum dedecore, neque mori me putem cum dolore.

* Et Gobrias quidem hucuſque. Refert autem Xenophon, Regem hunc, de quo Gobrias apud Cyrum conqueritur, imperium 234

Digitized by Google

Babylonicum finiuiſſe, & ab ipſo Gobria & Gadata, primariis Aſſyriorum principibus, Babylone interfectum fuiſſe: cum Cyrus, Euphrate diducto, vrbem improuidam occupaſſet. Fuit igitur Rex is, Balſaſar, fuitque ex poſteris Nabuchodonoſor, vt hiſtoria Danielis teſtatur. Cum autem ex Xenophonte teneamus, hunc Regem conſequenter poſt patrem interemptum in conflictione, regnaſſe: iam falſum manifeſtè conuincitur, inter hunc & patrem eius Euilmerodach, alios duos & alterius familiæ, imperium Babylonicum tenuiſſe. Sed vero poſt Nabuchodonoſor, regnum tenuit (ex Ieremiæ vaticinio) eius filius Euil-Merodach, in quo omnes ſcriptores conueniunt, & diuina ſcriptura ſubindicat. In cuius locum demortui, ſuffectus Balſaſar eius filius (vt ex Xenophonte didicimus) per totos quatuordecim annos bellis à Cyro exagitatus eſt, vitaq; tandem & imperio priuatus. Etenim anteq̃ Cyrus Babylonẽ cingeret obſidione, multas illi ſubditas ac fœderatas expugnauit & acquiſiuit prouincias. Lydiã, nimirum, & Cariam, Phrygiam, Capadociam, Arabiam, & alias, quas apud Herodotum, & Xenophontem videre eſt. Poſthæc etiam cum Babylonẽ veniſſet, nõ breui tempore ſubiugauit: ſed diuturna obſidione concluſit. Vnde mirum videri non debet, ſi totis quatuordecim annis, quibus Balſaſar imperauit, Cyrus hiſce rebus gerendis occupatus fuiſſe dicatur. Sed & illud hoc aperte demonſtrat, quod cum Cyrus in iuuenili ætate (vt ex eodem Xenophonte percipitur) ſuppetias auunculo tulerit, & bello Babylonios inuaſerit, quadraginta tamẽ erat annorum, cum imperium Babylonis obtinuit. Vt Cicero, cui alii conſentiunt, libro primo de Diuinatione teſtatur.

Dan.5.30. Dan.5.2.11. Iere.27.7. 4.Reg.25.27.

235 * Horum porro trium regum annos ſi redegerimus ad ſummã, iuſto numero Septuaginta tenebimus: quibus Iudæorum captiuitas, iuxta Ieremiæ prædictionem, vſque ad Babylonici imperii ruinam & euerſionem durauit. Regnauerunt ſiquidem poſt templi deſolationem, & poſt captiuitatem Iudæorum, quæ anno decimo nono imperii Nabuchodonoſor euenerunt: Ier.25.11.12.

Nabuchodonoſor ipſe, annis.	26
Euil-Merodach eius filius.	30
Balſaſar Nabuchodonoſoris nepos.	14
	70

Non igitur eſt neceſſarium (vt Ribera pro indubitato decernit, in Commentariis ad primum Zachariæ caput) Septuaginta captiuitatis annos à primo Nabuchodonoſoris ordiri: quoniam aliter (vt ipſe determinat) ſeptuaginta anni regni Chaldæorum inueniri poſt captiuitatem non poſſint. Neque cum Ieremias, capite viceſimo nono, alloquitur eos, qui iam ante captiuitatem transmigra-
Ier. 29.10. uerant in Babylonem, & ait: Cum cœperint impleri in Babylone (vel, vt habent Hebræa, Babyloni) ſeptuaginta anni, viſitabo vos: computat illos à primo Nabuchodonoſoris anno, vt nequicquam Ribera contendit: verùm ſenſus Vatis hic eſt. Non vos fallant Pſeudoprophetæ, qui maturam reuerſionem in patriam, atque celerem liberationem promittunt: & vos faciunt in mendacio confidere. Nam prædico ex nomine Domini: Non propinquum vobis reditum, ac domuitionem dari: quin potius in longum differ-
Ier. 29. 29. ri. Ædificate ergo domos, & habitate: plantate hortos, & comedite fructus eorum. Accipite vxores, & generate filios. Donec enim captiui abducantur Iudæi, qui etiamnum degunt in Palæſtina, & Hieruſalem deſtruatur, atque templum ipſum conflagret, vniuerſa denique terra hæc detur in ſolitudinem & ſtuporem: donec inſuper ſeptuaginta compleantur anni huiusce captiuitatis extremæ, deſolationis & vaſtitatis (vt iam antea vobis prædixi, capite vi-
Ier. 25.1.11. ceſimo quinto, in primo Nabuchodonoſoris anno, loquens de omni populo Iudææ) donec iſta cuncta impleantur, & ſeruierint omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis: nequaquam viſitabit vos Dominus, neque reducet vos ad locum iſtum: vt falſi prophetæ promittunt.

* Iure igitur Nicolaus de Lyra, annales Hebræorum ſecutus, 236
toto tempore captiuitatis Iudaicæ hos tres tantum imperaſſe arbitratur: Nabuchodonoſor, Euil-Merodach, Balſaſar. Quod etiam Euſebius in Chronicis, & Sulpitius Seuerus in ſacra hiſtoria, & Theodoretus oratione quinta in Danielem, illuſtres autores cum primis, omnes vnanimes aſſeuerarunt. Sed tamen hoc perperam putauerunt, Balſaſarem Euil-Merodacho, non filium ſed fratrem
Dan. 5. 2. 11. fuiſſe. Dicitur quidem Balſaſar apud Danielem, & in libro altero
2. Par. 36. 20. Paralypomenon, filius Nabuchodonoſoris: at ex phraſi ſacrorum voluminum, quæ, iuxta cum iureconſultis, nepotes etiam & pronepo-

nepotes, omnes denique ſucceſſores ac poſteros, filios nuncupare conſueſcunt. Nepotem vero fuiſſe Nabuchodonoſoris, non filium, Ieremias clara voce proclamat. Et Hieronymus in caput decimum tertium Iſaiæ, & in viceſimum ſeptimum Ieremiæ, Balſaſarem nepotem Nabuchodonoſoris fuiſſe tradit, ex filio Euil-Merodacho. Quamuis in caput quintum Danielis, ex Beroſi & Ioſephi ſententia, pronepotem Nabuchodonoſoris effecerit, & filium Laboſardach. Hoc ipſo Balſaſare interfecto, & Babylone à Cyro expugnata, Aſſyriorum imperium finitum eſt: reunitaque vt prius monarchia, regnauerunt, iuxta Metaſthenem ſcripturæ diuinę cõformem, Cyrus & Darius duobus annis. Et venit aſcenſor vir bigę, qui clamauit: Cecidit, cecidit Babylon, vt prænunciauerat Iſaias. Ier. 27. 7. Iſa. 21. 9.

327 * Fuerunt igitur (vt ad metam veniamus) omnes hi Babylonici reges, viribus & amplitudine imperii, & rebus à ſe geſtis, clariſſimi, & qui (quod ſcriptum inueniam) longe Medis atque Perſis præſtiterint. Quin Megaſthenes contendit oſtendere, Herculem à Nabuchodonoſore, magnitudine rerum geſtarum, procul à tergo fuiſſe relictum.

328 * Sentio equidem me fuiſſe longiorem; neque ignoro, hæc fore moleſta deſidioſo & incurioſo lectori: qui, imperium Babylonicum periiſſe, perfunctoriè cognoſcere contentus ſit. At ego me tutor Iſocrate, qui in Helenes encomio diſerte, partim faſtidioſo auditori, partim itidem ſibiipſi, ex æquo gratificari conſtituit: ne omnino vinceretur ab iis, qui inuidi eſſe conſueuerunt, ac quæcunque dicuntur arguere. Difficileque eſſe ſignificat, ſtylo moderari ſcriptorem, ſi in ſplendidum & copioſum locum inciderit. Et idem in Panathanaico, eos ſibi auſcultatores depoſcit, qui copiam eorum quæ dicuntur, obiurgaturi non ſint: neq; ſi vel decies mille verſuum prolixitas fuerit: cum in ſua poteſtate eſſe norint, non plus legere quam quod ipſi voluerint. Tutor me & Philemone comico, Græco ac peruetuſto poëta, vtpote, Menandro antiquiore: qui tam vere quam eleganter ſic ait:

Qui non loquetur vlla quæ ſint vſui,
Multiloquus hic exiſtimetur vir tibi,
Licet duarum ſyllabarum ſermo ſit.
Contra, loquetur ſi quis apta plurima

Digitized by Google

Quamuis loquatur, & trahat longam moram,
Ne multiloquus hic cenſeatur vir tibi.
Exemplo Homerus eſſe vel ſolus poteſt:
Nam verſuum tot ſcripſerit quum millia,
Multiloquus eſt vocatus vnquam nemini.

His porro qui in diuina ſcriptura, verba ſingula (vt par eſt) magnipendunt, & penitius ſacra ſenſa rimantur, atque ab imis fundamentis effodiunt, obſequendum & gratificandum fuit maxime: oſtendendumque, non preſſe & anguſte, ſed vberius & explanatius, iamque ex dictis manifeſte cognoſcent; quas gentes ſpoliauerit rex Babylonis, & qui eſſent qui reliqui fuerant, quaque via ordine, ac tempore, quamque ob cauſam, cum eſſet potentior, ab illis paucioribus ſpoliatus ſit. Porro in ſumma, Nabuchodonoſor gentes ſubiugauit innumeras, ſed Medi ac Perſę reliqui fuerant: à quibus, non in propria perſona, ſed in Balſaſare nepote, anno ſeptuageſimo primo à deſolatione Ieruſalem, imperio Chaldaico ſpoliatus eſt: quoniam tot ipſe ſpoliaſſet nationes, ſed præcipue, vt Propheta ſubiungit.

Propter ſanguinem hominis, & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

SEPTVAGINTA interpretes pluraliter verterunt: Propter 239
ſanguines hominum, & impietates terræ & ciuitatis, & omnium habitantium eam. Et videtur eſſe ſenſus: Hæc vniuerſa contigerunt tibi, ob immenſam humani ſanguinis effuſionem, & ob impietatem atque flagitia quæ commiſiſti, omnem terram diuexans atque diripiens, omnem ciuitatem deuaſtans, ſuiſque cultoribus & habitatoribus orbans. Ciuitatis enim poſuiſſe pro Ciuitatum, à diuinæ ſcripturæ dialecto non abhorret, quæ ſingularem ꝑ plurali, & pluralem contra pro ſingulari, frequenter ſoleat vſurpare. At Chaldæus Paraphraſtes hæc vltima Prophetæ verba ad Iſraëlitarum regionem ſingulariter retulit, dicens: Propter ſanguinem hominum, & rapinam terræ Iſraël, ciuitatem, & omnium ha-
Iſa. 45.14. bitantium in ea. Huic aſtipulatur Iſaias, vbi ait: Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam

ante

ante faciem eius gentes,& dorſa regum vertam,& aperiam coram
eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos
terrę humiliabo,portas æreas conteram,& vectes ferreos confrin-
gam. Et dabo tibi theſauros abſconditos,& arcana ſecretorum, vt
ſcias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Iſrael. Pro-
pter ſeruum meum Iacob,& Iſraël electum meum. Id eſt,vt per te,
ô Cyre, vlciſcar iniurias Iacob, & liberem à Babyloniis populum
meum Iſraël. Aſtipulatur & Chaldæo Ieremias,dicens: Erit Chal- Ier. 50.
dæa in prædam: omnes vaſtantes eam replebuntur, ait Dominus. 10.
Quoniam exultatis & magna loquimini diripientes hæreditatem
meam.Grex diſperſus Iſraël,leones eiecerunt eum: primus come-
dit eum rex Aſſur,iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodono-
ſor rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus exercituum De-
us Iſraël. Ecce ego viſitabo regem Babylonis & terram eius, ſicut
viſitaui regem Aſſur. Et in alio loco: Cadent interfecti in terra Iere. 51. 4.
Chaldæorum,& vulnerati in regionibus eius. Quoniam non fuit
viduatus Iſraël & Iuda à Deo ſuo Domino exercituum: terra au-
tem eorum (Chaldæorum) repleta eſt delicto à ſancto Iſraël. Id
eſt,ob iniuriam illatam ſancto Iſraëlis,vel ſancto Iſraëli. Atq; pau- Iere. 51. 11.
lo poſt: Suſcitauit Dominus ſpiritum regum Medorum, & contra
Babylonem mens eius,vt perdat eam: quoniam vltio Domini eſt,
vltio templi ſui. Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus
Chaldæę omne malum ſuum,quod fecerunt in Sion, in oculis ve-
ſtris,ait Dominus. Deniq; paulo inferius ſic inquit: Comedit me, Ier. 51. 24.
deuorauit me Nabuchodonoſor rex Babylonis, reddidit me quaſi
vas inane,abſorbuit me quaſi draco,repleuit ventrem ſuum tene-
ritudine mea,& eiecit me. Iniquitas aduerſum me, & caro mea ſu-
per Babylonem,dicit habitatio Sion, & ſanguis meus ſuper habi-
tatores Chaldææ,dicit Ieruſalem. Propterea hæc dicit Dominus:
Ecce ego iudicabo cauſam tuam,& vlciſcar vltionem tuam.

241 *Ergo ſicut Vrbis nomen ſimpliciter prolatum, Romam apud
Latinos ſignificat per antonomaſiam, vt Quintilianus teſtatur, vt
Alexandria per excellentiam πόλις; vt Athenæ dictæ ſunt ἄστυ: ſic
Ciuitatis vocabulum apud Hebræos, Κατ' ἐξοχὴν, Ieroſolymam in-
dicat: quoniam omnium vrbium Orientis longe eſſet præclariſſi-
ma,vt Plinius affirmat,cui & Tacitus aſſentitur. Vrbs quippe fuit Thr. 2. 15.

Digitized by Google

domina gentium: vt eſt apud Ieremiam. Eſſetque cæterarum Palæſtinæ vrbiũ metropolis: caput deniq; & totius reipublicę Iſraliticæ initium. Vt porta ciuitatis aut domus, eatũ quadãtenus exiſtit caput atq; principium. Erat regia in Ieruſalem, erat & ſuprema iudiciorũ curia, ac totius gubernationis ſenatus. Porro, olim publici conuentus, iudicia, conciones, deniq; publica fora & comitia, in portis habebant̃ oppidorũ: vt paſſim pateſcit in diuina Scriptura.

244 * Dicebatur Etiam Ieruſalem Porta populi: Id eſt, Arx vel præſidium reliquarum vrbium ac populorum. Antiquitus enim vrbium portæ altiſſimis turribus muniebantur, validoque militum firmabantur præſidio: arces erant denique, & propugnacula ciuitatum. Qui mos hucusque perdurat inampliſſimo Sinarum regno, quod vulgo La China vocatur. Neque enim præter inſtructiſſimas & munitiſſimas vrbium portas, aliis vti arcibus perhibentur. Legimus in libro Iudith, Arphaxad, regem Medorum, ædificaſſe ciuitatem potentiſſimam, quam appellauit Ecbatanis: poſuiſſeque portas eius in altitudinem turrium. Hinc eſt, quod per portas Hebræi omne genus munitionis intelligunt aliquando. Vt cum dicitur: Poſſidebit ſemen tuuu portas inimicorum ſuo-
245 rum.* Huc q; Chriſtus reſpexit, cum ait: Portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam. Id eſt, Omnes munitiones & machinæ, tormenta & artes, atque robur Inferni, id eſt Mortis: vniuerſa bellandi inſtrumenta, cum quibus cuncta delere, cuncta perimere Mors conſueuit: omnes miniſtri & ſatellites inſanibilis eius cupidinis, ſiue homines ſint, ſiue dæmones ſint, rerũ omnium edax tempus, vniuerſaque euertens atque permutans mundanarum rerum viciſſitudo: Eccleſiam tamen ſuper ſaxũ conſtructam, diruere atque demoliri non poterunt: ſed in finem ſæculi perdurabit, Denique ſicut Chriſtus, ſe oſtium eſſe, profitetur, cum ait: Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur: Sicut etiam beatiſſima virgo Maria, Porta cæli dicitur ab Eccleſia: & Apoſtoli quoque dicuntur Portæ: quoniam per ipſos intramus ad regnum Dei vt inquit Auguſtinus: ſic quodãmodo Ieruſalem, oſtium vel porta Iudaici populi nuncupatur: quod ciuitas eſſet ſacerdotalis & regia, per quam introëundum & egrediendum eſſet populo Dei. Ab ea accipienda erat lex, & legitima legum inter-

Iudith. 1. 2.
Gen. 22. 17.
Math. 16. 18.
Mat. 28. 20.
Ioh. 10. 7. 9.

pretatio, recteque viuendi inſtitutio: ibi addiſcendæ morum & actionum regulæ: ibi ſacrificia offerenda, delictorumque expiationes fiendæ. Huius portæ demum ingreſſu, per diuini cultus exhibitionem, per oblationem ſacrificiorum, per iudiciorum ac ceremoniarum obſeruantiam, iuxta Chriſti venturi ac mediatoris ſub his omnibus præſignati, fidem, acceſſus patebat ad Deum.

* Ex His porro facile intelligitur, quid illud ſignificet apud Mi- 246
Mich.1.9. chæam: Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſque ad Iudam, tetigit portam populi mei, vſque ad Ieruſalem. Dei quippe, non Prophetæ, vox eſt, extremum Samariæ comminantis exitium. Ponam, inquit Dominus, Samariam quaſi aceruum lapidum: detraham in vallem: fundamenta eius reuelabo: etiam ſi exinde peculium meum pereat, etiam ſi mei populi iacturam faciam, etiam ſi nominis mei honos apud exteras nationes periclitetur, quæ dicent: Vbi eſt Deus eorum? Et, Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia. (Deut.32. 27.) Etiam ſi demum (vt dicitur in prouerbio) in caput meum cudatur faba: hacque victoria facturus ſim planctum draconum. Hi elephantos circumflexu facili ambiunt, nexuque nodi perſtringunt, ita etiam vt interimant. At ipſi pariter, elephantorum pondere eliſi, perſtrepunt, ſtrident, arrectiſque horrent ſquamis, & ſibilant ore: crepant tandem, & hoſti commoriuntur enecto. * Quamuiſque poſtmodū facturus ſim (inquit De- 247
Iob.39. 14. us) luctum quaſi ſtruthionum. Quæ derelinqunt oua ſua in terra, obliuiſcuntur quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat. Durantur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui. At poſtea, naturali prolis amore Struthio coacta, hâc & illâc oua defoſſa circūquærit: dumq; præ obliuione non inuenit, ingentes eiulatus & clamores ciet. Tales Dominus apud Ieremiam, voce illa affectibus plena, querelas fundere videtur, cum ait: Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. (Ier.12. 7. 10.) Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem deſiderabilem in deſertum ſolitudinis. Poſuerunt eam in diſſipationem, luxitque ſuper me. *Ergo, Deſerā & obliuiſcar populum Samariæ (inquit 248
Dominus apud Michæam) calcandumque & conterendū beſtiis, maceria diruta, derelinquam: etſi mea iactura & periculo id faciā

qui,

qui me meo peculio diſpoliem, me meo honore & hæreditate denudem. Perdam nihilominus atque prorſus abiiciam: quamuis mihi Cadmeam victoriam parem, quamuis poſtmodum orbitate diſcrucier. Perdam porro funditus & euertam: quoniam deſperata eſt plaga eius, & (quod Ieremias dixit) inſanabilis eſt fractura eius, peſſima plaga eius. Plaga enim apud Michæam, nõ percuſſio- Ier. 30.
nem, quam Deus Samariæ inflicturus erat, ſed morbum atque pe- 12.
ſtem idololatriæ, aliorumque ſcelerum, quibus iam laborabat, & infecta erat, ſignificat. Quam idcirco deſperatam eſſe pronunciat: Quia venit vſque ad Iudam, tetigit portam populi mei, vſque ad Ieruſalem. Vel, vt habent ad verbum Hebraica, & Pagninus vertit: vſque ad Iudam, peruenit vſque ad portam populi mei, vſque ad Ieruſalem. Cui editio Tigurina conſentit. verbum enim נגע pro quo in hoc loco Michææ, ſeptuaginta & vulgatus interpretes, Tetigit interpretati ſunt, Peruenire quoque ſignificat, identidem tranſtulit editio vulgata. Hoc enim met verbum habetur in Cantico canticorum, vbi legimus: Tempus putationis aduenit. Et apud Cant. 2. 12
Iſaiam, vbi dicitur: Vſque ad Iazer peruenerunt. Eſt autem ſenſus Iſa. 16. 8.
249 Michææ: Quamdiu plaga & peſtis Samariæ non infecerat Iudam, nondum corruperat Ieruſalem, quæ eſt porta populi mei, caput nempe atque præſidium mei populi: non vtique deſperata penitus erat res: adhuc ſpes affulgebat, religione & legibus integris in Iuda & Ieruſalem, ſanitatem inde in reliquum populum demanere potuiſſe: vnde hactenus in ſceleribus Samariæ diſſimulaui & connixi. At quando contagiones malorum, à Samaria profectę, manarunt latius: eiusque idololatria, & alia infinita penè ſcelera, Iudam & Ieruſalem inuaſerunt: plane deſperata eſt plaga eius, & immedicabilis ægritudo eius. Si fornicaris tu Iſrael (aiebat Domi- Oſeæ. 4.
nus per Oſeam) non delinquat ſaltem Iuda. Quoniam vero iam 15.
peſtis in caput irrepſit: abiicere & obruere oportet: non vltra curationi nequicquam incumbere.

Cuncta prius tentanda: ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Non eſt docti medici, carmia recitare, cum vlcus ſectionem deſiderat, vt eſt apud Sophoclem. Porro vero, vt dixit Claudianus:

Vlcera poſſeſſis alte ſuffuſa medullis.
Non leniore manu, ferro ſanantur & igni.

* Ergo (vt ad propoſitum reuertemur) quemadmodum Ieruſalem Deus apud Micheam, propter excellentiam & alias innumeras prærogatiuas, Portam populi ſui eſſe dixit, ſic etiam & per Habacuc, *Terra ciuitatem*, antonomaſtice nuncupauit: quaſi ea vna in terrarũ orbe, Ciuitatis mereretur vocabulum. Et ſicut Deus Samariam abdicauit atque deſtruxit, eò quod Iudam & Ieruſalem, ſuis iniquitatibus & impietatibus contaminaſſet: ſic etiam Babylonem, eiuſque regem & imperium vaſtauit ac perdidit: quod Iudam & Ieruſalem oppreſſerit, ciueſque eius, & vniuerſos habitatores trucidauerit, aut captiuos in Babylonem abduxerit. Quamquam enim ob ſcelera Iudæorum à Samaritanis mutuata, contra Iudam & Ieruſalem Deus ipſe concitarit Chaldæos: iuxta id quod dixerat Habacuco: Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram: ipſe tamen Nabuchodonoſor, & amarus populus Chaldæorum, non ſe Dei miniſtros nouerunt: ſed per ambitionem & auaritiam, innatamque in omnes homines feritatem & inhumanitatem, in Iudæos expeditionem pararunt: dilatandique imperii ſui gratia, hanc, ſicut cæteras nationes, ſubiugare conati ſunt. 250

Zach. 1. 14. * Hoc eſt enim quod Dominus inquit apud Zachariam: Zelatus ſum Ieruſalem & Sion zelo magno. Et ira magna ego iraſcor ſuper Gentes opulentas: quia ego iratus ſum parũ, ipſa vero adiuuerunt in malum. Hæc ſunt: Magnopere indignor & iraſcor Chaldæis, eo quod potiantur Ieruſalem, quam ego quaſi dilectam animam meam diligo. Quippe, nihil aliud eſt zelus, quã ira ab amore deducta, quod ea re potitus ſit alius, quam nos ſolam habere præoptamus. Et Cicero obtrectationem (ſic enim zelotypiam appellat) ęgritudinẽ ex eo eſſe definit, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipſe concupiuerit. Cæterum Deus parum iratus fuiſſe dicitur contra Ieruſalem, quia non odio, ſed amore puniuerit: neque dum affligeret, malum eius quæſiuerit ſed bonum & curationem molitus ſit. At Chaldæi vehementer irati, & in malum adiuuiſſe dicuntur; quoniam odio & auaritia incitati, damna & detrimenta intulerunt: incommodumque & perniciem Iudæorũ, non ſalutẽ & vtilitatem, ſpectarunt. Deus enim, vrbem illam ſpoliari & euerti, 251

Ier. 12. 7.

permi-

permiſit in bonum: quo,ſcilicet,Deum amplius offendere, eiusq; contemnere imperium,in poſterum timerent Iudæi. Qui timor certe,è re ipſorũ magis erat multo, q̃ opes vniuerſæ quas abſtulit. Chaldęi vero non propter hanc cauſam,Ieruſalẽ oppugnare ſtatuerunt: ſed in malum,id eſt,parua intentione,& in auaritiam malã, vt opibus ditarentur alienis: vt ſtatim Vates noſter ſubiungit. Neque tot homines occiderunt Chaldæi, vt reliquos efficerent meliores: ſed vt illos tamquam hoſtes delerent, hos ad perpetuam ac miſeram ſeruitutem ſeruarent. Adiuuerunt autem, dixit Zacharias, eò quod Chaldæis Deus ad Iudæorum curationem vſus ſit, veluti qui gladio vel cuſpide, aut carnem ſui corporis putridam ad viuum reſecat,aut tumorem pure plenum proſcindit. Aut veluti qui filium vel ſeruum, fuſte vel flagello caſtigat & emendat. His enim Chaldæos aſſimilat Iſaias, ex Domini perſona ſic inquiens: Væ Aſſur, virga furoris mei & baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi: vt auferat ſpolia,& diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum. Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita exiſtimabit: ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. Hactenus Iſaias. Sed etiam apud Habacuc,hoc fuiſſe regni Babylonis propoſitum, quæ ſequuntur,manifeſte declarant: addit enim: Iſa.10.5.

9 *Væ qui congregat auaritiã malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius,& liberari ſe putat de manu mali.*

252 ALIA Parabola eandem ſententiam exornant, qui Regni Babylonis inſultant. Oſtendunt autem Nabuchodonoſoris exemplo,multũ eos decipi,qui imperiũ & ingẽtes opes, eo animo per iniuriã acquirunt,vt commodius ac ſplendidus vitã degant, & ab omni malorum incurſu his præſidiis tutiores reddantur. Cum ingenio ſuopte diuitias curæ & timores comitent: & (vt Cæcias nubes) ſic opes ad ſe violẽtos & iniurios trahant. Vnde diuites (vt dixit poëta) ſępe ad fatũ venêre ſuũ,dũ fata timent: & qua effugere atq; propellere cogitauerãt,illac pericula & perniciẽ accerſunt.

Prima fere vota & cunctis notiſſima templis,
Diuitiæ vt creſcant, vt opes, vt maxima toto
Noſtra ſit arca foro, ſed nulla aconita bibuntur
Fictilibus, tunc illa time, cum pocula ſumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

* Phocylides atque alii permulti, multis auaritiam inſectati 253
ſunt: ſed pulcherrime omnium Lucretius, ambitionis & auaritię, irritos conatus expreſſit, & vatis noſtri Habacuc graphicè ſententias explicuit, dum ait:

Quod ſi quis vera vitam ratione gubernet,
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parce
Æquo animo: neq; enim eſt vnquam penuria parui.
At claros ſe homines voluere eſſe, atq; potenteis,
Vt fundamento ſtabili fortuna maneret,
Et placidam poſſent opulenti degere vitam,
Nequicquam: quoniam ad ſummum ſuccedere honorem
Certantes, iter infeſtum fecere viai.
Et tamen è ſummo quaſi fulmen deiicit ictos
Inuidia interdum contemptim in tartara tetra:
Vt ſatius multo iam ſit parere quietum,
Quam regere imperio res velle, & regna tenere.
Proinde ſine incaſſum defeſſi ſanguine ſudent
Anguſtum per iter luctantes ambitionis,
Inuidia quorum ceu fulmine ſumma vaporant,
Plerumq;, & quæ ſunt aliis magis edita cumq;.

* Quæ igitur ſtultitia & amentia eſt, quo quis de manu mali ſe 254
liberet, Pandoræ cunctorum malorum refertam pixidem auaritiam, præſidium ſibi, & aſſertore alexicacon ſtatuere? *Malam domui ſuæ* proculdubio, vt Deus teſtatur apud Habacuc. Id eſt, pernicioſam ſibi ſuiſque, & quæ ſibi tandem ac domui ſuæ, exitium parauit atque ruinam.

Pleroſq; ſiquidem turpibus de quæſtibus
Auferre damnum non ſalutem videris.

Vt eſt apud Sophoclem. Celebraturq; etiam Heſiodium dictū:

Ne male lucreris, mala lucra æqualia damnis.

Ferunturq; in eandem ſententiā prouerbiales Græcorū ſenarii:

Diſpen-

Diſpendio vſq; eſt fraude quæſitum lucrum.
Et:
At turpe lucrum adducit infortunium.

Quod etiam ab Vlyſſe profertur apud Euripidem, in Cyclope. Huc igitur referri videtur quod dixit Habacuc: *Væ qui congregat*
255 *auaritiam malam domui ſuæ.* * Etenim, qui ædificat domum ſuam Eccl. 21.9.
impendiis alienis, inquit filius Syrach, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. Hoc eſt, qui ex bonis ac rebus per fraudem vel violentiam quæſitis, ſplendidas ſibi exædificant domos, ſimiles his ſunt, qui in hyeme lapides congregant ad ædificandum, & in ipſis ædificiis componunt & conſtruunt. Quemadmodum enim ædificium huiusmodi diu conſiſtere ob temporis incommoditatem non valet, ita & illi, per rapinam extructis à ſe ædibus frui longo tempore, neutiquam poterunt. Aut enim ipſi, præmatura morte intercepti, ante tempus earum vſum amittent: aut ipſæ, pondere preſſæ iniquitatis, ſubſident: Deo illas ob iniuſtitiam, aut igne, aut inimicorum vi, aut valido turbine, proſternente. Sicut obſtat hyberna inclementia, ne ferrumine conſolidentur & conglutinentur cæmenta: ſic etiam & auaritia impedimento eſt, ne per eam domus ſtructa perduret. Operæpretium porro annotare eſt, pro eo quod legimus: Quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme: Græca exemplaria in Complutenſi editione habere in hunc modum: Ὡς ὁ συνάγων ἑ αὐτοῦ λίθους εἰς χῶμα ταφῆς αὐτοῦ. Quæ ſunt, quaſi qui cōgregat ſibi lapides ad tumulum ſepulchri ſui. Quibus verbis, & aptiſſima comparatione, monemur, Eum qui iniuſte conquiſitis diuitiis domum exædificat ſibi, veluti ſepulchrum ſibi conſtruere. Deo quippe eius vlciſcente iniuſtitiam & iniquitatem, non diutius ſuperſtes erit in ea, quin in illa breui morietur, vt ſit ei veluti ſe-
256 pulchrum futura.* Domus ergo per auaritiam conſtructa, & impendiis alienis fabricata, non dominum liberat de manu mali, vt falſo rapaces & trahaces exiſtimant, non tutiſſimum illi refugium & receptaculum præbet, vt Caius atque Paulus dixerunt: imo vero ſubita ruina illum ſæpe ſolet opprimere, aut aliis in ea premitur & exagitatur incommodis: ita vt in ea potius iaceat quam viuat: nec tam domus ipſa habitaculi, quam ſarcophagi vicem gerat. Quippe, vt ſuperius annotatum eſt.

Digitized by Google

Non eſt viuere, ſed valere, vita.

Domus porro nomine, non ſolum locum manſionis ædesque; ſed ſtatum etiam atque familiam, liberos autem in primis, vniuerſamque progeniem, ſed & dignitatem quoque & honorem, ſcriptura diuina ſignificat.

* Poteſt etiam exponi quod dicitur: *Congregat auaritiam malam domui ſuæ:* vt ſit, Propter domum ſuam: id eſt, in augmentum & vtilitatem, honorem & firmitudinem domus ſuæ. Vt illud, ſcilicet, *Domui ſuæ,* non iungatur adiectiuo nomini *Malam,* quod perpetuum eſt epithetum auaritiæ: ſed cum verbo *Congregat* copuletur: ſitque ſeries & ſtructura verborum. *Væ qui domui ſuæ congregat auaritiam malam.* In hunc ſenſum vertit Pagninus paraphraſticè: Væ auarè ſectanti auaritiam malam, vt domum ſuam ædificet. Vatablus ſimiliter: Væ ſectanti auaritiam malam propter domum ſuam: id eſt, vt domum magnificam ſibi extruat. Vel, vt ex Lucretio explicuimus: 257

Vt fundamento ſtabili fortuna maneret,
Et placidam poſſent opulenti degere vitam.

* Conſentit huic expoſitioni quod ſequitur: *Vt ſit in excelſo nidus eius.* Repetitio quippe Habacuco familiariſſima videtur, & explicatio præcedentium verborum. *In excelſo* vero, in conſpicuo, aut in tuto loco ſignificat. Scilicet, vt à periculo immunis, omnes ſuperet, atque clarus euadat. *Nidum* autem dixit ex Aquilarum metaphora, quę vndique conquæſitam materiam in eum locum, quem ponendis nidis optauerint, congerunt: eosque quam poſſunt aptiſſime componunt atque ſubſternunt. Nidulantur vero, vt tradit Ariſtoteles, locis non planis, ſed celſis, præcipue quidem arduis ſaxis & pręcipitibus vt pulli tutiores ab inſidiis ſient. Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila (inquit Dominus ad Iob) & in arduis ponet nidum ſuum? In petris manet, in pręruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus. Abdias atque Ieremias, nidulandi metaphoram in excelſo, ad rapax aquilarum genus verbis apertis coaptarunt, aiunt enim: Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. Nidi autem translatione Habacuc facile oſtendit, non ſibi tantum Nabuchodonoſor, ſed & filiis ac nepotibus ſuis, 258

Iob. 39. 30.

Abd. 1. 4. Ier. 49. 16.

poſte-

Digitized by Google

poſteris denique conſuluiſſe. At euentus fefellit ſpem, addunt enim parabolizantes de eo.

10 *Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua.*

259 ALTITVDO iſta (inquiunt) quam domui regnoque tuis, ex mala auaritia ſtruxiſti, ad maiorem tibi illiſque ignominiam ac pudorem vertetur. Quo enim præclarior es & ſublimior, hoc cedit in dedecus maius, quod in tanto ſplendore decideris. Ex Theophylacto. Quibus illud cohæret aptiſſime, quod Lucanus de Pompeio decantat:

Nimirum, niſi ſumma dies cum fine bonorum
Affluit, & celeri præuertit triſtia letho,
Dedecori eſt fortuna prior.

Theodoretus autem ſic explanat: Cum multas nationes innumerabilibus malis vexaſti: tum animam tuam peccatis confixiſti, domum vero tuam confuſione perfudiſti. Huic conſentit Tigurina translatio, vertit enim: Conſilium cepiſti ad ignominiam domus tuæ, cum trucidando populos multos, in animam tuam peccaſti. Tropus autem hic loquendi eſt (inquit Montanus) in quo ponitur conſequens pro antecedente. Quippe Nabuchodonoſor non inierat conſilium de perdenda ſua domo, ſed de ſtabilienda potius & amplificanda. At, quoniam ex ea ratione, qua hæc ab ipſo gerenda erant (ex populorum videlicet conciſione) illius domui maxima & certiſſima impendebat ruina, diuina id ſemper exigente iuſtitia: ideo domui ſuæ confuſionem & pudorem cogitaſſe perhibetur. Qui enim cogitat homicidium, cogitat vtique ex cōſequēti fugā, bonorū proſcriptionē, & propriū tandē excidium ac necē: ſubdit ſemet deniq; pœnę, vt etiā legūlatores decernunt. Itaq; cogitauit negotiū, ex quo domui ſuæ confuſio ſubſecuta eſt.

260 * Confuſionis autem vocabulum in ſacris, pudorem & erubeſcentiam, aut pudorem incutientia, ſignificat: vixque in alia ſignificatione verbum confundere, Confuſionis nomen, apud interpretem vulgatum inuenias. Explicat vero interdum ſeſe, & Hebraicum vocabulum בוש, pro quo fere ſemper Confundere

tranſtulit, aliquando reddidit Erubeſcere. Vt in libro Iudicũ: Do-
Iudic.3. nec erubeſcerent. Et Pſalmo trigeſimo: Domine non confundar
25. quoniam inuocaui te. Erubeſcant impii. Cum tamen in Hebræo,
Pſal.30.18. pro Confundar, & pro Erubeſcant, idem ſit vtrobique verbum
Iſa. 23. 4. בוש & in Græco idem verbum αἰσχύνομαι. Et apud Iſaiam Erubeſce
Sidon. Pudorem porro Philoſophi, metum iuſte reprehenſionis
eſſe, definiunt: vt Gelius tradit. Ariſtoteles, dolorem quemdam,
atque animi perturbationem, ex malis ortam præſentibus, aut præ-
teritis, aut etiam futuris: ob quæ ſubeunda ſit ignominæ alicuius
nota: Verecundiam eſſe, præcepit. Cumque idipſum verecundia
ſit (inquit Ariſtoteles) in his malis erubeſcere neceſſe eſt, quæ vel
ipſis, vel his quæ ſibi curæ ſunt, dedecori eſſe videntur: qualia qui-
dem ea ſunt, quæ à vitio proficiſcuntur. *Confuſio* igitur in libris di-
uinis, hanc naturæ animaduerſionem ſignificat, qua conſcientia
ipſa afficit quemcumque deprehenſum in ſcelere aut, in ignoratio-
ne eorum, quæ ignorari aut perpetrari non decuit. Ergo cum po-
pulos multos concideres, & iniuſte vexares: cumque te tuus appe-
titus (id enim *Anima* ſignificat in hoc loco) & effrenis dominandi
libido tranſuerſum ageret: pudorem vtique tibi & domui tuæ,
genitricemque pudoris infamiam, ac dedecus, cogitaſti & paraſti:
Quippe cũ inde tibi ac tuis, certiſſima immineret ruina. Patientes
autẽ (inquit Ariſtoteles) inuiti per vim, aut paſſi, aut paſſuri quę-
cunq; in ignominiam & opprobrium inducunt, verecundantur: q
ignauiæ ac timiditatis ſit, ſufferre ac perpeti, & non ſe defendere.

* Pro, *Pecauit anima tua*, Pagninus interpretatus eſt, Peccaſti 262
in animam tuam. Id eſt, in vitam & ſalutem tuam. Huic editio Ti-
gurina conſentit. Eſſetque verborum ſententia:

Ipſe ſibi nocet is, alium qui lædere quærit.
Conſultum male conſultori peſſima res eſt.

Quæ Totidem fere verbis apud Eccleſiaſticum inuenitur: Fa-
Eccle.27. cienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur. Vbi, Face-
30. re nequiſſimum conſilium, non eſt, malum conſilium alteri ſugge-
rere: ſed exequi malum ac ſcelus, quod quis apud ſe excogitauit:
aut malum conſilium apud ſe in perniciem alicuius inire. Eſt enim
Græce pro, Facienti nequiſſimum conſilium, ποιοῦντι πονηρά: Id eſt,
facienti mala, vt legunt Cõplutenſia exemplaria, vel, ὁ ποιῶν πονηρὰ
Id

Id eſt, faciens mala: vt leguntalii. Rectè igitur Socrates apud Platonem in Gorgia dicebat: Peius eſſe iniuriam facere, quam iniuriam pati & damnoſius malo afficere, quam affici. Recte quoq; Iocaſta apud Senecam tragicum in Thebaide:

Quoties neceſſe eſt fallere, aut falli à ſuis,
Patiare potius ipſe, quam facias ſcelus.

Porro (inquit Seneca ille Philoſophus) quod vides omne, quo cæleſtia & humana concluſa ſunt: vnum eſt, mẽbra ſumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit. Hæc nobis amorem indidit mutuũ, & ſociabiles fecit: ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere, quam lædi. Ergo non ſolũ non recte, ſed etiã contra philoſophicam diſciplinam contraque omnem naturalem rationem, Iſocrates in Panathenaico dixit: Athenienſes, cum duę res male propoſitę eſſent, præſtare putarunt male facere, quam pati: atque aliis iniuſte imperare, quam huius criminis metu, violento & crudeli dominatu Lacædemoniorum premi. Id quod nemo prudens eſt, quin potius eligeret: paucis exceptis, qui ſapientiæ nomen falſo ſibi arrogant.

264 * Porro Autẽ hæc ſententia Habacuc, in Hebræo ſic habetur ad verbum: Conſuluiſti pudorem domui tuę, concidendo populos multos, & peccans anima tua. Senſus autem, (vt ego iudico) is planus & concinnus videtur: Væ tibi, qui auarè cuncta rapiebas: quo illuſtrior atque tutior euaderes. Væ inquam tibi: etenim ex eo, quod tua iſta turbulentiſſima & inordinatiſſima vita, nullique rei alii quam vitiis, rapinis, iniuriis addicta: & tua iſta inſatiabilis & interminata appetentia diuitiarum & gloriæ, vniuerſos populos trucidauit: quid, quæſo, tibi reliquum fuit, præter pudorem & ignominiam perpetuam, etiam ad poſteros deuenturam? vt reſpondeat Paulinæ ſententiæ: Quẽ fructum tunc habuiſtis, in quibus nunc erubeſcitis? Et illi etiam Pſalmographi: Quid dabit aut quid apponet tibi lingua doloſa, præter fortium Philiſtinorum ſagittas, cum carbonibus iuniperorum? Fruſtra igitur qui congregat auaritiam malam, id eſt, opes male & auare partas, propter domum ſuam: liberari ſe putat de manu mali, cum ipſemet malum in ſuam domum inducat. Non ſecus ac qui ſerpentem ſecurus intra ſinũ admitteret. Quod ſi etiã ſemper domus ſtaret, ſi ꝑpetua dignitate

Rom. 6. 21.
Pſa. 119. 3.

tate polleret: iugiter nihilominus domino pudorem & ignominiam incuteret. Hoc eſt enim quod confeſtim ſubnectunt, qui veſaniam Babylonii ſubſannant.

11 *Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit.*

LAPIDES Domus ipſius, alienis impendiis conſtructæ: marmora, ipſa pretioſa, ex ędib⁹ alienis direpta: cedrina & cypreſſina tigna, aliunde per vim aſportata: inauratæ denique trabes, per iniuriam & rapinam congeſtæ: non ſolum dominum clam perturbant atque corripiunt, dum rugi recordatione peccati animum flagitioſum exagitant: ſed & palam raptorem inclamitant & iniurium, violentum & improbum vociferantur: dum illius flagitiorum atque facinorum veluti monumentum quoddam ac titulus, ſpectantium obtutibus rapinas, complitationes, cædes & ſtrages obiiciunt, quaſique vindictam expoſcunt: nemoque eſt, qui domini ſceleris, feritatis & iniuſtitiæ, ex ſpoliis non commonefiat, & ad pœnam inferendam conciatur. 265

¶ Cũ autẽ *lapides* & *ligna* tantũ nominat Habacuc, cętera omnia cõprehendit ſpolia: nam totum hoc negotium perdendatũ vrbiũ & proprii regni ſtabilendi, ſub conſtruẽdi nidi, & domus ædificandæ, metaphoris prius euũciauerat. Domus autẽ maxime ex lignis ac lapidibus cõſtare ſolet: vnde, totã ex his domũ proclamaturã, ſignificat. Quin omnes populorũ diuitias, ſupellectilem & vniuerſa ornamento, quæ in regia Babylonici regis, inhoneſta & pernicioſa libidine tenerentur: lignorum & lapidum appellatione complectitur Vates: ſeque omnia iniuſte rapta clamabunt, & violenter detineri quęritabuntur. * Vſurpant frequentiſſime diuini Scriptores huiuſcemodi proſopopæias, rebusque ſenſu ac voce carẽtibus, ſenſum & vocẽ, ad rem amplificandã, attribuunt. Mire namq; pſopopæiæ (vt Fabius docet) cũ viriant orationẽ, tum excitãta mouẽtq; plurimũ mutę res, aut cũ ipſis loquimur, aut cũ ipſas loqui cõfingimus. Hac figura vtitᷓ beatus Iacobus, cum ait: Ecce merces operariorũ, qui meſſuetunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt, à vobis, clamat. Eadem, Sanguis Abel dicitur ad Dominum clamare de terra. 266

Iaco. 5. 4.
Geneſ. 4. 10.

Cæte-

167 * Cæterum, Pro eo quod nos legimus : *Et lignum quod inter iuncturas ædificiorũ eſt.* Hebræa habent duo tantum verba, מֵעֵץ כָפִים. Ees lignum & arborem ſignificare, citra cubium eſt. Quid autẽ rei Caphis ſit, nõ conuenit inter interpretes. Pagninus Tignũ expoſuit, verrit enim : Et tignum arboris reſpondebit ei. Alii vero trabium capita, quæ Latinis proceres appellantur, & quæ, veluti manus quædam, aſſeres tranſuerſos ſuſtentant, Hebræis volunt dici Caphim. Hieronymus vult eſſe lignum, quod ad continendos parietes, in medio ſtructuræ collocatur. Sunt qui putent, ſubſcudem eſſe, ligneumque illud retinaculum, quo duo tigna mutuo inter ſe tenaciſſime vinciuntur, quique Hiſpane à nonnullis Tarugo, ab aliis Sabina vocatur. Tigurina editio ſic tranſtulit : Et ſubſcus ex tabulato contra teſtabitur. In quẽ ſenſum facile trahitur, quod editio Vulgata traduxit : *Et lignũ quod inter iuncturas ædificiorũ eſt*,
168 ſymmachus haud diſſimiliter poſuit: Cõnexio lignorũ. * Illud vero omnino diſſimile videtur, quod Septuaginta interpretes reddiderunt : Καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. Id eſt, & ſcarabeus de ligno loquetur ea. Suſpicatur porro Theophylactus, veteres nodum, atque trabium, culmina ſuſtinentium, complexum, quem nos appellamus Tigera, Cantharum, id eſt, ſcarabeum nominaſſe. Forſitan quoniam genus illud grande ſcarabeorum referret, cornibus prælongis biſulcis, quę ſunt dentata forcipibus in cacumine, cum libuit, ad morſum, coëuntibus. Et Canthari quidem vocabulum ad plurimas ſignificationes deriuatum eſt. Nam & nodus, quem Apis bos Ægyptiorum ſub lingua dicitur habuiſſe, Cantharus appellabatur : vt Plinius & Porphyrius teſtantur. Et Canthari dicebantur nauigia, quorum mentionem in Gręca comedia veteri reperimus. Fuit & in Attica portus, Canthari nomine celebris. Fuit & comicus Athenienſis, cuius fabulæ memorantur : Medea, Tereus, Symmachię, Formicæ, Luſciniæ. Eadem cenſetur nomenclatura, ex Athenæi calculo, pocillum : accommodum item mulieribus ornamentum. Apud Iulianum iureconſultum Canthari dicuntur, per quos aquæ ſaliunt. Et Cantharus, piſcis eſt apud Plinium. Eſt itidem & cœleſte ſignum in Aquario, ex tribus conſtans ſtellis. Quid ergo mirum, ſi inter tot ac tam varias Canthari ſignificationes, maxime vero cum Hebraicum

ſuadeat vocabulum, ſubſcudem etiam olim ſignificaſſe Septuaginta interpretibus, putauerimus? tabellamque illam exiguam, ligneumúe clauiculum & retinaculum, quibus duæ tabulæ vel tigna inter ſe tenaciſſime colligantur, quæ etiam Securiclæ dicuntur? Hunc Tarugo Hiſpani, illam Cola de milano vocamus. Vt ſunt multę quoque res aliæ, quæ aut ab auibus, aut animalibus terreſtribus, mutuantur vocabula. Nam quoddam genus tormenti, Equuleus quidem Latinis, at nobis Porro vocatur. Et forcipem, euellendis ac eruendis dentibus accommodam, appellamus Gatillo. Clauiculos porro illos orbiculatos, quibus habenæ frænis copulantur, Alacranes nuncupamus. Senſus igitur, vt ego puto, Habacuc genuinus hic eſt: Singulas quasque Regiæ Nabuchodonoſoris partes, quantumcunq; minimas & abſconditas, quales ſunt, lapis intra parietem, & ſubſcus intra tabulata vel tigna: eius iniuſtitiam & immanitatem incuſaturas; ſeque ipſas direptas violenter, per vim & iniuriam & nefas, detineri proclamaturas.

* Quid ſi his verbis, qui confingunt parabolas, & ænigmata de 169
Nabuchodonoſoris ruina, ſignificare arbitremur? Eum qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, certo ſibi cōfuſionem ac pudorem moliri: cum ſi etiam excuſationes prætexat, vafreque malitiam ſuam occultat; longo tempore latere non poſſit: vel lignis atque lapidibus propriis, eius ſcelus facientibus palam. Scilicet, vt ſit illa hyperbole, qua vſus eleganter eſt Arioſtus, cum aërem atq; tellurem ipſam, ſceleratum proditura, ſic canit:

Miſer chi mal oprando ſi confida
Ch' ogn' hor ſtar debbia il maleficio occulto:
Che quando ogn' altro taccia, intorno grida
L'aria, e la terra iſteſa, in ch' è ſepulto:
E Dio fa ſpeſſo, che' l peccato guida
Il peccator, poi ch' alcun di gli ha indulto,
Che ſe medeſmo, ſenza altrui richieſta,
Inauenduta mente manifeſta.

Concinit Arioſto Lucretius, libro quinto de Natura rerum, ſic inquiens:

Nec facile eſt placidam, ac pacatam degere vitam,
Qui violat factis communia fœdera pacis.

Etſi

Etſi fallit enim diuum genus, humanumq́,
Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet.
Quippe vbi ſe multi per ſomnia ſæpe loquentes,
Aut morbo delirantes, procraxe ferantur,
Et celata diu in medium peccata dediſſe.

270 *Cuius in mente cōſedit temeritas (inquit Cicero libro primo de finibus) hoc ipſo quod adeſt, turbulenta non poteſt non fieri, & ſi vero molita quippiam eſt, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confideret id fore ſemper occultum. Plerumque improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atque fama, tum accuſator, tum index: multi etiam, vt te conſule, ipſi ſe indicauerunt. Hæc Cicero. Notæ porrò ſunt Ibyci grues, quæ etiam in prouerbium abierint. Illud vero non prætermittam, quod de Beſſo quodam Plutarchus (dignum ſane quod memoretur) enarrat. Is cum occulte proprium ſuum patrem necaſſet, multo tempore delituerat. Tandem vero ad cœnam inuitatus adueniens, nidum hirundinem, qui imminebat in via, & haſta in terram deiecit, & indignabundus & ardens pullos pedibus proculcauit. Cumq; aſtantes, vt parerat, dixiſſent: Qua cauſa impulſus, ô homo, rem tam nefandam & inhumanam admittere & perpetrare auſus es? Nonne, reſpondit, iam diu aduerſum me falſum teſtimonium ferunt? & me proprium occidiſſe parentem, crebris garritibus calumniantes inclamant? Ducti admiratione qui aderant, verba retulerunt ad regem: reque diligenter diſcuſſa, meritas Beſſus pœnas dedit. Hermione apud Euripidem in Andromacha, timens maritum Neoptolemum, ob illatam Andromachæ iniuriam, Oreſtem in hunc modum alloquitur:

Mitte me ex regione hac quo libet longiſſimè,
Aut ad paternum atrium, quoniam videntur mihi
Domus iſta vocem habentes perſequi me.

Et Hercules apud eundem, cum filios & vxorem necaſſet:

Ad hoc (inquit) *venturum me calamitatis puto olim,*
Vocem enim edet tellus, interdicens mihi
Non attingere terram: & mare, non tranſire.

Idem ibidem ſic ait:

O amaræ oſculorum

Iucunditates,triſtesq; horum armorum ſocietates.
Neſcio enim,vtrum habeam hæc, an dimittam,
Quæ lateribus meis alludentia, dicent hæc:
Nobiſcum liberos interfeciſti,& vxorem: nos habes
Parricidas tuos.

* Sic igitur fortaſſe Habacuc,lapides & ligna ipſius domus aua- 171
ri,clanculariam eius improbitatem proclamatura ſignificat. Aut omnino rapaci & violento, non oppreſſos homines tantum, ſed vel ſaxa conuiciatura teſtatur: quodq; vulgo dici conſueuit, etiam lapides in illum inſurgent.

Hieronymus autem aliò ſententiam detorſit,ſic dicens:Hoc eſt ergo iuxta hiſtoriam quod prophetalis ſermo ſignificat: Lapides parietum, qui à te deſtructi ſunt, & ligna eorum ambuſta, tuam crudelitatem ſonabunt. Hieronymi expoſitionem alii quamplurimi ſequuti ſunt, per me liberum erit lectori, liberè quam malit amplecti. Vlteriora porrò videamus.

12 *Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.*

APVD diuinos ſcriptores, *Væ*, ingentem calamitatem atque 1
miſeriam,quin mala extrema minari,protritum atque vulgare eſt: etiam ſi nonnunquam particula hæc, dolentis aut condolentis ſit interiectio,alienaque incommoda miſerantis, ac cõquerentis,exprimere ſoleat affectum. Quale eſt illud apud Ieremiam:
Ier. 23. 18. Non plangent eum,væ frater,& væ ſoror: non concrepabunt ei, væ dominæ,& væ inclyte. Apud Zachariam,vbi legimus: O,o,fu-
Zach.2.6. 7. gite de terra Aquilonis. Et paulo inferius: O Sion fuge,quæ habitas apud filiam Babylonis,pro,O,in Hebræo habetur הוי, pro quo fere ſemper vulgatus interpres inuenitur poſuiſſe væ. Eſt etiam aliquando vocantis aduerbium, vt apud Iſaiam vbi dicitur: Om-
Iſa. 55. 1. nes ſitientes venite ad aquas. Præcedit enim apud Hebræos particula הוי, & legitur: O, omnes ſitientes. At frequentior huius dictionis & vſus & ſignificatio eſt,& damnationem,& grauioris ſupplicii intentare comminationem. Et Hieronymus, *Væ*, pœnarum eſſe vltimum,& æternum interitum præſignare, arbitratur. Gregorius,nunquam de piis atq; iuſtis hominibus dici: ſed de impiis

ac

ac peſſimis ſemper vſurpari ab ſcriptura,notauit. Si euangelizaue- 1.Cor. 9.
ro,inquit Paulus,nõ eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incum- 16.
bit: Væ enim mihi eſt,ſi non euangelizauero. In Apocalypſi, Væ, Apo. 8. 13.
damna & afflictiones ſignificat. Væ,vę,vę,habitantibus in terra.Et, Apoc. 9.
væ vnum abiit,& ecce veniunt adhuc duo væ. 12.
273 * Sanguinum autem vocabulo in diuinis libris, non cædes tan-
tum & vulnera,ſed rapinæ etiam & fraudes, cæteraque omnia cu-
pidinis & auaritiæ inſtrumenta, ſignificantur, quibus res & ſub-
ſtantia alienæ, neceſſariaque vitæ ſubſidia, per apertam vim, aut
opertam fraudem corraduntur. Etenim,quia anima omnis carnis
in ſanguine eſt,vt nos Leuiticus docet: quia ſanguis, iuxta placita Leuit. 17.
philoſophorum,alimento eſt corpori: quia ſi multum ſanguinis 14.
effluat,anima deficit,deliquiumque patitur, quam medici ſynco-
pen appellant; at ſi nimium,omnino vita interit: vnde & Crytias,
& alii nonnulli, ſanguinem eſſe animam, decreuerunt: Hinc fa-
ctum eſt,vt opes ac facultates,& quicquid alendæ ſuſtentandæque
vitæ neceſſarium eſt,*Sanguinis* nomine notaretur, & Cicero æra-
rii pecunias,ærarii ſanguinem nuncupauit. Neque ſolum qui vio-
lenter aliena diripiunt: ſed etiam qui fraudulenter ſurripiunt,viri
ſanguinũ à ſcriptura vocant. Quid enim intereſt, ſi cruenta cæde Pſal. 5. 7.
quempiã protinus tollas è medio,an vero lõgã tabe & inedia,ppe-
tuis laboribus tandem conficias? Viri ſanguinum & doloſi,inquit Pſa. 54. 24.
Pſaltes,non dimidiabunt dies ſuos. Et, virum ſanguinum & dolo-
ſum abominabitur Dominus.Cumque Doloſum addidit,de more
ſcripturarum,exiſtimo,quos viros ſanguinum diceret,explicauit.
Pſalmo vigeſimo quinto, ſanguinariis innocuos opponit: quod
humanitatis prodeſſe ſit, feritatis aliena rapuiſſe, & inſtar trucu- Pſal. 25. 9.
lentæ beſtię,cuncta vaſtare,quæ ſunt aliorum.Nam & ad feræ ſan- 11.
guinariæ habitum & ſpeciem alludit Zacharias, cum ait: Et aufe-
ram ſanguinem eius de ore eius. Feræ quippe ex dilaceratione, os
ſanguine infectum habere ſolent. Sanguinem vero iniurias & op-
preſſiones,alienorumque bonorum rapinas,Zacharias vocat. Ni- Zach. 9. 7.
ſi mauis ad vanum illum dorum cultum, ſuperſtitioſumque epu-
larum ritũ referre,qui Libatio ethnicis dicebatur. Bibebant enim
in ſacrificiis ſanguinem cum vino aut lacte permiſtum: carnes ve-
ro comedebant hoſtiarum, haſque deorum epulas appellabant.

* Ergo, *Ædificare ciuitatem in ſanguinibus, & præparare Vrbem* 274
iniquitate: vel, in dolis: vt habent Chaldaica: eſt, iniurioſe per vim
aut fraudem, opes ac potentiam acquirere, & regni atq; regnandi
1. Reg. 20. rationem, propriis commoditatibus definire. *Præparat Vrbem*,
31. pro Stabilit, transfert Vulgatus, quod Pagninus interpretatur.
2. Reg. 5. 12. Verbum enim Hebraicum כון, confirmare & ſtabilire ſignificat:
3. Reg. 3. quomodo & Vulgatus interpres nonnunquam interpretatus eſt.
1. Nam vbi legimus in libris Regum: Non ſtabilieris tu neque re-
3. Reg. 2. gnum tuum. Et, Quoniam confirmaſſet eum Dominus regem. Et,
12. Prou. 24. Confirmatum eſt igitur regnum Salamonis. Et, Firmatũ eſt regnũ
3. eius nimis. Et, in prouerbiis Salomonis, vbi dicitur: Prudentia ro-
borabitur. Et in quam plurimis aliis editionis Vulgatæ locis: pro
verbis, Stabilire, Confirmare, Firmare, Roborare, idem verbum eſt
Hebræis כון *Præparare* ergo apud vulgatum interpretem, Firmare
1. Reg. 13. & ſtabilire eſt, confirmare & roborare ſignificat. Quod illud ma-
13. nifeſte demonſtrat: Iam nunc Dominus præparaſſet regnum tuũ.
Pſa. 23. 2. Et illud quoque: Quia ipſe ſuper maria fundauit eum, & ſuper flu-
Pſ. 64. 7. mina, præparauit eum. Et illud etiam: Præparans montes in vir-
Pſ. 88. 3. tute tua. Et rurſus: Quoniam in æternum miſericordia ædificabi-
tur in cælis præparabitur veritas tua in eis. Diſpoſui teſtamentum
electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo: Vſque in æternum præpara-
bo ſemen tuum, & ædificabo in generationem & generationem
ſedem tuam. Vbiuis in locis prædictis inuenitur vocabulum כון:
& firmare ſeu ſtabilire, in omnibus illis ſignificat. Idipſum eſt apud
Habacuc in hoc loco, eſtque Vatis verborum ſententia: O ter in-
fœlicem & miſerum, lamentis merito proſequendum (vtpote
quem non pudor tantum ignominia, ſed ignis quoque & extremũ
maneat exitium) qui violentis rapinis ac cædibus, vel dolis ac fal-
lacibus machinis, potentiam ſibi & dignitatem molitur, aut iam
partam amplificat & exornat: ſic eam firmare confidens, & ab
omni perturbatione tueri: ſi alienis communiuerit opibus, ſi ex-
ſpoliis plurimorum extruxerit: inuictam, inconcuſſam,
immobilem, aliorum deiectio-
ne reddiderit.

13 Num-

13 *Numquid non hæc ſunt à Domino exercituum?*

875 SEPTVAGINTA Seniores verterunt: Nonne hæc ſunt à Domino omnipotente? ſuperioribuſque coniungunt. Exponit autem Theophylactus in hunc modum: Hæc vtique non ſunt à Domino, hoc eſt, Non imperauit iſta, neque lege ſanciuit ea Dominus, neque ipſi placent. Vult ergo Theophylactus, verba Habacuc inficiantem continere interrogationem. Theodoretus vero, Diſcutienda vel examinanda, aut quid ſimile, ſubaudire videtur: & his quoque quæ præceſſerunt annectit. Vt ſit, ſcilicet, verborum ſententia: Annon ſunt hæc à Domino omnipotente diſcutienda, examinanda, punienda? Theodoreti verba ſunt hæc: Lamentis certe & luctibus dignus es, qui ex iniuſtis cædibus regnum tuũ auxeris: & non intellexeris, vt Deus omnipotens abs te repoſcet rationes vitæ inique tranſactæ. Nam ſi hoc cognouiſſes, non poteſtate, ceu igne quodam, vſus fuiſſes in multas nationes, neq; eis inexpiabilia mala inuexiſſes. Hæc ille. Quod ſi hæc verba ſubintelligantur, editio quoque Vulgata in hunc eundum ſenſum poſſet induci. Hieronymus allegoriam huius loci depromens, Theophilacti ſuffragatur expoſitioni: ait enim. Non ſunt hæc à Domino omnipotente: id eſt, talis ędificatio non eſt à Domino ſabaoth. Ad idem Hieronymus hiſtoricam intelligentiam explanans, hęc eadẽ verba Habacuc, his quæ ſubſequuntur attexit, ſic dicens: nulli dubiũ eſt, quin iuxta literã adhuc cõtra Nabuchodonoſor loquat̃ ſermo ꝓpheticus. Et plangat eum, quod ædificet Babylonem in ſanguinibus, & plurimorũ ruinis ac mortibus illius mœnia conſtruat. Qui, quia hoc fecerit vrbi, q̃ in ſanguinibus & cõſtruxerat, poſtea quæ à Domino inferuntur, auſcultat. Nempe quę mox ſubſequuntur.

Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum & deficient.

IDEST, Babylone incenſa, fruſtra populi laborabunt, & nitentur in nihilum, & deficient populi gentis Chaldaicæ. Hieronymus hucuſque. Quoniam vero Hebraica dictio, הנה etſi aliquando ſumatur pro ſubſtantiuo verbo Sum: propriè tamen ſignificat

Digitized by Google

Ecce ideo Tigurina trãſlatio vertit: Annon ecce à Domino exercituum? attamen (Iſta ſunt) per parentheſin intermiſcuit, & ſubaudienda putauit. Pagninus vero ſic reddidit. Nonne ecce à Domino exercituum veniet? ſed vero, Veniet, addit de ſuo: quod & Vatablus ſub audiuit. Hebræa igitur tantum habent ad verbum, ſi, Ecce, interpretemur pro הנה: An non ecce à Domino exercituum ſubaudi, Dicitur: vt ego puto. Quippe particula את, articulus eſt in hoc loco, caſui ablatiuo deſeruiens: vnde interpretes fere omnes, illam penitus præterierunt. Quod ſi pro ſubſtantiuo verbo Sum, in hoc loco הנה ſumi velimus, Hebræa verbum ex verbo ſonabunt: Annon ſunt à Domino exercituum? Dicta, videlicet: vt ego reor: Ieremiaſque aperte explicauit. Is quippe hanc eandem ſententiam de Babylonis vaſtatione & ruina, eiſdem ferme verbis
Ier.51. 58. cum Habacuc, ſed proxilius aliquanto prædixit, ſic inquiens: Hæc dixit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latiſſimus, ſuffoſione ſuffodietur: & portæ eius excelſę igne comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & diſperibunt. Prædicunt autem Ieremias ſimul & Habacuc, fore: vt cuncti conatus, opera, laboreſque omnes, quæ in vrbe ac domibus ædificandis, & exornandis: in diuitiis & opibus comparandis, in toto denique regno dilatando ac ſtabiliendo, amatus populus Chaldæorum, cum ſuo pariter rege conſumſerint, omnia vel hoſtili igne cumbuſta abſumantur ac pereant, aut in prædatorũ vſum
Ezec.24. 9. poteſtatemque deueniant. Hac ipſa dicendi figura vſus eſt & Ezechiel, dicens: Hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram.

* *IN Multo igne laborare* (vel in abundantiam ignis, vt Habent 277
Hebræa (dicuntur ii, qui ingentes & excelſas domos ac turres conſtruunt, vel qui vrbes præclariſſimas & ſpatioſiſſimas condunt: in materiam incendii venturas, & ingentem & excelſam pyram conſtructuras. Quod vero ſequitur: *Et gentes in vacuum & deficient.* Hebręis legitur abſq; altera coniunctione, in hunc modũ: Et gentes in abundantiã vacui laſſabuntur. Eiuſdẽ autẽ ſententiæ vſitata repetitio eſt, familiariſq; huic Vati expolitio. Gentes namq; & Populi, idemipſum vtrumq; ſignificat: quandoquidem Populus, gentium coniunctio & ſocietas quædam eſt. Aut per amplificatio-

Digitized by Google

nem apponitur: Gentis etenim apellatio, generalior eſſe videtur, multoſque ſub ſe comprehendere populos. *In vacuum* vero, id eſt, ad nihilū (vt Vulgatus interpres vertit hoc ipſum verbū ריק apud Ieremiam) vel, in caſſum (vt tranſtulit in Leuitico) laboraturos Chaldæos vſque ad laſſitudinem, prænunciat Vates: quia omnia quæ ipſi magnis laboribus & aſſidua defatigatione parauerant: Medorum atque Perſarum, aliarumque gentium rapinis, & incendiis exponebantur. Quod perinde erat, ac ſi deſudaſſent in vacuum, & abſque operæpretio & mercede, dies noctesque, vſque ad laſſitudinem virium, & animi quoque defectum, laborando ſeſe exercuiſſent. *Deficient in vacuū*: id eſt, fruſtra defatigabuntur, nequicquā laſſeſcent. Significat enim יעף laſſari & fatigari: vt apud Iſaiam vertit editio Vulgata. Qui dat laſſo virtutem. Ier. 51. 58. Leu. 26. 20. Iſa. 40. 29.

478 *POTEST Autem verbum *Deficient* ſeorſum legi, & in propria ſignificatione accipi: vt ſit ſenſus: Laborabunt populi in eſcam ignis, & gentes laborabunt in vanum: deficient quippe omnes labores eorum, & cuncta quæ laborando congeſſerant, diſperibunt. Hunc ſenſum apertiſſime ſequutus eſt Vulgatus interpres apud Ieremiam, cum vertit: Et labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & diſperibunt. Cui conſentit Tigurina translatio, reddit enim: Et quod gentes ac populi labore & fatigatione operati ſunt, in vanum & in ignem abibunt. Pagninus apud Habacuc transfert: Laborabuntque populi igne, & gentes in vacuum deficient. Apud Ieremiam vero ſic: Et laborabunt populi inaniter, & ea in quibus laborauerunt populi, igne comburentur, & laſſabuntur. Et tamen apud vtrumque Vatem in Hebræo eadem met ſunt verba: præterquam, quod apud Ieremiam legitur cum præpoſita coniunctione, Et deficient: ſiue, Et laſſabuntur. Præter id etiam, quod dictiones Nihilum & Ignis commutantur. Etenim apud Habacuc legitur: Et laborabunt populi in abundantiam ignis, & gentes in abundantiam vacui laſſabuntur, ſiue, deficient. Apud Ieremiam vero: Et laborabunt populi in abundantiam vacui, & gentes in abundantiam ignis, & laſſabuntur, ſiue, deficient. Hanc porro Vatum ſententiam, de ambitioſis omnibus & auaris, generaliter pronunciauit Lucretius, vt in vanum & ignem plerunque laborent, cum ait: Ier. 51. 58.

Digitized by Google

Proinde ſine incaſſum defeſſi ſanguine ſudent
Anguſtum per iter luctantes ambitionis:
Inuidia quorum ceu fulmine ſumma vaporant
Plerumq;, & quæ ſunt aliis magis edita cumq;.

* Vaporant, dixit Poëta, pro deflagrant & ardent. Cæterum huius coniunctionis figura, *Dominus exercituum*, vel Deus exercituum, diuina fortitudo ſignatur, & ſumma ad res gerendas facultas: eaque tunc maxime diuini Vates vtuntur, cum de diuino iudicio, de ſupplicio ſumendo, de vindicandis ſceleribus, vaticinantur. Et, quod ad certam rationem propius accedit, hac adiunctione *Exercituum*, ſe Deus tunc appellat præcipue: vbi cum regibus, cum tyrannis, cum potentibus aut opulentis, cum ſuperbis & obduratis confligit. Cum teſtatiſſimum eſſe vult, diuinam potentiam effugere nequaquam quemquam valere: cum ſint ei exercitus multi ac fortiſſimi, qui illi præſto iugiter ſint, eique ad nutum auſcultantes aſſiſtant. Notandum (inquit Hieronymus, in primum Zachariæ caput) quod in paucis verſiculis, breuibusque ſententiis, ſemper in Aggæo & Zacharia addatur: Dicit Dominus exercituum. Vt ſciant, Dominum eſſe, qui præcipit aduerſus regis imperium, & hoſtes circumfrementes, & hac ad ædificationem templi fiducia concitentur. Hinc eſt, quod pro *Domino Exercituum*, Septuaginta ſeniores, vt plerumque ſunt paraphraſtæ, Domino omnipotente verterunt. 179

14 *Quia replebitur terra, vt cognoſcant gloriam Domini, quaſi aqua operientes mare.*

CVm Babylon fuerit euerſa (exponit Hieronymus) manifeſta fiet omnibus potentia virtutis Dei, quaſi aquæ operientes mare. Sic gloria Domini in terra vniuerſa complebitur, ſicut aquę alueum & fundum contegunt maris. Hæc ille. Cui Ambroſius cōſentit, illud Apocalypſis explanans, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo. Inquit enim: Quod vero dicit, & quæ ſunt in mari, aquas maris intelligere poſſumus: per mare autem, locum in quo aquæ cōtinentur. Theophylactus vero ſic ait: Poſtquam ſupra dixit, Væ, nunc cauſam adducit, & infit: Propterea Vę dixi, quoniam cognoſce- 180

Apoc. 5. 13.

ſcetur in te potentia Dei , & vniuerſa terra cognoſcet Dominũ ceu iuſte iudicantem. Et quemadmodum copioſa lympha contegens maria, hoc eſt, inundans & ſuperbulliens, in omnem hincinde locum effunditur; conſimili ratione cognitio Domini exuberabit, & ſuper omnes fundetur. Perinde ac Dauides ait: Cognoſcitur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum cōprehenſus eſt peccator. Cum enim peccator in illis ipſis quæ perpetrat, deprehenſus fuerit, tum Dominus iudicia faciens omnibus innoteſcit. Hactenus Theophylactus. Suffragaturque his expoſitionibus Iſaias, dicens: Quia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes: vel, ſicut aquæ mare operientes, vt Septuaginta & Pagninus verterunt. Et Forerius affirmat, non poſſe reddi, Aquæ maris: quoniam habeant Hebraica לַיָּם כַּמַּיִם ſitq; nomen מַיִם forma integra. Poteſt autem verti in hunc modum: Sicut aquæ à mati operientes. Is enim interdum vſus ל. vt ſit ſenſus: veluti ſi mare redundat, & operiat terram, vt in diluuio accidit. Huncque ſequitur vulgatus apud Iſaiam, cum poſuit: Sicut aquæ maris operientes: Idemque erit, ſi cum Septuaginta reddideris: Sicut aquæ mare operientes, vt Mare pro maris cratere cum Hieronymo & cum Ambroſio, poſitum intelligamus: dicanturq; aquæ operire mare, quod operiant omnia quæ ſub mari ſunt. Id eſt, ſicut mare aquis ſuis bonam terræ contegens partem. Aut certe, quoniam mare tellurem circumquaque ambiat, ſitque toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. Ergo iuxta hanc expoſitionem, Hebraica dialecto, verbum nominis vicem gerit, & quod dicitur: Replebitur terra vt cognoſcant gloriã Domini: perinde eſt, ac ſi diceretur: Replebitur terra cognitione Dominicæ gloriæ. Pſal. 9. 17. Iſa. 11. 9.

281 *Alii vero ſic exponunt: Replebitur terra Chaldæorum Medis Perſis, vt cognoſcant gloriam Domini: id eſt, eius poteſtatem glorioſam per vltionem ſcelerum experiantur, & intelligant. Quia Dei animaduerſione haud ſecus Babylon non apparebit amplius, ac maris fundum & crater, quæ altiſſimis gurgitibus occultantur. Et mea quidem ſententia, verba hæc: *Vt cognoſcant gloriam Domini*: per parentheſin interponuntur. Eſt autem ſeries ac ſententia

verborum: Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, ſtabilitque vrbem in dolis & iniquitate. Nonne enim Dominus dicit; Homines huiuſmodi ſanguinarios in vanum laboraturos, inque ignem defatigandos? laboribus & defatigationibus, nihil præter pyram grandem ſtruere? Quippe, vt gloria Domini innoteſcat: id eſt, vt notum fiat, & homines aperte cognoſcant, Deum eſſe ſanctum, iuſtum, omnipotentem: vt cognoſcant & apertum fiat, diuina prouidentia gubernari vniuerſa, neque Deum perpetuo impiorum ſceleribus conniuere, verum illa tandem vlciſci: vt ſciant, templi

Pſal. 78. 9. ac populi ſui iniuriis & oppreſſione moueri, illorumq; liberatione & vindicta, proprii nominis gloriam aſſerere: replebitur terra, nempe Chaldæorum, ſanguinariorumque huiuſmodi hominum, quaſi aquis ſupra mare intumeſcentibus, tumultuoſeq; fluctuantibus: aut exundantibus è mari, & regionem aliquam demergentibus. Vt plurimas vrbes à mari hauſtas, plurimas quoque terras in totum mari permutatas, paſſim apud autores grauiſſimos inuenimus. Et, ſi Platoni credimus, quicquid contegit Atlanticum mare, olim inſula fuit, Lybia ſimul & Aſia maior. Poſtea vero ingenti terræ motu, iugique diei vnius & noctis illuuione, factum eſt, vt terra dehiſcens vniuerſos incolas abſorberet, & Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergeretur.

* Eſt autem viſitatiſſimum diuinis vatibus, ciuitatũ aut regnorum euerſiones ſub metaphora inundationis minari, & hoſtium 282
impetus & exercitus, inundantium aquarum vocabulo parabolice nuncupare. Propter hoc (inquit Iſaias) ecce Dominus adducet

Iſa. 8. 6. ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem gloriã eius: & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet

Iſa. 17. 12. ſuper vniuerſas ripas eius. Et in alio loco: Væ multitudo populorũ multorum, vt multitudo maris ſonantis: & tumultus turbarũ, ſicut ſonitus aquarũ multarũ. Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarũ

Iſa. 28. 2. inundantium. Et capite 28. Ecce validus & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis: turbo confringens, ſicut impetus aquarũ multarum inundantium, & emiſſarum ſuper terram ſpatioſam. Et ca-

Iſa. 30. 28. pite 30. Spiritus eius velut torrens inundans vſq; ad mediũ colli,

Ier. 47. 2. ad perdendas gentes in nihilũ. Ieremias quoq;. Ecce, inquit, aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operi-

cent

ent terrã & plenitudinẽ eius, vrbẽ & habitatores eius. Et, ꝙ locum
hunc Habacuc data opera videt̃ exponere: idem Ieremias, Baby-
lonis ipſius ruinam graphicè deſcribens, ſic inquit: Quomodo ca- Ier. 51. 41.
pta eſt Seſach, & comprehenſa eſt inclyta vniuerſę terrę? quomo-
do facta eſt in ſtuporẽ Babylon inter gentes? Aſcendit ſuper Baby-
283 lonẽ mare: multitudine fluctuũ eius operta eſt.* His igitur verbis
Habacuc: *Quia replebitur terra (vt cognoſcant gloriã Domini) quaſi
aquæ operientes mare:* ratio reddit̃, atq; modus prę̨ſcribit̃, quibus la-
borabunt populi in ignẽ, & gẽtes in nihilũ laſſabunt̃. Nempe, quia Ier. 50. 9.
aſcendet ſuper Babylonẽ mare, & multitudine fluctuũ eius operie- 41. 42.
tur. Quia replebit̃ terra Chaldęorũ congregatione gentiũ magna-
rũ de terra Aquilonis, & regibus multis à finibus terrę: vox eorum
quaſi mare ſonabit (inquit Ieremias) & erunt (inquit Habacuc)
quaſi aquę operientes ſuper mare. Sic enim habent Hebręa, עַל־יָם,
id eſt, ſuper mare. Intumeſcentes, videlicet, & ſupra maris ęquor
attollentes ſeſe: cum ſtridens Aquilone procella vellũ aduerſa fe-
rit fluctusq; ad ſidera tollit. Cumq; vndiq; incumbunt ſimul:

Rapiuntq; pelagus infimo euerſum ſolo,
Aduerſus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus.
Sua quiſq; mittunt tela, & infeſti fretum
Emoliuntur, turbo conuoluit mare.
Vento reſiſtit æſtus, & ventus retro
Æſtum reuoluit, non capit ſeſe mare.

284 *Replebitur ergo terra Chaldęorum multis atque feris Me-
dorum atque Perſarum, aliorumque populorum turbis & exerci-
tibus, inſtar tempeſtatis marinę tumultuantibus & infrementi-
bus. Aut, quaſi aquæ operientes ſupra, vel, iuxta mare. Nam עַל, ſu-
per & ſupra, & prope, & iuxta, ſignificat. Vt ſit: Operientes ſupra
maris terminos, & in terras conterminas exundantes, regionesq;
finitimas ſubmergentes. Verteretur autem aptiſſimè per ablatiuũ,
in hunc modum: Quia replebitur terra (vt cognoſcant gloriã Do-
mini) quaſi aquis operientibus ſuper mare, vel iuxta mare. Quanq̃,
etiam ſi de aquis in terras finitimas exundantibus Prophetam diſ-
ſerere intelligamus, ſuper mare operire dicemus: cum maris aquas
plerunque terra eſſe inferiores, & deſcenſus, quibus peruenitur

Ion.1.3. ad littora,& autoritas Scripturarum demonſtrent. Nam & Ionas
Ioh. 6. 16. deſcendēs in Ioppen,inuenit nauem, & deſcendit in eam,vt iret in
Pſa. 106. Tharſis.Et Chriſti diſcipuli deſcendiſſe dicuntur in mare. Et nauigantes Dauid,nauibus in mare deſcendere, teſtatus eſt. Aquarum præterea rotunditas, phyſica demonſtratione conuincitur : cuius fluida grauisque natura,cum ægre ſuis terminis ſe coërceat, naturaliterque in centrum feratur,ac rotunditatem cum terra, ingenita appetentia perquirat : labi & diſtendi ad orbis circumferentiam,adeo illi proprium ac peculiare eſt, vt nequeat in ſe partes habere ſuis partibus eleuatiores : & quamuis altitudo diuerſa ſit,indiſcreta tamen eſt dorſi aquarum æqualitas. Vnde & Æquor dictum eſt mare : quod,niſi vt procelloſa turbetur,æquali iugiter ſu-
Mic. 1. 4. perficie conſideat.His adde,quod,vel teſte Michæa, non in ardua aquarum natura,ſed in præceps & decliuia decurrat : & tamen fluminum & fontium fluxiones, in mare perpetua alvei decliuitate delabantur. Ergo cum aquæ maris exundant, & inundant finitimas regiones : recte operire ſuper mare dicuntur, quæ in terram mare ſuperiorem excurrant.

15 *Væ qui potum dat amico ſuo,mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius.*

IN Hebræo pro, *Mittens fel ſuum*, legitur מְסַפֵּחַ חֲמָתְךָ. verbum 286
vero חמה,Fel aliquando, ſeu venenum ſignificat. Vt in Deutro-
Deut 32. 33. nomio: Fel draconum vinum eorum. Et in Pſalmis: Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quippe virus & venenum ſerpentum,
Pſal. 139. 4. nihil eſt aliud præter eorum fel : vti Plinius teſtatur. Aliquando ſignificat furorem aut iram. Vt in libro Iob : De furore omnipo-
Iob. 21. 20. tentis bibet. Et in Pſalmis : Super me confirmatus eſt Furor tuus.
Pſal. 87. 8. Nam, vt idem Plinius aſſeruit, quoniam in felle nigro inſaniæ cauſa homini,morſq; toto reddito : hinc & in mores crimen, bilis nomine. Accipitur enim bilis pro ira,quæ à felle,id eſt, bile excitatur. Vnde eſt illud Horatianū : Iuſſit ꝙ ſplendita bilis. Et Græcorū etiā prouerbium, Ineſt & formicæ & ſerpho bilis. Quo monemur, non eſſe contemnendum inimicum quempiam : nec vllum temere laceſſendum : quandoquidem nullum animal tam minutum

aut

aut imbecillum ſit, quod irritatũ non excandeſcat ira. Nihil porrò tam firmum eſt, cui periculum non ſit etiam ab inualido: vt Scytha dixit apud Quintum Curtium. Significat & interdũ חֵמַת vtrem ſiue lagenam. Vt in Geneſi: Tollens panem & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius. At verò חמר חָמַר turbare eſt: & חֹמֶר, lutum, ſiue cæmentum, vel bitumem. Vt apud Iſaiam: Nos verò lutum, & fictor noſter tu. Et in Geneſi: Bitumen pro cæmento. Porrò autem ספח, סָפַח, mittere, & iungere, adhibere, & aggregare eſt: סִפַּח verò, ſubuertere, perdere, adiũgere, & cõgregare ſignificat. * Ergo, Gen.21.14 Iſa.64.8. Gen.11.3.

286 quoniám voces Hebraicę polyſemę ſunt, & pluriuocæ, varii interpretes, dum alius aliam ſignificationẽ adoptat, varias in hunc locum inuexerunt interpretationes. Septuaginta ſeniores ſic transferunt: Væ qui potat proximum ſuum ſubuerſione turbida & inebrians, vt aſpiciat in ſpeluncis ſuis. Theodotio pro Subuerſione turbida, Diffuſione tua, dixit. Fit enim in Hebræo tranſitus à tertia perſona ad ſecundam. Quinta editio vertit: De ſubuerſione inſperatæ iræ tuæ. Targum: Væ propinanti ſocio ſuo, & effundenti in ira. Symmachus: Et emittens abſque iudicio furorem ſuum. Aquila: De emiſſione furoris tui. Tigurina: Væ ei qui potum p̃bet proximo ſuo, qui adhibes furorem tuum vt inebries eum. Hieronymus ſe alibi translatum legiſſe ſcribit: Væ qui potum dat proximo ſuo amentiam turbidam. Quin & alibi: Turbinem volantem. Pagninus, Rabinis conſentiens, vertit: Væ tibi propinanti amicis tuis, iungenti vtrem tuum, & etiam inebriando: vt aſpicias nuditates eorum. Vatablus verò: Væ ei qui potum præbet ſociis, tu admoues vtrem tuum, & etiam inebriaſti eos. Rabi Dauid: Iungenti vtrem tuum, dixit. Rabi Abraham: Væ propinanti amico ſeu ſocio ſuo calicem ſoporis, & inebriabis eos vtre tuo.

287 * Tradunt autem Iudæi (vt gentile ſemper illis fuit, in locis difficilioribus Scripturæ diuinæ ad fabulas, quaſi ad anchoram ſacrã, confugere) Sedechiam regem Iuda, à Nabuchodonoſore, rege Babylonis, Antiochiæ excæcatum, variisq; modis irriſum, Babylonem fuiſſe perductum. Vbi cum quadam die Nabuchodonoſor conuiuii feſtum celebraret, potionem ei dari iuſſit, qua venter potantis ſolueretur in fluxum. Atque ſubitò introductum in aulam conuiuii, compulſum potionis vi, ante ora epulantium pollutũ

 ſtercore

Ecce ideo Tigurina trāſlatio vertit: Annon ecce à Domino exercituum? attamen (Iſta ſunt) per parentheſin intermiſcuit, & ſubaudienda putauit. Pagninus vero ſic reddidit. Nonne ecce à Domino exercituum veniet? ſed vero, Veniet, addit de ſuo: quod & Vatablus ſub audiuit. Hebræa igitur tantum habent ad verbum; ſi, Ecce, interpretemur pro הנה: Annon ecce à Domino exercituum ſubaudi, Dicitur: vt ego puto. Quippe particula את, articulus eſt in hoc loco, caſui ablatiuo deſeruiens: vnde interpretes fere omnes, illam penitus prætererunt. Quod ſi pro ſubſtantiuo verbo Sum, in hoc loco הנה ſumi velimus, Hebræa verbum ex verbo ſonabunt: Annon ſunt à Domino exercituum? Dicta, videlicet: vt ego reor: Ieremiaſque aperte explicauit. Is quippe hanc eandem ſententiam de Babylonis vaſtatione & ruina, eiſdem ferme verbis

Ier. 51. 58. cum Habacuc, ſed proxilius aliquanto prædixit, ſic inquiens: Hæc dixit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latiſſimus, ſuffoſione ſuffodietur: & portæ eius excelſę igne comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & diſperibunt. Prædicunt autem Ieremias ſimul & Habacuc, fore: vt cuncti conatus, opera, laboreſque omnes, quæ in vrbe ac domibus ædificandis, & exornandis: in diuitiis & opibus comparandis, in toto denique regno dilatando ac ſtabiliendo, amarus populus Chaldæorum, cum ſuo pariter rege conſumſerint, omnia vel hoſtili igne cumbuſta abſumantur ac pereant, aut in prædatorū vſum

Ezec. 24. 9. poteſtatemque deueniant. Hac ipſa dicendi figura vſus eſt & Ezechiel, dicens: Hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram.

* *IN Multo igne laborare* (vel in abundantiam ignis, vt Habent 277
Hebræa) dicuntur ii, qui ingentes & excelſas domos ac turres conſtruunt, vel qui vrbes præclariſſimas & ſpatioſiſſimas condunt: in materiam incendii venturas, & ingentem & excelſam pyram conſtructuras. Quod vero ſequitur: *Et gentes in vacuum & deficient.* Hebręis legitur abſq; altera coniunctione, in hunc modū: Et gentes in abundantiā vacui laſſabuntur. Eiuſdē autē ſententiæ vſitata repetitio eſt, familiariſq; huic Vati expolitio. Gentes namq; & Populi, idemipſum vtrumq; ſignificat: quandoquidem Populus, gentium coniunctio & ſocietas quædam eſt. Aut per amplificationem

Digitized by Google

nem apponitur: Gentis etenim apellatio, generalior eſſe videtur, multoſque ſub ſe comprehendere populos. *In vacuum* vero, id eſt, ad nihilū (vt Vulgatus interpres vertit hoc ipſum verbū בְּרִיק apud Ieremiam) vel, in caſſum (vt tranſtulit in Leuitico) laboraturos Chaldæos vſque ad laſſitudinem, prænunſtiat Vates: quia omnia quæ ipſi magnis laboribus & aſſidua defatigatione parauerant: Medorum atque Perſarum, aliarumque gentium rapinis, & incendiis exponebantur. Quod perinde erat, ac ſi deſudaſſent in vacuum, & abſque operæpretio & mercede, dies noctesque, vſque ad laſſitudinem virium, & animi quoque defectum, laborando ſeſe exercuiſſent. *Deficient in vacuū*: id eſt, fruſtra defatigabuntur, nequicquā laſſeſcent. Significat enim יָעֵפוּ laſſari & fatigari: vt apud Iſaiam vertit editio Vulgata. Qui dat laſſo virtutem.

Ier. 51. 58. Leu. 26. 20. Iſa. 40. 29.

478 *POTEST Autem verbum *Deficient* ſcorſum legi, & in propria ſignificatione accipi: vt ſit ſenſus: Laborabunt populi in eſcam ignis, & gentes laborabunt in vanum: deficient quippe omnes labores eorum, & cuncta quæ laborando congeſſerant, diſperibunt. Hunc ſenſum apertiſſime ſequutus eſt Vulgatus interpres apud Ieremiam, cum vertit: Et labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & diſperibunt. Cui conſentit Tigurina translatio, reddit enim: Et quod gentes ac populi labore & fatigatione operati ſunt, in vanum & in ignem abibunt. Pagninus apud Habacuc transfert: Laborabuntque populi igne, & gentes in vacuum deficient. Apud Ieremiam vero ſic: Et laborabunt populi inaniter, & ea in quibus laborauerunt populi, igne comburentur, & laſſabuntur. Et tamen apud vtrumque Vatem in Hebræo eademmet ſunt verba: præterquam, quod apud Ieremiam legitur cum præpoſita coniunctione, Et deficient: ſiue, Et laſſabuntur. Præter id etiam, quod dictiones Nihilum & Ignis commutantur. Etenim apud Habacuc legitur: Et laborabunt populi in abundantiam ignis, & gentes in abundantiam vacui laſſabuntur, ſiue, deficient. Apud Ieremiam vero: Et laborabunt populi in abundantiam vacui, & gentes in abundantiam ignis, & laſſabuntur, ſiue, deficient. Hanc porro Vatum ſententiam, de ambitioſis omnibus & auaris, generaliter pronunciauit Lucretius, vt in vanum & ignem plerunque laborent, cum ait:

Ier. 51. 58.

Digitized by Google

Proinde ſine incaſſum defeſſi ſanguine ſudent
Anguſtum per iter luctantes ambitionis:
Inuidia quorum ceu fulmine ſumma vaporant
Plerumq́, & quæ ſunt aliis magis edita cumq́.

* Vaporant, dixit Poëta, pro deflagrant & ardent. Cæterum huius coniunctionis figura, *Dominus exercituum*, vel Deus exercituum, diuina fortitudo ſignatur, & ſumma ad res gerendas facultas: eaque tunc maxime diuini Vates vtuntur, cum de diuino iudicio, de ſupplicio ſumendo, de vindicandis ſceleribus, vaticinantur. Et, quod ad certam rationem propius accedit, hac adiunctione *Exercituum*, ſe Deus tunc appellat præcipue: vbi cum regibus, cum tyrannis, cum potentibus aut opulentis, cum ſuperbis & obduratis confligit. Cum teſtatiſſimum eſſe vult, diuinam potentiam effugere nequaquam quemquam valere: cum ſint ei exercitus multi ac fortiſſimi, qui illi præſto iugiter ſint, eique ad nutum auſcultantes aſſiſtant. Notandum (inquit Hieronymus, in primum Zachariæ caput) quod in paucis verſiculis, breuibusque ſententiis, ſemper in Aggæo & Zacharia addatur: Dicit Dominus exercituum. Vt ſciant, Dominum eſſe, qui præcipit aduerſus regis imperium, & hoſtes circumfrementes, & hac ad ædificationem templi fiducia concitentur. Hinc eſt, quod pro *Domino Exercituum*, Septuaginta ſeniores, vt plerumque ſunt paraphraſtæ, Domino omnipotente verterunt. 179

14 *Quia replebitur terra, vt cognoſcant gloriam Domini, quaſi aqua operientes mare.*

CVm Babylon fuerit euerſa (exponit Hieronymus) manifeſta 180
fiet omnibus potentia virtutis Dei, quaſi aquæ operientes mare. Sic gloria Domini in terra vniuerſa complebitur, ſicut aquę alueum & fundum contegunt maris. Hæc ille. Cui Ambroſius cõſentit, illud Apocalypſis explanans, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo. Inquit enim: Quod vero dicit, & quæ ſunt in mari, aquas maris intelligere poſſumus: per mare autem, locum in quo aquæ cõtinentur. Theophylactus vero ſic ait: Poſtquam ſupra dixit, Væ, nunc cauſam adducit, & infit: Propterea Vę dixi, quoniam cognoſce-

Apoc. 5. 13.

ſcetur in te potentia Dei , & vniuerſa terra cognoſcet Dominũ ceu iuſte iudicantem. Et quemadmodum copioſa lympha contegens maria, hoc eſt, inundans & ſuperbulliens, in omnem hincinde locum effunditur; conſimili ratione cognitio Domini exuberabit, & ſuper omnes fundetur. Perinde ac Dauides ait: Cognoſcitur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum cõprehenſus eſt peccator. Cum enim peccator in illis ipſis quæ perpetrat, deprehenſus fuerit, tum Dominus iudicia faciens omnibus innoteſcit. Hactenus Theophylactus. Suffragaturque his expoſitionibus Iſaias, dicens: Quia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes: vel, ſicut aquæ mare operientes, vt Septuaginta & Pagninus verterunt. Et Forerius affirmat, non poſſe reddi, Aquæ maris: quoniam habeant Hebraica לַיָּם מְכַסִּים ſitq; nomen מכסים forma integra. Poteſt autem verti in hunc modum: Sicut aquæ à mari operientes. Is enim interdum vſus ל. vt ſit ſenſus: veluti ſi mare redundat, & operiat terram, vt in diluuio accidit. Huncque ſequitur vulgatus apud Iſaiam, cum poſuit: Sicut aquæ maris operientes: Idemque erit, ſi cum Septuaginta reddideris: Sicut aquæ mare operientes, vt Mare pro maris cratere cum Hieronymo & cum Ambroſio, poſitum intelligamus: dicanturq; aquæ operire mare, quod operiant omnia quæ ſub mari ſunt. Id eſt, ſicut mare aquis ſuis bonam terræ contegens partem. Aut certe, quoniam mare tellurem circumquaque ambiat, ſitque toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. Ergo iuxta hanc expoſitionem, Hebraica dialecto, verbum nominis vicem gerit, & quod dicitur: Replebitur terra vt cognoſcant gloriã Domini: perinde eſt, ac ſi diceretur: Replebitur terra cognitione Dominicæ gloriæ.

Pſal. 9. 17.

Iſa. 11. 9.

281 *Alii vero ſic exponunt: Replebitur terra Chaldæorum Medis Perſis, vt cognoſcant gloriam Domini: id eſt, eius poteſtatem glorioſam per vltionem ſcelerum experiantur, & intelligant. Quia Dei animaduerſione haud ſecus Babylon non apparebit amplius, ac maris fundum & crater, quæ altiſſimis gurgitibus occultantur. Et mea quidem ſententia, verba hæc: *Vt cognoſcant gloriam Domini*: per parentheſin interponuntur. Eſt autem ſeries ac ſententia

 ver-

Digitized by Google

verborum: Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, ſtabilitque vrbem in dolis & iniquitate. Nonne enim Dominus dicit; Homines huiusmodi ſanguinarios in vanum laboraturos, inque ignem defatigandos? laboribus & defatigationibus, nihil præter pyram grandem ſtruere? Quippe, vt gloria Domini innoteſcat: id eſt, vt notum fiat, & homines aperte cognoſcant, Deum eſſe ſanctum, iuſtum, omnipotentem: vt cognoſcant & apertum fiat, diuina prouidentia gubernari vniuerſa, neque Deum perpetuo impiorum ſceleribus conniuere, verum illa tandem vlciſci: vt ſciant, templi

Pſal. 78.9. ac populi ſui iniuriis & oppreſſione moueri, illorumq; liberatione & vindicta, proprii nominis gloriam aſſerere: replebitur terra, nempe Chaldæorum, ſanguinariorumque huiusmodi hominum, quaſi aquis ſupra mare intumeſcentibus, tumultuoſeq; fluctuantibus: aut exundantibus è mari, & regionem aliquam demergentibus. Vt plurimas vrbes à mari hauſtas, plurimas quoque terras in totum mari permutatas, paſſim apud autores grauiſſimos inuenimus. Et, ſi Platoni credimus, quicquid contegit Atlanticum mare, olim inſula fuit, Lybia ſimul & Aſia maior. Poſtea vero ingenti terræ motu, iugique diei vnius & noctis illuuione, factum eſt, vt terra dehiſcens vniuerſos incolas abſorberet, & Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergeretur.

* Eſt autem viſitatiſſimum diuinis vatibus, ciuitatũ aut regnorum euerſiones ſub metaphora inundationis minari, & hoſtium 282
impetus & exercitus, inundantium aquarum vocabulo parabolice nuncupare. Propter hoc (inquit Iſaias) ecce Dominus adducet

Iſa. 8.6. ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem gloriã eius: & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet

Iſa. 17. 12. ſuper vniuerſas ripas eius. Et in alio loco: Væ multitudo populorũ multorum, vt multitudo maris ſonantis: & tumultus turbarũ, ſicut ſonitus aquarũ multarũ. Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarũ

Iſa. 28. 2. inundantium. Et capite 28. Ecce validus & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis: turbo confringens, ſicut impetus aquarũ multarum inundantium, & emiſſarum ſuper terram ſpatioſam. Et ca-

Iſa. 30. 28. pite 30. Spiritus eius velut torrens inundans vſq; ad mediũ colli,

Ier. 47. 2. ad perdendas gentes in nihilũ. Ieremias quoq;. Ecce, inquit, aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operi-

ent

Digitized by Google

ent terrã & plenitudinẽ eius, vrbẽ & habitatores eius. Et, ꝙ locum
hunc Habacuc data opera videt exponere: idem Ieremias, Baby-
lonis ipſius ruinam graphicè deſcribens, ſic inquit: Quomodo ca- Ier. 51. 41.
pta eſt Seſach, & comprehenſa eſt inclyta vniuerſę terrę? quomo-
do facta eſt in ſtuporẽ Babylon inter gentes? Aſcendit ſuper Baby-
283 lonẽ mare: multitudine fluctuũ eius operta eſt.* His igitur verbis
Habacuc: *Quia replebitur terra (vt cognoſcant gloriã Domini) quaſi
aquæ operientes mare:* ratio reddit, atq; modus pręſcribit, quibus la-
borabunt populi in ignẽ, & gẽtes in nihilũ laſſabunt. Nempe, quia Ier. 50. 9.
aſcendet ſuper Babylonẽ mare, & multitudine fluctuũ eius operie- 41. 42.
tur. Quia replebit terra Chaldęorũ congregatione gentiũ magna-
rũ de terra Aquilonis, & regibus multis à finibus terrę: vox eorum
quaſi mare ſonabit (inquit Ieremias) & erunt (inquit Habacuc)
quaſi aquę operientes ſuper mare. Sic enim habent Hebręa, על־ים,
id eſt, ſuper mare. Intumeſcentes, videlicet, & ſupra maris ęquor
attollentes ſeſe: cum ſtridens Aquilone procella vellũ aduerſa fe-
rit fluctuſq; ad ſidera tollit. Cumq; vndiq; incumbunt ſimul:

Rapiuntq; pelagus infimo euerſum ſolo,
Aduerſus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus.
Sua quiq; mittunt tela, & infeſti fretum
Emoliuntur, turbo conuoluit mare.
Vento reſiſtit æſtus, & ventus retro
Æſtum reuoluit, non capit ſeſe mare.

284 *Replebitur ergo terra Chaldęorum multis atque feris Me-
dorum atque Perſarum, aliorumque populorum turbis & exerci-
tibus, inſtar tempeſtatis marinę tumultuantibus & infrementi-
bus. Aut, quaſi aquæ operientes ſupra, vel, iuxta mare. Nam על, ſu-
per & ſupra, & prope, & iuxta, ſignificat. Vt ſit: Operientes ſupra
maris terminos, & in terras conterminas exundantes, regioneſq;
finitimas ſubmergentes. Verteretur autem aptiſſimè per ablatiuũ,
in hunc modum: Quia replebitur terra (vt cognoſcant gloriã Do-
mini) quaſi aquis operientibus ſuper mare, vel iuxta mare. Quanq̃,
etiam ſi de aquis in terras finitimas exundantibus Prophetam diſ-
ſerere intelligamus, ſuper mare operire dicemus: cum maris aquas
plerunque terra eſſe inferiores, & deſcenſus, quibus peruenitur

 ad

aut imbecillum ſit, quod irritatũ non excandeſcat ira. Nihil porrò tam firmum eſt, cui periculum non ſit etiam ab inualido: vt Scytha dixit apud Quinrum Curtium. Significat & interdũ חֵמַת vtrem ſiue lagenam. Vt in Geneſi: Tollens panem & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius. At verò חָמַר turbare eſt: & חֹמֶר, lutum, ſiue cæmentum, vel bitumem. Vt apud Iſaiam: Nos verò lutum, & fictor noſter tu. Et in Geneſi: Bitumen pro cæmento. Porrò autem סָפַח, mittere, & iungere, adhibere, & aggregare eſt: סָפָה verò, ſubuertere, perdere, adiũgere, & cõgregare ſignificat. * Ergo, quoniã voces Hebraicę polyſemę ſunt, & pluriuocæ, varii interpretes, dum alius aliam ſignificationẽ adoptat, varias in hunc locum inuexerunt interpretationes. Septuaginta ſeniores ſic transferunt: Væ qui potat proximum ſuum ſubuerſione turbida & inebrians, vt aſpiciat in ſpeluncis ſuis. Theodotio pro Subuerſione turbida, Diffuſione tua, dixit. Fit enim in Hebræo tranſitus à tertia perſona ad ſecundam. Quinta editio vertit: De ſubuerſione inſperatæ iræ tuæ. Targum: Væ propinanti ſocio ſuo, & effundenti in ira. Symmachus: Et emittens abſque iudicio furorem ſuum. Aquila: De emiſſione furoris tui. Tigurina: Væ ei qui potum p̃bet proximo ſuo, qui adhibes furorem tuum vt inebries eum. Hieronymus ſe alibi translatum legiſſe ſcribit: Væ qui potum dat proximo ſuo amentiam turbidam. Quin & alibi: Turbinem volantem. Pagninus, Rabinis conſentiens, vertit: Væ tibi propinanti amicis tuis, iungenti vtrem tuum, & etiam inebriando: vt aſpicias nuditates eorum. Vatablus verò: Væ ei qui potum præbet ſociis, tu admoues vtrem tuum, & etiam inebriaſti eos. Rabi Dauid: Iungenti vtrem tuum, dixit. Rabi Abraham: Væ propinanti amico ſeu ſocio ſuo calicem ſoporis, & inebriabis eos vtre tuo.

Gen. 21. 14

Iſa. 64. 8.

Gen. 11. 3.

286

287 * Tradunt autem Iudæi (vt gentile ſemper illis fuit, in locis difficilioribus Scripturæ diuinæ ad fabulas, quaſi ad anchoram ſacrã, confugere) Sedechiam regem Iuda, à Nabuchodonoſore, rege Babylonis, Antiochiæ excæcatum, variisq; modis irriſum, Babylonem fuiſſe perductum. Vbi cum quadam die Nabuchodonoſor conuiuii feſtum celebraret, potionem ei dari iuſſit, qua venter potantis ſolueretur in fluxum. Atque ſubitò introductum in aulam conuiuii, compulſum potionis vi, ante ora epulantium pollutũ

Olim namque cauſa bibendi, vel venena fuiſſe confecta, Plinius
ille ſenior affirmat, cicutam præſumentibus aliis, vt, vel morte
bibere cogerentur, & pumicis aliis farinam, quæq; referendo do-
cere pudet. Hocque eſt forſitan quod exprobrat Vates: *Mittens
fel ſuum*, aut Venenum: *Et inebrians:* At hæc, etſi certiora ſint il-
lis, quæ nunc proximè prædicta fuêre, his, quæ ſequuntur, non ſa-
tis cohęrent.

290 * Ego igitur Hieronymo aſſentior, & hęc per metaphoram di- Ier. 25. 14.
ci autumo: eo quod Nabuchodonoſor multos compares digni-
tate inebriauerit calice furoris ſui, multoſque reges & principes,
captiuos & expoliatos conſpexerit, & qui quondam fuerant præ-
diuites, & reges præpotentes vt ipſe, in miſerrimam ſeruitutem,
ab eo; inque pauperiem extremam, pudendamque nuditatem,
redacti ſint. Diuinis quippe Prophetis frequens admodum ac
familiare eſt, ſub metaphora potus & calicis, afflictiones, cala-
mitates, ærumnas, labores, & onera, excidium denique deſigna-
re. Sicut enim vino ſtatus mentis euertitur, vt neque pes neque
mens ſatis ſuum officium faciat: ſic afflictiones & ęgritudines, quę
bibuntur, ita concitant hominem, vt omnibus viribus deſtitua-
tur. Nam (vt Cicerone vtar authore) cum omnis perturbatio
miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo: lacerat, exeſt animum,
planeque conficit. At hoc quidem perſpicuum eſt, tum ægritu-
dinem exiſtere, cum quid ita viſum ſit, vt magnum quoddam ma-
lum adeſſe & vrgere videatur. Ergo potum præbere, aut calicem
miniſtrare, is dicitur ab ſcriptura diuina, qui minas alicui inten-
tat, & futura mala prænunciat. Vnde eſt illa ad Ieremiam Dei Ier. 25. 15.
vox: Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propi-
nabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. Aut pro-
pius calicem præbet, & potionem ipſam propinat, qui affli-
ctiones ipſas & damna, exitium & perniciem infligit. Bibit por-
rò, hauritque poculum, qui inflictas ſuſtinet plagas, & illata ma- Ier. 23. 15.
la perpetitur. Cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle: mina- Ier. 8. 14.
tur Dominus apud Ieremiam. Et in alio loco: Potum dabo eis Ier. 9. 15.
aquam fellis. Et rurſus in alio: Bibent, & turbabuntur, & inſani- Ier. 25. 16.
ent à facie gladii, quem ego mittam inter eos. Cæterũ, Babylonem
Babyloniumq; regem, innumeras calamitates & ærumnas cir-

cum vicinis gentibus propinaſſe, quin etiam inebriaſſe longin-
quas, obuium eſt in diuinis authoribus, & ex ethnicis iam ſuperiùs
monſtratũ eſt. * Vſus eſt namq; Dominus rege Babylonis ceu ca- 291
lice, quo furorem vltionis ſuę cæteris propinaret nationibus. Vt-
Ier. 51. 7. que eſt apud Ieremiam: Calix aureus fuit Babylon in manu Do-
mini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes,
& ideò commotæ ſunt. Verumtamen, eo, quod Nabuchodono-
ſor non (vt Dei miniſtrum decuiſſet) æquo animo atque rectа in-
tentione, moderatè & humaniter vindictam exercuit: neq; tan-
tum fel Dei propinauit, ſed fel proprium ac furorem immiſcuit:
neque vt deſeruiret iuſtitiæ, ſed crudeliter & ambitioſè deſæuiit:
denique (vt Beda dixit in Iob) quia cum poteſtatem in Dei popu-
lum cæteraſque nationes accepiſſet, crudelitate & ſuperbia me-
tas acceptæ poteſtatis exceſſit: ideò poſtquam propinauerit cali-
cem, ipſe fæces exhauſturus prædicitur. Inquit enim Dominus
Iere.25.12. per Ieremiam: Cum impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo
ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam iniquitatem eorũ,
& ſuper terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſem-
piternas. Quia ſeruierunt eis cum eſſent gentes multæ & reges
magni: & reddam eis ſecundum operam eorum, & ſecundum fa-
cta manuum ſuarum. Quia ſic dicit Dominus exercituum Deus
Iſrael: Sume calicem furoris huius de manu mea, & propinabis
de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. Et bibent, & tur-
babuntur, & inſanient à facie gladii, quem ego mittam inter eos.
Recenſitis ſubinde plurimis, quibus Ieremias propinauit, natio-
nibus, adiungit: Et omnibus regnis terrę, quæ ſuper faciem eius
ſunt, & rex Seſach bibet poſt eos. Ergo, quod apertè præmiſerat
Habacuc, dicens: Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te
omnes qui reliqui fuerint de populis: ididem metaphoricè repe-
tit, cum ait: *Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebri-
ans, vt aſpiciat nuditatem eius.* id eſt, Væ ei, qui fel ſuum vſque ad
ebrietatem propinat conſimilibus ſibi, regesq; diuexat & impe-
tit, donec regno, & honore, & diuitiis, ipſa denique libertate
diſpoliet atque denudet. Væ, inquam, ei; nam ab aliis nuda-
bitur, & conſimili ignominia afficietur. Hoc eſt enim quod ſe-
quitur.

16. Repletus

16. *Repletus es ignominia pro gloria, bibe tu quoque, & conſopire: circumdabit te calix dexteræ Domini & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam.*

292 Hieronymus Legit in tertia perſona: Repletus eſt, ignominia pro gloria: vt ſubaudiatur (inquit) amicus & proximus, ſiue conſors regni, qui tuum, ô Nabuchodonoſor, calicem bibit. Vnde quia inebriaſti plurimos, tu quoque bibe de calice Domini, & conſopire: circumdaberis ſuppliciis dexteræ Domini, & cum ignominia vomitus tui omnia, quæ abſorbueris, egeres, & de ſublimi gloria ad vltima deduceris mala. Hactenus Hieronymus. Pagninus autem paraphraſticè, vt ſolet, ſic transfert: Saturatus es potius eorum ignominia, quàm gloria. Id eſt, Regum ac ducum à te captorum dedecore magis, quàm honeſtate, delectatus es: quos (vel eorum exemplo, vt Porus Alexandro reſpondit, humanarum viciſſitudinum admonitus) benignè & humaniter tractare debuiſſes. Cyrus, auditis quæ Cræſus, Lydorum rex, à Solone ſibi fuiſſe dicta retulerat, hominem ſe quoque cognoſcens, qui alium hominem, qui ſe dignitate & opibus non fuiſſet inferior, viuum rogo tradi iuſſiſſet, & veritus vltionem diuinam, ac animo reputans æquiore, nihil eſſe in humanis ſtabile: & pyram præcepit extingui, & ſolutum à vinculis Cræſum, honorificè iuxta ſe collocauit. Septuaginta interpretes in alium ſenſum verterunt: Saturitatem ignominiæ de gloria bibe, & commouere: circumdabit te calix dexteræ Domini. His Tigurina conſentit, dicens: Satiaberis & tu ignominia magis quàm gloria: bibe & tu, vt conſopiaris, verſabitur ſuper te calix dexteræ Domini, & ignominioſus vomitus ſuper gloriam tuam. At alii verbum ex verbo: Saturatus es ignominia præ gloria: bibe etiam tu, & denudare præputium: vertet ſe ſuper te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominioſus ſuper gloriam tuam. Eſt enim pro Conſopire in Hebræo הֵעָרֵל, verbum autem עָרַל, habere præputium ſignificat: & præputium ipſum appellatur עָרְלָה. Vnde etiam vertit Pagninus pro *Et conſopire*, Et apparebit præputium tuum.

293 * Porrò, Eodem bibere poculo: prouerbialiter olim vſurpari conſueuit. Plautus in Caſſina: Vt ſenex eodem hoc poculo, quo

bibi, biberet. Eſt autem, eiſdem incommodis affici, maliſq; communibus obnoxium eſſe. Translatum, ſcilicet, vel à bibendi certamine, vel ab his qui metuunt venena. Cecidit Babylon magna
Apoc.18.6 (exclamat Angelus in Apocalypſi) Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundum opera eius, in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum.

* Quod verò ſequitur: *Et conſopire:* communiter ab expoſito- 294
Dan.4.30. ribus de Nabuchodonoſoris amentia declaratur: quem Deus belluinam vitam degentem, ab hominum ſocietate ſemouit, & ſenſu deturbatum communi, meritas pœnas dare coëgit. At EGO, ſi priuatum aliquod facinus his verbis ſignificat Habacuc, libentius de Balſaſaris Babylonii regis interitu, & de illa magnifica compotatione & conuiuio, interpretarer, quæ de more ſolemni cele-
Dan.5.1. brauit ea nocte, qua & ipſe à ſuis ipſis peremptus, & à Cyro Baby-
30. lon capta eſt: quoniam eademmet nocte & ſolemnitate, quamuis non eiuſdemmet anni, ipſe Balſaſar temulentus præceperat, afferri vaſa aurea & argentea, quæ Nabuchodonoſor eius auus aſportauerat de Ieruſalem: & conuiuis vniuerſis propinans, ea nefarius profanarat nefandè. Eius quippè necem Ieremias, ſoporem & ſomnum ſempiternum vocauit. Apud eum enim ſic Dominus
Iere.51.39. Babyloniis minatur: In calore eorum ponam potus eorum, & in-
57. ebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant. Hæc ſunt: Euſque in ſuis conuiuiis incaleſcent vino, vt potus ac calices temulenti maiores expoſcant, quibus æterno mortis ſomno conſopiantur. Rurſuſque eodem capite: Inebriabo principes eius, & ſapientes eius, & duces eius, & magiſtratus eius, & fortes eius: & dormient ſomnum ſempiternũ, & non expergiſcentur, ait Rex, Dominus exercituum nomen eius. Habacuc verò, non dumtaxat aduerſus Nabuchodonoſorem prophetat, ſed aduerſus eius nepotem Balſaſarem præcipuè vaticinatur: neque enim ille, ſed iſte, regno ſpoliatus atque nudatus eſt, neque ille (quod legiſſe meminerim) morte violenta conſopitus interiit.

* Veruntamen hac potatione generaliter ignominias & cala- 295
mitates ſignificari, quæ ſequuntur, indicare videntur, addit enim continuò Vates: *Circumdabit te calix dextera Domini, & vomi-*

tus

Digitized by Google

tui ignominia ſuper gloriam tuam. Prior huius periodi pars paſſiuè legitur apud Hebræos, vt Tigurina quoque vertit editio. Reddit enim: Verſabitur ſuper te calix dexteræ Domini. Quod, ad imum vſque fundum, exhauriendum illi eſſe calicem, inſinuat. Calix namque, cum exhauritur, ſemicirculum ſuper exhaurientem deſcribit. Idipſum eſt igitur apud Habacuc, *Circumdabit te*, aut Circumdabitur in te, vel ſuper te, *Calix dextera Domini*, quod apud Iſaiam: Vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad fæces. Iſa. 51. 17.
Et apud Ezechielem: Calicem ſororis tuæ bibes profundum & latum: eris in deriſum & ſubſannationem, quæ eſt capaciſſima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & epotabis vſque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis. Ezech. 23. 32.
Vim ergò magnam, & copiam vindictæ & animaduerſionis, hæc indicant. Theophylactus verò ad priſcum compotationis morem hoc retulit, quo in ſympoſiis cyathus ad omnes compotores circumferebatur. Ita quidem, vt (authore Arriano) cum Alexander Macedonum rex, populare conuiuium inſtituiſſet, nouem millia virorum conuiuio affuiſſe, eoſque omnes ex eodem cratere libaſſe, ferantur. Erit autem propheticus ſenſus: Iam alia regna de calice diuinæ indignationis biberunt: reliquum eſt, vt tu nouiſſimus vſque ad fundum exhaurias: ſiquidem circulo propinationis perfecto, ad te vſque iam tandem peruenit. Hoc autem vel inuitus patieris: namque Dei potentiſſima dextera inuito ac renuenti poculum obtrudet tibi. Huic ſententiæ & expoſitioni, illud Ieremiæ ſuffragatur: Et rex Seſach bibet poſt eos: Id eſt, circulum compotationis concludet, fæceſque exhauriet. Ie. 25. 26.
Itaque, *Circumdabit te calix dextera Domini*, eundem morem referre videtur, quem & illud Ieremiæ in Threnis: Gaude & lætare filia Edō, quæ habitas in terra Hus: ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis. Thr. 4. 21.

297 *Hunc Dei calicem deſcribit Dauid, eiuſq; efficaciam ac vim, & potus abundantiam oſtendit, cum homines nequam ac ſceleratos, his ab impietate deterret: Quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto. Pſal. 74. 9.
Et inclinauit ex hoc in hoc veruntamē fæx eius nō eſt exinanita: bibēt omnes peccatores terrę. Oportet quippè notare, ꝑ Latina dictiōe, Meri, eſſe verbū חמר in Hebręo, ꝙ Rubeſcere,

vel Turbare ſignificat. Vnde quidam pro, Vini meri, vini turbidi, aut turbulenti, poſuerunt. Pagninus, Vinum rubuit, conuertit. Et Capenſis in Pſalmorum paraphraſi, Habet, inquit, Deus in manu poculum, in quo pulchrè rubet vinum: ſed cui plurimum eſt fæcis admiſtùm. Ex hoc porriget meracum piis: fæcem verò noxiam exugere, imò epotare coget impios omnes, quantumuis degant in terra multi. At idem Campenſis in textu, Septuaginta ſuffragatur ſenioribus, qui Rubentis vini vocabulo, Meracum intellexiſſe videntur, pro חָמַר vertentes Ακράτυ. Et vbi Latinus interpres ex Græco interpretatus eſt, Miſto, non ſunt vſi verbo μιγάζω, neq; μίσγω, neque Κυκάω: quæ verba res diuerſas miſcere, confundere, & conturbare ſignificant. Sed verbum Κεραννύω poſuerunt: quod, cum deriuetur á Κέρας, id eſt Cornu, teſte Athenæo & Euſtathio, propria ſignificatione & primæua, Propino, ſignificare videtur, & in cornu præbere potionem. Affirmatque Deſiderius Eraſmus, in caput decimum quartum Apocalypſis, à Græcis appellari Κεράννυσαι, quicquid infunditur in calicem bibituro, etiam ſi neque aqua, neque alio potus genere diluatur. * Mos quippè veteribus 298
fuit, vti cornu bouis pro poculo: vt ex multis teſtimoniis priſcorum, Athenæus in Dipnoſophiſtis, & interpres Nicandri teſtantur. Quin & hodie in regno Æthiopiæ, rex ipſe, quem Prete-Ioannem appellant, & primores atque magnates, pro doliis vino aſſeruando, vſurpant cornua bouina, quę miræ capacitatis in illa regione inueniuntur. Quod Franciſcus Aluarez, Luſitanus ſacerdos, & regis Portugalliæ legatus, in ſua legatione Aethiopica, bona fide teſtatus eſt. Et in multis locis Hiſpanię obuium quoque & vulgare eſt, corneis poculis ad bibendum abuti. Ex hoc ergò more vetuſto Calix ipſe dictus eſt Crater, à Κέρας, quaſi dicas Cerater: & ipſum porrigere calicem, Κεράννισαι Græcis appellatum eſt, quaſi in cornu præbere potionem.

Ergo Septuaginta ſeniores pro, Vini meri plenus miſto, Οἴνου ἀκράτου πλήρης κεράσματος, poſuerunt: id eſt, vini meri plenus potione vel infuſione. Eſtque ſeries ac ſententia verborum: Quia eſt calix in manu Domini, plenus infuſione vini meri, vel (vt habent Hebraica) rubentis. Id eſt, optimi ac potentiſſimi vini, ad torquendum miris modis potantem, & ſoporem inducendum bibenti.

Neque

299 * Neque Hebraicum verbum obſiſtit, imouerò aſtipulatur quã maximè: ſi (quemadmodum annotauit Forerius, in illud Iſaiæ capite quinto: Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem) מָסַךְ eſt è ſupernis infundere, Iſa. 5. 22.
& in vas inferius transferre. Ex quo ipſe Forerius pro, Ad miſcendam ebrietatem, conuertit, Ad infundendam ſiceram: Septuaginta conformis ſenioribus, qui Κεραννύντες τὸ σίκερα, tranſtulerunt. Eſt enim pro Ebrietatem שֵׁכָר: quo vocabulo deſignant Hebræi quicquid poteſt ebrietatem inducere. Et vbi Iſaiæ capite ſexageſimo quinto legimus: Qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper Iſa. 65. 11.
eam: Forerius traduxit, Et impletis Meni infuſionem. Quoniam eſt pro Infuſione Hebræis, מִמְסָךְ. Septuaginta verterunt Κέρασμα: quod Editio Complutenſis Latina, Potionem, interpretata eſt.

300 * Neque etiam Latinum Miſcere huic repugnat interpretationi: nam communi Grammaticorum ſententia, frequenter Propinare ſignificat, ſiue mera, ſiue miſta aut diluta potione propinare contingat. Idque creditur ſignificare apud Ciceronem, cum ait: Ergò in eadem voluptate (eſſe dicis) eum qui alteri miſceat mulſum ipſe non ſitiens, & eum, qui illud ſitiens bibat? Sic & illud Iuuenalis intelligunt: Neſcit tot millibus emptus pauperibus miſcere puer. Et illud quoque Naſonis:

Qui raptus ab alite ſacra,
Miſcet amatori pocula grata ſuo.

Sed & illud Martialis in Xeniis.

Attica nectareum turbatis mella falernum:
Miſceri hoc decet à Ganymede merum.

Hoc eſt, diis propinari & apponi. Quæ loca poſteriora in hũc ſenſum neceſſariò interpretanda videntur: ſiquidem in conuiuiis deorum, non permiſtum nectar, ſed merum, fuiſſe appoſitum exiſtimatur. Quæ forſitan cum peruidiſſet Leo Iudæ, autor ille Tigurinæ editionis, non Miſto conuertit, vt alii, verum in hunc modum traduxit: Nam calix in manu Domini eſt, vino meraco plenè adornatus.

301 * Sed ſunt non pauca nec leuia, quæ huic obſiſtant expoſitioni, & ex quibus colligi videatur, verbum Κεραννύω propriè ſignificare

immiſcere, id eſt, alias aliis rebus confundere : nec eſſe ſimpliciter propinare. Athenæus etenim, Græcus autor, libro vndecimo Dipnoſophiſtarum, octauo capite ſic ſcribit: Quod antiqui ex cornibus bibere conſueuerint, patet ex eo, quod nunc etiam vbi vinum aquæ miſcetur, Κεράσαι aiunt. Vaſque, in quo vinum miſcetur, Craterem appellant, ab aquam in eo miſcendo, & à cornu. Dicitur enim quaſi Crater: quoniam potus in cornu infundatur. Hæc Athenæus. Cuius non modo ſententiam, ſed & verba, ſequutus eſt Cælius, libro viceſimo ſeptimo, capite viceſimo ſeptimo, Lectionum antiquarum, ſic inquiens: Ceras, id eſt Cornu, in eodem recenſetur ordine: quoniam boum cornibus in potu vterentur priores. Cuius rei argumentum id eſt, quod Κεράσαι dicũt Græci, pro miſcere vino aquam. Cælius Rhodiginus hucusque. Hocque ipſum, affirmant nonnulli, apertè declaraſſe Plutarchum, libro octauo Conuiualium quæſtionum, vbi Græcum verbum Κεράσαι, per verbum Latinum Miſcere, vt iſti putarunt, exponit. Certè Euſtachius ſcholiaſtes Homeri, Κεράσαι tradit eſſe τὸ μίσγειν, ſiue Κιρνᾶν οἶνον ὕδατι, id eſt, miſcere vinum aqua. Sunt & alia teſtimonia Græcorum, ſed non æqui momenti, quæ lector in Theſauro linguæ Græcæ reperiet. At illud par eſt etiam iam dictis, quod Euthymius Græcus, vt alii, hunc eundem Pſalmi locum exponens, hiſce verbis interpretatus eſt. In manu Domini alius eſt etiam calix, plenus miſtione, hoc eſt miſericordia. Miſto enim vini, aqua, & miſtio auſteritatis, miſericordia. Nam alioqui, quomodo vnus atq; idem calix poterit & merum & miſtum continere? Hæc ille: quibus verbis inſinuat, diuerſarum rerũ myſturã Κεράννυω ſignificare.

* Nec eſt quod obſtare videatur, quin in hac ſignificatione ca- 302
piamus, quæ ex Marco Tullio, ex Martiali, ex Ouidio, ex Iuuenali, & ex aliis, pro priore expoſitione citantur. Nam quod creditur, in conuiuiis deorum merum nectar propinari ſueuiſſe, falſum eſſe manifeſtat Ouidius, cum Helenæ Paridem de Ganimede, in hunc modum ſcribentem inducit:

Phryx erat, & noſtro genitus de ſanguine, qui nunc
Cum dis potando nectare miſcet aquas.

Verbum porrò Hebraicum מָסַךְ eſſe res diuerſas confundere, illud

illud ſatis demonſtrare videtur, ex Pſalmo centeſimo primo: Potum meum cum fletu miſcebam. Eſt enim pro, Miſcebam, מסכתי. Septuaginta verterunt, ἐκίρνων. Pſ. 101. 10.

303 *Eſt ergò prorſus ambigua verbi Κεράννυμι ſignificatio: nec ſatis ex autoribus conſtat, etiam Græcis, an infundere ſit, & ſimpliciter præbere bibendum, etiam ſi præbeatur meracum: an tunc ſolum vſurpari conſueuerit, cum res variæ commiſcerentur. Sanè, multæ autoritatis autores parti vtriq; ſuffragari comperimus. Eraſmus, vti iam diximus, in illud Apocalypſis capite decimo quarto: Et hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius: ſic ſcribit. Quod miſtum eſt mero. τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου: vt mero ſit ablatiui caſus, & referatur ad vino. Nam Græcis Κεραννῦσθαι dicitur, quod infunditur in calicẽ bibituro, etiamſi nõ diluatur aqua, aut alio potus genere. Eraſmo aſtipulatur Gagneius, interpretatur enim: Quod miſtum eſt, id eſt, datum ei ad bibendum, qui adorauerit beſtiam, & imaginem eius. Sed ad Græcos autores veniamus. Aretas grauis autor cum primis, in eundem locum ſic ait: Vinum dixit iram, non ob lætitiam quam immittit: ſed ob capitis vertiginem ac veluti furorem. Huiuſmodi enim eſt ira, quæ dicitur θυμός. Miſtum verò eſſe, hoc eſt diffuſum & augmentatum. Et paucis interiectis, ſic infert: Merum furoris adfabrè cõparauit vino mero, quod in calice miſtum eſt. Siquidem vinũ merum facilius inebriare poteſt, quàm miſtum. Quoniam in futuro quoq; ſeculo retributiones eorum, quæ in hac vita peracta ſunt, puræ erunt, & non commiſtæ cum oppoſita miſericordia, aut continua bonorum operum memoria. Quoniã futura quoq; vita vera erit, & expians ab omni ſimulatione & fuco. Verũ ſi talis eſt, quomodo dicitur, Vinum miſtum in cratere? Manifeſtum eſt igitur, quod τὸ κεκεράσθαι, id eſt Miſtum eſſe, non ſignificat temperaturã aliquam, ſed additionem. Vt ſit iſte ſenſus: Quod miſtum eſt, id eſt, appoſitum in cratere iræ Dei. Et Aretas quidem hucuſq;. Apoc. 14. 10.

304 *Porrò Didymus, ſcholiaſtes Homeri, & Euſtachius, à ſeipſo diſſentiens, in illud Odyſſeę quinto κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρὸν, Infundit nectar rubrum, exponunt. Nullum ibi κρᾶμα, id eſt, nullam commiſtionem ibi fieri volẽtes. Et illud Odyſſeæ vltimo: κερῶντας τ' αἴθοπα οἶνον: idẽ Euſtat. exponit: ἐμβάλλοντας εἰς κρατῆρας, id eſt, infundẽtes in crateres.

Vt κερᾶν ſit τὸ διαδιδόναι ποιεῖν, id eſt, præbere bibendum. Plutarchus loco citato, nempe libro Sympoſiorum octauo, quæſtione ſexta, ſi attentè & conſiderate legatur, ſatis declarare videtur, verbũ κεραννύω propriè eſſe potum præbere, nulla habita conſideratione & diſcrimine, merène, an permiſtè præbeatur. Oſtendens namque Lamprias apud Plutarchum, Latinos multa adoptaſſe Græcorum vocabula: vtpotè qui trapezam, menſam appellent à μέσος, quod in medio conuiuarum ponatur: & Δεῖπνον, cœnam à κοινὸς, quod multi in commune cœnarent: poſtque alia exempla nonnulla, hæc etiam ad extremum adiungit. τίς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι καὶ μοι ἑλληνικῶς κομίσατο λέγεσθαι; καὶ τὸ κέρασαι μισκῆσαι, καθ' Ὅμηρον:

Ἡ δ' αὖτ' ἐν κρατῆρι μελίφρονα οἶνον ἔμισγε. Quæ ſunt ad verbum: Quis non igitur dicat, à Como Græcanizè Comeſſare dici? & Ceraſæ Miſcere, iuxta Homerum?

Illa antem ipſa in cratere dulce vinum miſcebat.

* Eſt enim Plutarchi ſententia: Cum Latini Græcum μίσγω 305
vſurpauerint, & in verbum Miſcere transfuderint, vt res varias permiſcere & confundere, vti Græci, ſignificarent: qui tamen Homerus libro Iliados duodecimo, Miſgo eſt vſus pro Cerannyo, eius quoque exemplo Latini verbum Miſceo ad eandem traxerunt ſignificationem, & pro propinare poſuerunt. Neque enim Plutarchus Cerannyo exponit per Miſceo (vt nonnulli perperam intellexerunt) ſicut nec Trapezam per Menſam, neque Dipnon exponit per cœnam. Sed contra, verbum Miſceo, (quod propriè, vt miſgo, commiſcere ſignificat) inde trahi impropriè ad ſignificationem verbi Cerannyo, aſſerit, quòd Homerus Miſgo pro Cerannyo, id eſt, potum exhibere, poſuerit. Neque enim Homerus in loco à Plutarcho citato, verbum Cerannyo vſurpauit: ſed Miſgo. Vt Iliados quoque libro tertio, cum ait:

Κρατῆρσι δὲ οἶνον μίσγον, Id eſt: In cratere vinum miſcebant. Hoc eſt, infundebant, & propinabant. Si enim, non potum præbere, ſed res varias permiſcere & confundere, Cerannyo ſignificaret vt Miſgo: nihil vtique declaraſſet Plutarchus, cum docet Miſceo à Latinis, vti Græcũ Miſgo ab Homero, vſurpari pro Cerãnyo.

* Mihi quidem veriſimile fit, æquè Græcos vſurpaſſe Ceraſæ, 306
cum vinum præberetur meracum, quàm cum miſtum propinaret bibendum

bibendum. Quando, teſtibus Athenæo & Euſtathio, Cerannyo à
vaſis materia, cornu ſcilicet, non à meri vel miſti potus qualitate
deductum eſt: etſi poſtea in omne genus vaſorū eius fuerit ſigni-
ficatio translata. Neq; qui dicunt, hoc verbum ſumi ſolere, cum
aqua vino pariter immiſceretur: negant vſurpatum fuiſſe cum
propinaretur meracum. Sed id maximè ſcriptura diuina apertè Apoc. 14.
declarare videtur, cum loco Apocalypſis iam dicto, hoc verbum 10.
de meraco vſurpauit. Nam expoſitiones quæ volunt, ibi Merum
alio vino permiſtum, aut alia re quapiam, doceri, quibus acrius ac
violentius reddatūr: hæ quidem magis argutæ, & plenæ conten-
tionis ac rixę, quam cohærentes, mihi videntur. Senſus porrò ſim-
plex ac planus, quin etiam, meo iudicio, elegantior erit, non ſolū
in Pſalmo, ſed in aliis quoque locis pleriſque diuinarum ſcriptu-
rarum, ſi verbum Hebraicum מָסַךְ, & Græcum κεραννύω, Lati-
numq; Miſcere, pro infundere fuiſſe poſitum, intelligamus.
307 * Nec leui debet eſſe argumento, his verbis Scriptores diuinos in
his tantum locis vſos fuiſſe, in quìs aptius multo cohęret, infun- Pro.9.2.
dere ſimpliciter interpretari. Vt nono capite Prouerbiorum: Mi- Iſa.19.14.
ſcuit vinum. Et Iſaiæ decimo nono: Dominus miſcuit in medio Apoca.18.
eius ſpiritum vertiginis. Et duodeuiceſimo Apocalypſis: in po- 6.
culo, quo miſcuit, miſcete illi duplum. Et capite decimo quarto: Apoca.14.
Hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ 10.
ipſius. Vbi verò diuini Scriptores apertè res commiſtas pertractāt Iſa.1.22.
non his verbis vtuntur, ſed aliis. Iſaias enim capite primo, vbi nos
legimus: Vinum tuum miſtum eſt aqua, non eſt verbo מָסַךְ, ve-
rùm poſuit verbum מָהוּל, quod deducitur à verbo מָהַל, quod res
varias commiſcere ſignificat. Septuaginta tranſtulerunt, μισγῦσι.
308 * His adde, non videri probabile, Prouerbiorum vigeſimo ter- Prou.23.
tio, vbi dicitur, לַחְקֹר מִמְסָךְ: eos ab Scriptura reprehendi, 30.
qui vinum miſcerent ac temperarent. Quod videntes Septuagin-
ta, verterunt: Non inueſtigantium vbi conuiuia fiunt? Hierony-
mus verò conuertit: Et ſtudent calicibus epotandis? Neq; aliud
carpſiſſe videtur Iſaias capite quinto, cum Væ dicit viris potenti- Iſa.5.22.
bus, & robuſtis לִמְסֹךְ שֵׁכָר, id eſt, ad infundendam ſiceram: vt
conuertit Forerius. Neque vbi dicitur in Apocalypſi: In poculo Apoc.18.6.
quo miſcuit, miſcete illi duplum: videtur ſatis eſſe probabile,

hoſtem vinum temperatum tribuiſſe: niſi ad vini alterius argutias
aut veneni, confugerimus,

Pſal.101. 10. *Quod autem in contrarium opponitur: Potum meum cum 309
fletu miſcebam, non eſt cur tantum & neceſſariò, ad miſtionem
ſignificandam trahatur. Neq; enim aut inconcinnè aut violenter,
2.Reg. 13. 19. poſſet in hunc ſenſum exponi. Præ continuis doloribus & ærum-
4.Eſd.9.38 nis, cibus mihi cinis fuit, quo caput aſpergebant dolentes, & loco
delectabilis potus, lachrymas perpetuò bibebam, hasq; ex ocu-
Pſal.79.6. lis in os confundebam. Vti Pſalmo ſeptuageſimo nono, lacrymas
ſibi Dauid cibi & potus loco fuiſſe teſtatur. Cibabis nos, inquiens,
pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in menſura.
Pſal.41.4. Et Pſalmo quadrageſimo primo: Fuerunt mihi lacrymæ meæ pa-
nes die ac nocte. Non ergo affirmat Dauid, ſe vinum cõmiſcuiſſe
Pſa.101. 5. cum lacrymis: ſed præ aſſiduis calamitatibus, cibo & potu faſtidi-
to & neglecto, vel (vt ante prædixit) oblito, nihil aliud quam la-
crymari libuiſſe.

Pſal.74.9. *Ergo cum Pſalmographus inquit: Quia calix in manu Domi- 310
ni vini meri plenus miſto: nomen adiectiuum, Miſto, vice fungi-
tur ſubſtantiui, nec cuiuſpiam rei cõmiſtionem, ſed vini infuſio-
nem in calicem, & potionem præparatam ſignificat. Porrò vinum
(inquit Pſalmodus) rubuit: nam ſic habent Hebraica (Quia calix
in manu Domini, & vinum rubuit, plenus miſto) vtpotè nõ aqua,
non alia re dilutum ac decoloratum. Sed quod merum, ardensq;
ſit, vt Græci intellexerunt interpretes. Non igitur dictione, Mi-
ſto, ſed verbo, Rubuit, Dauid, & dictione, Mero, Ioannes, loco
Apocalypſis citato, vim vini & acrimoniam notauit. Quæ potan-
tem inſanire compellat, aut ſomno ſempiterno conſopiat. *Vinũ 311
autem in diuina Scriptura, bonorum mercedem ſignificat, aut
frequentius punitionem malorum. Calix menſuram & modum,
quibus merces aut vindicta tribuitur. Nam in partem bonam &
Pſal.15.5. malam vſurpari, vulgare eſt. Quippè in bonam dictum eſt illud:
Pſal.22.5. Dominus pars hęreditatis meæ, & calicis mei. Et Pſalmo vigeſimo
Pſal.10.6. ſecundo. Calix meus inebrians quam pręclarus eſt. In malam au-
tem eſt illud: Ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis
eorum.

De hoc calice diuinæ vindictæ noſter intelligit Habacuc, cum
regi

Digitized by Google

regi Babylonis minatur: *Circumdabit te calix dextera Domini.* Non de blando vino ac ſalubri, quod corpus reficiat & vegetet, & animum iucunditate perfundat. Ex hoc enim vino meraco, ex hoc acri & inebriante temeto, Ieremias propinare iubetur infinitis propemodum nationibus, & regi Babylonis poſt eas. Vbi enim legimus apud Ieremiam: Sume calicem vini furoris huius de manu mea: Septuaginta interpretes pro Furoris, verterunt, ἀκράτου, id eſt, meri. Eſt enim חֵמָה in Hebræo: quæ vox Merum, & Furorem ſignificat. Ier. 25. 15.

312 * Porrò verò frequentiſſima eſt hæc metaphora in diuina Scriptura, qua per calicem, per metonymiam, id eſt, vini ad menſam portionem, certa ſors & merces cuiusq;, tàm bona, quàm mala, ſignatur. Vſus eſt ea, quoq; Plutarchus libro priore de Fortuna Alexandri, ſic inquiens. Alexander cum ſe diuinitus miſſum cōmunem vniuerſorum diſceptatorem exiſtimaret, conſtituendisq́ue mundi rebus arbitrum, quos verbis inter ſe conciliare non poterat, armorum vi ſubigens, in vnum omnia componens, perinde atq; propinatio poculo vitas, moras, connubia, viuendi inſtituta miſcens, patriam quidem omnes orbem terrarum exiſtimare voluit, cognatos verò viros bonos, alienigenasq́ue prauos. Videtur autem ſumpta metaphora à veteri potantium ritu, quo per Modiperatorem, id eſt, præſidem conuiuij, cuique ſua portio quam hauriret, ſtatuebatur. Neque enim vniuerſis conuiuis pro ſiti æqua portio dabatur, nec pro libito vnusquisq; bibebat. Sed pro dignitate bibentium, pocula maiora & pleniora, data fuiſſe, Homerus teſtatur. Iliados namque quarto Agamemnon ſic alloquitur Idomeneum.

Siquidem enim alii comati Achiui
Diuiſum bibunt: tuum autem plus poculum ſemper
Stetit, ſicut mihi bibere quando animus iubet.

Et libro octauo eiusdem Iliados, ſic Hector inſultat Diomedi:

Tydide valde quidē te honorabant Danai veloces equos habentes.
Sedeq́, carnibusq́, & multis poculis.

Id eſt, poculis maioribus: vt interpretatur Valla. Sed adhuc apertius Homerus, libro duodecimo hoc ipſum declarat, cum Glaucum Sarpedon in hunc modum affatur:

bibi,biberet. Eſt autem,eiſdem incommodis affici, maliſq; communibus obnoxium eſſe. Translatum, ſcilicet, vel à bibendi certamine, vel ab his qui metuunt venena. Cecidit Babylon magna
Apoc.18.6 (exclamat Angelus in Apocalypſi) Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundum opera eius,in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum.

* Quod verò ſequitur: *Et conſopire:* communiter ab expoſito- 294
Dan.4.30. ribus de Nabuchodonoſoris amentia declaratur: quem Deus belluinam vitam degentem,ab hominum ſocietate ſemouit, & ſenſu deturbatum communi, meritas pœnas dare coëgit. At EGO, ſi priuatum aliquod facinus his verbis ſignificat Habacuc, libentius de Balſaſaris Babylonii regis interitu, & de illa magnifica compotatione & conuiuio, interpretarer, quæ de more ſolemni cele-
Dan.5.1. brauit ea nocte,qua & ipſe à ſuis ipſis peremptus, & à Cyro Baby-
30. lon capta eſt: quoniam eademmet nocte & ſolemnitate,quamuis non eiuſdemmet anni, ipſe Balſaſar temulentus præceperat,afferri vaſa aurea & argentea, quæ Nabuchodonoſor eius auus aſportauerat de Ieruſalem: & conuiuis vniuerſis propinans, ea nefarius profanarat nefandè. Eius quippè necem Ieremias,ſoporem & ſomnum ſempiternum vocauit. Apud eum enim ſic Dominus
Iere.51.39. Babyloniis minatur: In calore eorum ponam potus eorum,& in-
57. ebriabo eos, vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant. Hæc ſunt: Euſque in ſuis conuiuiis incaleſcent vino, vt potus ac calices temulenti maiores expoſcant, quibus æterno mortis ſomno conſopiantur. Ruſuſque eodem capite: Inebriabo principes eius, & ſapientes eius, & duces eius, & magiſtratus eius,& fortes eius: & dormient ſomnum ſempiternū, & non expergiſcentur,ait Rex,Dominus exercituum nomen eius. Habacuc verò,non dumtaxat aduerſus Nabuchodonoſorem propheat,ſed aduerſus eius nepotem Balſaſarem præcipuè vaticinatur:neque enim ille, ſed iſte, regno ſpoliatus atque nudatus eſt, neque ille (quod legiſſe meminerim) morte violenta conſopitus interiit.

* Veruntamen hac potatione generaliter ignominias & cala- 295
mitates ſignificari, quæ ſequuntur, indicare videntur,addit enim continuò Vates: *Circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus*

tua ignominia ſuper gloriam tuam. Prior huius periodi pars paſſiuè
legitur apud Hebræos, vt Tigurina quoque vertit editio. Reddit
enim: Verſabitur ſuper te calix dexteræ Domini. Quod, ad imum
vſque fundum, exhauriendum illi eſſe calicem, inſinuat. Calix
namque, cum exhauritur, ſemicirculum ſuper exhaurientem de-
ſcribit. Idipſum eſt igitur apud Habacuc, *Circumdabit te*, aut Cir-
cumdabitur in te, vel ſuper te, *Calix dexteræ Domini*, quod apud I- Iſa. 51. 17.
ſaiam: Vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad
fæces. Et apud Ezechielem: Calicem ſororis tuæ bibes profun- Ezech. 23. 32.
dum & latum: eris in deriſum & ſubſannationem, quæ eſt capa-
ciſſima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & triſti-
tiæ, calice ſororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & epotabis vſque
ad fæces, & fragmenta eius deuorabis. Vim ergò magnam, & co-
piam vindictæ & animaduerſionis, hæc indicant. Theophylactus
verò ad priſcum compotationis morem hoc retulit, quo in ſym-
poſiis cyathus ad omnes compotores circumferebatur. Ita qui-
dem, vt (authore Arriano) cum Alexander Macedonum rex, po-
pulare conuiuium inſtituiſſet, nouem millia virorum conuiuio
affuiſſe, eoſque omnes ex eodem cratere libaſſe, ferantur. Erit
autem propheticus ſenſus: Iam alia regna de calice diuinæ indi-
gnationis biberunt: reliquum eſt, vt tu nouiſſimus vſque ad fun-
dum exhaurias: ſiquidem circulo propinationis perfecto, ad te
vſque iam tandem peruenit. Hoc autem vel inuitus patieris: nam-
que Dei potentiſſima dextera inuito ac renuenti poculum ob-
trudet tibi. Huic ſententiæ & expoſitioni, illud Ieremiæ ſuffra- Ie. 25. 26.
gatur: Et rex Seſach bibet poſt eos: Id eſt, circulum compota-
tionis concludet, fæceſque exhauriet. Itaque, *Circumdabit te ca-
lix dexteræ Domini*, eundem morem referre videtur, quem & il-
lud Ieremiæ in Threnis: Gaude & lætare filia Edõ, quæ habitas in
terra Hus: ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis. Thr. 4. 21.
297 * Hunc Dei calicem deſcribit Dauid, eiuſq; efficaciam ac vim,
& potus abundantiam oſtendit, cum homines nequam ac ſcelera-
tos, his ab impietate deterret: Quia calix in manu Domini vini me- Pſal. 74. 9.
ri plenus miſto. Et inclinauit ex hoc in hoc veruntamẽ fæx eius nõ
eſt exinanita: bibẽt omnes peccatores terrę. Oportet quippè nota-
re, ꝓ Latina dictiõe, Meri, eſſe verbũ חָמַר in Hebręo, ꝗ Rubeſcere,

vel Turbare ſignificat. Vnde quidam pro, Vini meri, vini turbidi, aut turbulenti, poſuerunt. Pagninus, Vinum rubuit, conuertit. Et Capenſis in Pſalmorum paraphraſi, Habet, inquit, Deus in manu poculum, in quo pulchrè rubet vinum: ſed cui plurimum eſt fæcis admiſtùm. Ex hoc porriget meracum piis: fæcem verò noxiam exugere, imò epotare coget impios omnes, quantumuis degant in terra multi. At idem Campenſis in textu, Septuaginta ſuffragatur ſenioribus, qui Rubentis vini vocabulo, Meracum intellexiſſe videntur, pro חָמַר vertentes Ακράτυ. Et vbi Latinus interpres ex Græco interpretatus eſt, Miſto, non ſunt vſi verbo μιγάζω, neq; μίσγω, neque Κυκάω: quæ verba res diuerſas miſcere, confundere, & conturbare ſignificant. Sed verbum Κεραννύω poſuerunt: quod, cum deriuetur á Κέρας, id eſt Cornu, teſte Athenæo & Euſtathio, propria ſignificatione & primæua, Propino, ſignificare videtur, & in cornu præbere potionem. Affirmatque Deſiderius Eraſmus, in caput decimum quartum Apocalypſis, à Græcis appellari Κεράνυσαι, quicquid infunditur in calicem bibituro, etiam ſi neque aqua, neque alio potus genere diluatur. * Mos quippè veteribus 298
fuit, vti cornu bouis pro poculo: vt ex multis teſtimoniis priſcorum, Athenæus in Dipnoſophiſtis, & interpres Nicandri teſtantur. Quin & hodie in regno Æthiopiæ, rex ipſe, quem Prete-Ioannem appellant, & primores atque magnates, pro doliis vino aſſeruando, vſurpant cornua bouina, quę miræ capacitatis in illa regione inueniuntur. Quod Franciſcus Aluarez, Luſitanus ſacerdos, & regis Portugalliæ legatus, in ſua legatione Aethiopica, bona fide teſtatus eſt. Et in multis locis Hiſpanię obuium quoque & vulgare eſt, corneis poculis ad bibendum abuti. Ex hoc ergò more vetuſto Calix ipſe dictus eſt Crater, à Κερας, quaſi dicas Cerater: & ipſum porrigere calicem, Κεραννυσαι Græcis appellatum eſt, quaſi in cornu præbere potionem.

Ergo Septuaginta ſeniores pro, Vini meri plenus miſto, Οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος, poſuerunt: id eſt, vini meri plenus potione vel infuſione. Eſtque ſeries ac ſententia verborum: Quia eſt calix in manu Domini, plenus infuſione vini meri, vel (vt habent Hebraica) rubentis. Id eſt, optimi ac potentiſſimi vini, ad torquendum miris modis potantem, & ſoporem inducendum bibenti.

Digitized by Google

299 * Neque Hebraicum verbum obſiſtit, imouerò aſtipulatur quā maximè: ſi (quemadmodum annotauit Forerius, in illud Iſaiæ capite quinto: Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem) מָסַךְ eſt è ſupernis infundere, Iſa. 5. 22.
& in vas inferius transferre. Ex quo ipſe Forerius pro, Ad miſcendam ebrietatem, conuertit, Ad infundendam ſiceram: Septuaginta conformis ſenioribus, qui Κεραννύντες τὸ σίκερα, tranſtulerunt. Eſt enim pro Ebrietatem שֵׁכָר: quo vocabulo deſignant Hebræi quicquid poteſt ebrietatem inducere. Et vbi Iſaiæ capite ſexageſimo quinto legimus: Qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper Iſa. 65. 11.
eam: Forerius traduxit, Et impletis Meni infuſionem. Quoniam eſt pro Infuſione Hebræis, מִמְסָךְ. Septuaginta verterunt Κέρασμα: quod Editio Complutenſis Latina, Potionem, interpretata eſt.

300 * Neque etiam Latinum Miſcere huic repugnat interpretationi: nam communi Grammaticorum ſententia, frequenter Propinare ſignificat, ſiue mera, ſiue miſta aut diluta potione propinare contingat. Idque creditur ſignificare apud Ciceronem, cum ait: Ergò in eadem voluptate (eſſe dicis) eum qui alteri miſceat mulſum ipſe non ſitiens, & eum, qui illud ſitiens bibat? Sic & illud Iuuenalis intelligunt: Neſcit tot millibus emptus pauperibus miſcere puer. Et illud quoque Naſonis:

Qui raptus ab alite ſacra,
Miſcet amatori pocula grata ſuo.

Sed & illud Martialis in Xeniis.

Attica nectareum turbatis mella falernum:
Miſceri hoc decet à Ganymede merum.

Hoc eſt, diis propinari & apponi. Quæ loca poſteriora in hūc ſenſum neceſſariò interpretanda videntur: ſiquidem in conuiuiis deorum, non permiſtum nectar, ſed merum, fuiſſe appoſitum exiſtimatur. Quæ forſitan cum peruidiſſet Leo Iudæ, autor ille Tigurinæ editionis, non Miſto conuertit, vt alii, verum in hunc modum traduxit: Nam calix in manu Domini eſt, vino meraco plenè adornatus.

301 * Sed ſunt non pauca nec leuia, quæ huic obſiſtant expoſitioni, & ex quibus colligi videatur, verbum Κεραννύω propriè ſignificare

immiſcere, id eſt, alias aliis rebus confundere: nec eſſe ſimpliciter propinare. Athenæus etenim, Græcus autor, libro vndecimo Dipnoſophiſtarum, octauo capite ſic ſcribit: Quod antiqui ex cornibus bibere conſueuerint, patet ex eo, quod nunc etiam vbi vinum aquæ miſcetur, Κεράσαι aiunt. Vasque, in quo vinum miſcetur, Craterem appellant, ab aquam in eo miſcendo, & à cornu. Dicitur enim quaſi Crater: quoniam potus in cornu infundatur. Hæc Athenæus. Cuius non modo ſententiam, ſed & verba, ſequutus eſt Cælius, libro viceſimo ſeptimo, capite viceſimo ſeptimo, Lectionum antiquarum, ſic inquiens: Ceras, id eſt Cornu, in eodem recenſetur ordine: quoniam boum cornibus in potu vterentur priores. Cuius rei argumentum id eſt, quod Κεράσαι dicũt Græci, pro miſcere vino aquam. Cælius Rhodiginus hucusque. Hocque ipſum, affirmant nonnulli, apertè declaraſſe Plutarchum, libro octauo Conuiualium quæſtionum, vbi Græcum verbum Κεράσαι, per verbum Latinum Miſcere, vt iſti putarunt, exponit. Certè Euſtachius ſcholiaſtes Homeri, Κεράσαι tradit eſſe τὸ μίσγειν, ſiue Κερνᾶν οἶνον ὕδατι, id eſt, miſcere vinum aqua. Sunt & alia teſtimonia Græcorum, ſed non æqui momenti, quæ lector in Theſauro linguæ Græcæ reperiet. At illud par eſt etiam iam dictis, quod Euthymius Græcus, vt alii, hunc eundem Pſalmi locum exponens, hiſce verbis interpretatus eſt. In manu Domini alius eſt etiam calix, plenus miſtione, hoc eſt miſericordia. Miſto enim vini, aqua, & miſtio auſteritatis, miſericordia. Nam alioqui, quomodo vnus atq; idem calix poterit & merum & miſtum continere? Hæc ille: quibus verbis inſinuat, diuerſarum rerũ myſturã Κεραννύω ſignificare.

* Nec eſt quod obſtare videatur, quin in hac ſignificatione ca- 302
piamus, quæ ex Marco Tullio, ex Martiali, ex Ouidio, ex Iuuenali, & ex aliis, pro priore expoſitione citantur. Nam quod creditur, in conuiuiis deorum merum nectar propinari ſueuiſſe, falſum eſſe manifeſtat Ouidius, cum Helenæ Paridem de Ganimede, in hunc modum ſcribentem inducit:

Phryx erat, & noſtro genitus de ſanguine, qui nunc
Cum dis potando nectare miſcet aquas.

Verbum porrò Hebraicum מָסַךְ eſſe res diuerſas confundere, illud

illud ſatis demonſtrare videtur, ex Pſalmo centeſimo primo: Potum meum cum fletu miſcebam. Eſt enim pro, Miſcebam, מִסְכָהְר. Septuaginta verterunt, ἐκίρνων. Pſ. 101. 10.

303 *Eſt ergò prorſus ambigua verbi Κεράννυμι ſignificatio: nec ſatis ex autoribus conſtat, etiam Græcis, an infundere ſit, & ſimpliciter præbere bibendum, etiam ſi præbeatur meracum: an tunc ſolum vſurpari conſueuerit, cum res variæ commiſcerentur. Sanè, multæ autoritatis autores parti vtriq; ſuffragari comperimus. Eraſmus, vti iam diximus, in illud Apocalypſis capite decimo quarto: Et hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius: ſic ſcribit. Quod miſtum eſt mero. τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου: vt mero ſit ablatiui caſus, & referatur ad vino. Nam Græcis Κεραννυσθαι dicitur, quod infunditur in calicē bibituro, etiamſi nō diluatur aqua, aut alio potus genere. Eraſmo aſtipulatur Gagneius, interpretatur enim: Quod miſtum eſt, id eſt, datum ei ad bibendum, qui adorauerit beſtiam, & imaginem eius. Sed ad Græcos autores veniamus. Aretas grauis autor cum primis, in eundem locum ſic ait: Vinum dixit iram, non ob lætitiam quam immittit: ſed ob capitis vertiginem ac veluti furorem. Huiuſmodi enim eſt ira, quæ dicitur θυμός. Miſtum verò eſſe, hoc eſt diffuſum & augmentatum. Et paucis interiectis, ſic infert: Merum furoris adfabrè cōparauit vino mero, quod in calice miſtum eſt. Siquidem vinū merum facilius inebriare poteſt, quàm miſtum. Quoniam in futuro quoq; ſeculo retributiones eorum, quæ in hac vita peracta ſunt, puræ erunt, & non commiſtæ cum oppoſita miſericordia, aut continua bonorum operum memoria. Quoniā futura quoq; vita vera erit, & expians ab omni ſimulatione & fuco. Verū ſi talis eſt, quomodo dicitur, Vinum miſtum in cratere? Manifeſtum eſt igitur, quod τὸ κεκερᾶσθαι, id eſt Miſtum eſſe, non ſignificat temperaturā aliquam, ſed additionem. Vt ſit iſte ſenſus: Quod miſtum eſt, id eſt, Apoc. 14. 10.
304 appoſitum in cratere iræ Dei. Et Aretas quidem hucuſq;. *Porrò Didymus, ſcholiaſtes Homeri, & Euſtachius, à ſeipſo diſſentiens, in illud Odyſſeę quinto κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν, Infundit nectar rubrum, exponunt. Nullum ibi κρᾶμα, id eſt, nullam commiſtionem ibi fieri volētes. Et illud Odyſſeæ: vltimo: κεράοντας τ' αἴθοπα οἶνον: idē Euſtat. exponit: ἐμβάλλοντας εἰς κρατῆρας, id eſt, infundētes in crateres.

Vt κεϱᾶν ſit τὸ διδόναι ποιεῖν, id eſt, præbere bibendum. Plutarchus loco citato, nempe libro Sympoſiorum octauo, quæſtione ſexta, ſi attentè & conſiderate legatur, ſatis declarare videtur, verbũ κεϱαννύω propriè eſſe potum præbere, nulla habita conſideratione & diſcrimine, merène, an permiſtè præbeatur. Oſtendens namque Lamprias apud Plutarchum, Latinos multa adoptaſſe Græcorum vocabula: vtpotè qui trapezam, menſam appellent à μέσος, quod in medio conuiuarum ponatur: & Δεῖπνον, cœnam à κοινός, quod multi in commune cœnarent: poſtque alia exempla nonnulla, hæc etiam ad extremum adiungit. τίς οὖν ἂν εἴποι, ἐπὶ κώμου ἑλληνικῶς κωμίσατο λέγεσθαι? καὶ τὸ κέρασαι μίσχειν, καθ' Ὅμηρον:

Ἡ δ' αὖτ' ἐν κρατῆρι μελίφρονα οἶνον ἔμισγε. Quæ ſunt ad verbum: Quis non igitur dicat, à Como Græcanizè Comeſſare dici? & Ceraſæ Miſcere, iuxta Homerum?

Illa autem ipſa in cratere dulce vinum miſcebat.

*Eſt enim Plutarchi ſententia: Cum Latini Græcum μίσγω 305 vſurpauerint, & in verbum Miſcere transfuderint, vt res varias permiſcere & confundere, vti Græci, ſignificarent: qui tamen Homerus libro Iliados duodecimo, Miſgo eſt vſus pro Cerannyo, eius quoque exemplo Latini verbum Miſceo ad eandem traxerunt ſignificationem, & pro propinare poſuerunt. Neque enim Plutarchus Cerannyo exponit per Miſceo (vt nonnulli perperam intellexerunt) ſicut nec Trapezam per Menſam, neque Dipnon exponit per cœnam. Sed contra, verbum Miſceo, (quod propriè, vt miſgo, commiſcere ſignificat) inde trahi impropriè ad ſignificationem verbi Cerannyo, aſſerit, quòd Homerus Miſgo pro Cerannyo, id eſt, potum exhibere, poſuerit. Neque enim Homerus in loco à Plutarcho citato, verbum Cerannyo vſurpauit: ſed Miſgo. Vt Iliados quoque libro tertio, cum ait:

Κρατῆρσι δὲ οἶνον μίσγον, Id eſt: In cratere vinum miſcebant. Hoc eſt, infundebant, & propinabant. Si enim, non potum præbere, ſed res varias permiſcere & confundere, Cerannyo ſignificaret vt Miſgo: nihil vtique declaraſſet Plutarchus, cum docet Miſceo à Latinis, vti Græcũ Miſgo ab Homero, vſurpari pro Cerãnyo.

* Mihi quidem veriſimile fit, æquè Græcos vſurpaſſe Ceraſæ, 306 cum vinum præberetur meracum, quàm cum miſtum propinaret bibendum

bibendum. Quando, teſtibus Athenæo & Euſtathio, Ceranny o à vaſis materia, cornu ſcilicet, non à meri vel miſti potus qualitate deductum eſt: etſi poſtea in omne genus vaſorũ eius fuerit ſignificatio translata. Neq; qui dicunt, hoc verbum ſumi ſolere, cum aqua vino pariter immiſceretur: negant vſurpatum fuiſſe cum propinaretur meracum. Sed id maximè ſcriptura diuina apertè Apoc. 14.
declarare videtur, cum loco Apocalypſis iam dicto, hoc verbum 10.
de meraco vſurpauit. Nam expoſitiones quæ volunt, ibi Merum alio vino permiſtum, aut alia re quapiam, doceri, quibus acrius ac violentius reddatũr: hæ quidem magis argutæ, & plenæ contentionis ac rixę, quam cohærentes, mihi videntur. Senſus porrò ſimplex ac planus, quin etiam, meo iudicio, elegantior erit, non ſolũ in Pſalmo, ſed in aliis quoque locis pleriſque diuinarum ſcripturarum, ſi verbum Hebraicum מָסַךְ , & Græcum κεραννύω, Latinumq; Miſcere, pro infundere fuiſſe poſitum, intelligamus.

307 * Nec leui debet eſſe argumento, his verbis Scriptores diuinos in
his tantum locis vſos fuiſſe, in quìs aptius multo cohęret, infun- Pro. 9. 2.
dere ſimpliciter interpretari. Vt nono capite Prouerbiorum: Mi- Iſa. 19. 14.
ſcuit vinum. Et Iſaiæ decimo nono: Dominus miſcuit in medio Apoca. 18. 6.
eius ſpiritum vertiginis. Et duodeuiceſimo Apocalypſis: in po- Apoca. 14.
culo, quo miſcuit, miſcete illi duplum. Et capite decimo quarto: 10.
Hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ
ipſius. Vbi verò diuini Scriptores apertè res commiſtas pertractãt Iſa. 1. 22.
non his verbis vtuntur, ſed aliis. Iſaias enim capite primo, vbi nos legimus: Vinum tuum miſtum eſt aqua, non eſt verbo מָסַךְ, verùm poſuit verbum מָהוּל, quod deducitur à verbo מָהַל, quod res varias commiſcere ſignificat. Septuaginta tranſtulerunt, μισγοῦσι.

308 * His adde, non videri probabile, Prouerbiorum vigeſimo ter- Prou. 23. 30.
tio, vbi dicitur, לַחְקֹר מִמְסָךְ: eos ab Scriptura reprehendi, qui vinum miſcerent ac temperarent. Quod videntes Septuaginta, verterunt: Non inueſtigantium vbi conuiuia fiunt? Hieronymus verò conuertit: Et ſtudent calicibus epotandis? Neq; aliud carpſiſſe videtur Iſaias capite quinto, cum Væ dicit viris potenti- Iſa. 5. 22.
bus, & robuſtis לִמְסֹךְ שֵׁכָר, id eſt, ad infundendam ſiceram: vt conuertit Forerius. Neque vbi dicitur in Apocalypſi: In poculo Apoc. 18. 6.
quo miſcuit, miſcete illi duplum: videtur ſatis eſſe probabile,

Digitized by Google

regi Babylonis minatur: *Circumdabit te calix dextera Domini.* Non de blando vino ac ſalubri, quod corpus reficiat & vegetet, & animum iucunditate perfundat. Ex hoc enim vino meraco, ex hoc acri & inebriante temeto, Ieremias propinare iubetur infinitis propemodum nationibus, & regi Babylonis poſt eas. Vbi enim legimus apud Ieremiam: Sume calicem vini furoris huius de manu mea: Septuaginta interpretes pro Furoris, verterunt, ἀκράτου, id eſt, meri. Eſt enim חֵמָה in Hebræo: quæ vox Merum, & Furorem ſignificat. Ier. 25. 15.

312 * Porrò verò frequentiſſima eſt hæc metaphora in diuina Scriptura, qua per calicem, per metonymiam, id eſt, vini ad menſam portionem, certa ſors & merces cuiusq;, tàm bona, quàm mala, ſignatur. Vſus eſt ea, quoq; Plutarchus libro priore de Fortuna Alexandri, ſic inquiens. Alexander cum ſe diuinitus miſſum cõmunem vniuerſorum diſceptatorem exiſtimaret, conſtituendisq́ue mundi rebus arbitrum, quos verbis inter ſe conciliare non poterat, armorum vi ſubigens, in vnum omnia componens, perinde atq; propinatio poculo vitas, moras, connubia, viuendi inſtituta miſcens, patriam quidem omnes orbem terrarum exiſtimare voluit, cognatos verò viros bonos, alienigenasq́ue prauos. Videtur autem ſumpta metaphora à veteri potantium ritu, quo per Modiperatorem, id eſt, præſidem conuiuii, cuique ſua portio quam hauriret, ſtatuebatur. Neque enim vniuerſis conuiuis pro ſiti æqua portio dabatur, nec pro libito vnusquisq; bibebat. Sed pro dignitate bibentium, pocula maiora & pleniora, data fuiſſe, Homerus teſtatur. Iliados namque quarto Agamemnon ſic alloquitur Idomeneum.

Siquidem enim alii comati Achiui
Diuiſum bibunt: tuum autem plus poculum ſemper
Stetit, ſicut mihi bibere quando animus iubet.

Et libro octauo eiusdem Iliados, ſic Hector inſultat Diomedi:

Tydide valde quidẽ te honorabant Danai veloces equos habentes.
Sedeq́;, carnibusq́;, & multis poculis.

Id eſt, poculis maioribus: vt interpretatur Valla. Sed adhuc apertius Homerus. libro duodecimo hoc ipſum declarat, cum Glaucum Sarpedon in hunc modum affatur:

Glauce, cur autem nos honorati ſumus maximè
Sedeq́, carnibusq́, & plenis poculis?

Cæterum, iuxta modiperatoris præſcriptum, inuitos quoque bi-
Eſth.1.8. biſſe, vel illud indicat ex Eſther: Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Scitè autem ac verè Sophocles dixit:

Cogi ad bibendum non minus graue eſt malum,
Quam ſi quis acrem perpeti cogat ſitim.

* Ergo Deus apud Habacuc, inſtar modiperatoris, Nabucho- 313
donoſorem, & amarum Chaldæorum populum, vel inuitum potare iubet, & plenum calicem vſque ad fundum ebibere, & vindictam atq; indignationem diuinam, vſq; ad nauſeam & vomitum ingurgitare. Hoc eſt enim quod vates adiungit. *Et vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam.* Ingentem quippe vini huius epotam copiam, & maximam ebrietatem ſignificat: cuius manifeſtum ſignum in ſanis aliàs corporibus eſt vomitus. Hoc enim ipſo argu-
Iſa.28.8. mento turpiſſimam ebrietatem arguit Iſaias, dicens: Omnes mēſæ repletæ ſunt vomitu. Arguit & Cicero ſecunda Philippica, Antonium ebrietatis inſimulans: Tu iſtis, inquit, faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet, in populi Romani conſpectu vomere poſtridie. O rem non modo viſu fœdam, ſed etiam auditu. Si inter cœnam, in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet, quis non turpe duceret? In cœtu verò populi Romani, negotium publicum gerens, Magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal impleuit.

Ier.51.44. * Aut *vomitus* nomine illud ſignificat Habacuc, quod Domi- 314
nus inquit per Ieremiam: Viſitabo ſuper Bel in Babylone, & eiiciam quod abſorbuerat de ore eius. Vt ſit ſenſus & verborum mens: Calicem indignationis exhauries, quo nauſeans euomes turpiter vniuerſa, quibus te iniuſtè & auariter plenis faucibus ingurgitaueras. Poſſeſſiuus enim caſus, *Ignominiæ*, adiectiui nominis locum tenet: nam & rarus adiectiuorum vſus Hebræis eſt, & frequens pro adiectiuo genitiui vſurpatio. Vt locus ſanctitatis, id eſt, ſanctus, filius iniquitatis, hoc eſt, iniquus: ita *Vomitus ignominiæ*, id eſt, turpis, indecorus, & ignominioſus vomitus: quomodo

modo Pagninus & editio Tigurina verterunt. Appellatur autem ab Habacuc *Vomitus ignominiæ*, id eſt, fœdus ac turpis, quoniam eſt vomitus etiam, qui non ex ebrietate, ſed ex ægritudine prouenit. Qualis eſt ille, quem in acceſſionum initiis contingere, ſæpius experimur, quemq; morbo leuando vtiliſſimum eſſe, Hippocrates docet. Qui quidem vomitus ex eo ignominioſus non eſt, quod non perſonæ vitio, ſed naturæ morbum ſuperantis impulſu, aut cedentis imbecillitate, ꝓueniat. Is verò, qui ex crapula & ebrietate accidit vomitus, hunc turpitudinis & ignominiæ nota liberare nullus queat, etſi leuando corpori, vitandoq; morbo, conducat plurimum. Vnde & à filio Syrach præceptum hoc medicum reliquis ad cibum & potũ pertinentibus interſeritur: Si coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio, & vome, & refrigerabit te, Eccl.31.25.
315 & non adduces corpori tuo infirmitatẽ. * Hinc eſt, ꝙ Iulianus Imperator in Miſopogone, ſuas laudes prædicans, negat ſe vnquam niſi ſemel vomuiſſe: idq; ſibi, ob vaporem è parietibus exhalantẽ, oppleto capite, contigiſſe aſſerit. Et laudem quidẽ fragilitatis impiiſſimo apoſtatæ Iuliano, Gregorius quoq; theologus, nedum Marcellinus, concedit. Sed Perſarũ incredibilis abſtinentia, apud quos non tantũ euomere, verũetiam nares emungere, aut etiam ſpuere, proboſum fuit, quoniam hæc (vt author eſt Xenophon) eſſe dicerent intemperantis indicia. Ob idq; naſturtium Perſas eſitaſſe, Suidas refert, eo quod ſputum & vrinam inhibeat. Perſas quippè negat Xenophon ad panem adhibere quicquam præter naſturtium. Cõſtantius Imperator, quod parciſſimus fuerit in victu, nunquam ſpuiſſe memoratur.

316 * Bibes igitur (inquit Habacuc) calicẽ punitionis diuinæ vſque ad fundum, bibes vſq; ad nauſeam, inebriaberis vſq; ad vomitum: vnde *Gloria tua*, id eſt, omnia tua regia indumenta, omnia tua maieſtas & authoritas, omne decus, vniuerſa amplitudo, conſpurcabunt, inquinabunt, polluentur. Vomens, fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium tuum turpiſſimè implebis. Etenim, *calix*, id eſt, vltio & ſupplicium, *Dextera*, id eſt potentię & efficacitatis, *Domini circumdabitur ſuper te*, & *vomitus ignominiæ*, id eſt, turpis & ignominioſus, effluet ſuper gloriam tuam. Euomes turpiter, quę deglutieras auariter, & põſſidebas glorioſè. Vel, *Et vomitus*

Kk *ignomi-*

Digitized by Google

ignominia, id eſt, Et poculum ſeu calix ignominiæ vſque ad vomitum, verſabitur ſuper gloriam tuam. Vt *ignominia* ſit merum calicis, & ſit ſenſus: Propinabit tibi Dominus in calice dexteræ ſuę ignominiam vſque ad vomitum, replebit te ignominia pro gloria (quod initio huius clauſulæ dixerat) propinabit gloriæ tuæ, & amplitudini tuæ dedecus, & infamiam largiſſimè, vſque ad nauſeam. Prouerbiali quippe figura in ſacris literis, per nauſeam aut vomi-
Num. 11. 19. tum, ingens copia ſignificatur. Quod apertè ſatis illud Numerorum oſtendit: Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: non vno die nec duobus, vel quinque aut decem, nęc viginti quidem: ſed vſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam.

17. Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos de ſanguinibus hominum, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

LIBANVS, celeberrimus diuinis Scriptoribus vbiq; mons, 317
& montium præcipuus: vt Cornelius Tacitus atteſtatur: in
Iet. 22. 6. Arabia ad Orientem terræ promiſſionis vltra Iordanem exortus, Galaad vocatur, teſte Ieremia, qui ſic ait: Galaad tu mihi caput Libani. Inde ad Aquilonem procurrens, appellatur Hermon, ab inhoſpitalitate ſeu vaſtitate confictο vocabulo. Eſt enim חָרַם deſtruere ſiue deſolare: & חֵרֶם corruptam ac perditam ſignificat rem quæ nullis ſit vſibus profutura. Septuaginta & Vulgatus interpres, pro hac voce tranſtulerunt Anathema. Abundare autem
Iet. 18. 14. atq; rigere perpetuis niuibus ac frigoribus Libanum, illud Ieremiæ abundè demonſtrat: Numquid deficiet de petra agri nix Libani? Vnde Tacitus libro vigeſimo primo, Libanum fidum niuibus appellauit, quod illas conſtanter retineat. Et eundē nonnulli Sanir ob idipſum nuncupari arbitrantur, id eſt, niuoſum: quod & Chaldæus paraphraſtes pro Sanir interpretatus eſt. Quin & à niuium candore nomen Libanus accepiſſe putatur, vt ſit Libanus, Albus, vel Candidus, à verbo Hebraico לָבַן, quod Dealbare vel Candidare, Album aut candidum eſſe ſignificat. Dicebatur eti-
Deut. 3. 8. am Libanus à Sidoniis Sarion: ſic enim legimus in Deuteronomio: Tulimusque illo tempore terram de manu duorum regum Amor-

Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem, à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, quem Sidonii Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir. Hic ad mare mediterraneum ſeſe ferens, antea in dua cornua diffinditur, quorum alterum Libanus eſt, qui ad Sidonem vsque protenditur. Alterum dicitur Antilibanus, qui ad Galilçæ confinia deflexus, Palæſtinam à Phœnicia diſterminat. Etſi enim nonnulli Samariam, nedum Galilæam, Phœnicis portionem eſſe voluerunt: at nos quicquid incoluerunt Iſraelitæ, à Maiona fluuio vsque ad Libanum, Palæſtinę vocabulo nuncupamus.
Diuini Scriptores vtrumque montis cornu Libanum vocant: Deu.1.7.
Septuaginta verò ſeniores pro Libano, ſæpe Antilibanum red- Deu.3.25.
diderunt, maximè verò in iis locis, in quibus Libanus à Scri- Deut.11. 24.
ptura terminus terræ promiſſionis apponitur. Meminerunt Ioſ.1.4.
porrò Græca vtriusque ſimul Libani cornu apud Iudith, capi- Ioſ.9.1.
te primo. Vbi enim nos legimus: Tunc exaltatum eſt regnum Iudith.1.7
Nabuchodonoſor, & cor eius eleuatum eſt, & miſit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damaſco, & Libano. Græca legunt in hunc modum: Et miſit Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum ad omnes habitantes Perſiam, & ad omnes habitantes verſus Occidentem, & habitantes Ciliciam & Damaſcum, &
318 Libanum, & Antilibanum. * Hunc montem à mediterraneo mari in Arabiam vſque protendi, affirmat etiam Strabo. Libanum verò & Hermon, eundem eſſe montem, oſtendit liber
Ioſue, cum ait: Cepit itaque Ioſue omnem terram montanam Ioſ.11. 17.
& meridianam, terramque Geſſen, & planitiem, & Occidentalem plagam, montemque Iſrael, & campeſtria eius, & partem montis quæ aſcendit Seir vſque Baalgad, per planitiem Libani ſubter montem Hermon. Vbi, meo iudicio, apertiſſimè ſignificatur, Hermon iugum fuiſſe aliquod præcelſum Libani. In Can- Cant.4.8.
tico canticorum, Amana, Sanir, & Hermon, edita Libani iuga fuiſſe, legimus; ait enim Sponſus: Veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni; coronaberis: de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Locus ſanè non tantum ſalebroſus ac cæcus, ſed inuius quoque & impenetrabilis his, qui literas humaniores faſtidiunt, ac perinde absq; ductu veteris nuptiarũ & conuiuiorum ritus, illum prętergredi

Digitized by Google

gredi atq; penetrare tentauerint. Sed verò qui, ſi probè teneatur, rectà perducat ad Habacuc, & Libani iniquitatem & inclementiam, atque adeò vaſtitatem oſtendat. Ego igitur pro parte virili explanare diligentius adnitar.

*Sponſos olim, cum iam legitimas nuptias celebrarent, coro- 319
nis ornari conſueuiſſe, produnt etiam diuinæ literę. Hoc eſt enim
Iſa.61.10. apud Iſaiam: Quaſi ſponſum decoratũ corona, & quaſi Sponſam
Cant.3.11. ornatam monilibus ſuis. Et in eodem Cantico canticorum: Egredimini (inquit Sponſa) & videte filiæ Sion regem Salomonem, in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lętitiæ cordis eius. Sed & de beata Agnete canit Eccleſia: Induit me Dominus veſtimento ſalutis, & indumento lætitiæ circũdedit me, & tamq̃ Sponſam decorauit me corona. Lucanus, inauſpicatas Martiæ & Catonis deſcribens nuptias, ſic ait:

Feſta coronato non pendent limine ſerta,
Inſulaq; in geminos diſcurrit candida poſtes,
Legitimeq; faces, gradibusq; accliuis eburnis
Stat torus, & picto veſtes diſcriminat auro:
Turritaq; premens frontem matrona corona,
Tralata vetuit contingere limina planta.

Id eſt, Non adfuit pronuba, quæ Sponſam de more coronaret, limenq; domus calcare prohiberet. Denique Sextus Pompeius de verborum ſignificatione, ſic inquit: Corollam noua nupta de floribus, verbenis, herbiſq; à ſe lectis, ſub amiculo (id eſt, ſub flãmeo) ferebat. Cydippe de eo, cui à parentibus deſponſata fuerat, in hunc modum ſcribit Acontio:

Nam quare quoties ſocialia ſacra parantur,
Nuptura toties languida membra cadunt?
Sæpe coronatis ſtillant vnguenta capillis,
Et trahitur multo ſplendida palla croco.
Cùm tetigit limen, lacrymas mortiſq; timorem
Cernit, & à cultu multa remota ſuo.
Proiicit ipſe ſuas deducta fronte coronas,
Spiſſaq; de nitidis tergit amoma comis.

* Coronabantur igitur Sponſus & Sponſa, faceſque etiam & 320
tedæ præibant, quibus per noctem Sponſa in domũ mariti traducebatur,

Digitized by Google

cebatur,& tura atque aromata cremabantur. Nam & apud Palæſtinos, Sponſam noctu in viri domum traduci ſolitam fuiſſe, parabola Euangelica de decem virginibus, citra omnem dubitationem oſtendit. Hypermeſtra, Lino ſcribens apud Naſonem, hos nuptiarum ritus deſcribit, dicens:

Vndique collucent præcincta lampades auro,
Dantur in inuitos impia tura focos.
Vulgus Hymen Hymenae vocant, fugit ille vocantes.
Ipſa Iouis coniux ceſſit ab vrbe ſua.
Eccè mero dubii comitum clamore frequentes.
Flore nouo madidas impediente comas,
In thalamos læti thalamos ſua buſta feruntur,
Strataq; corporibus funere digna premunt.

Agit autem Hypermeſtra de Lini fratribus, ſub ipſa nuptiarũ nocte à propriis vxoribus interfectis. Accinebant porrò veſpere epithalamium, quod Κατακοιμητικὸν, alterum mane ſub aurora, ꝙ διεγερτικὸν, id eſt, exercitatorium, vocabant. Hinc factum eſt, quod Hymenæum ipſum nuptiarum præſidem, veteres floribus coronatum, dextraque tenentem facem, ſiniſtra flammeum, pedibus croceos ſoccos habentem, depingebant. Vnde Catullus canit.

Collis ò Heliconei
Cultor, Vraniæ genus,
Qui rapis teneram ad virum
Virginem, ò Hymenae Hymen
O Hymen Hymenae.
Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci,
Flammeum cape, lætus hùc
Hùc veni, niueo gerens
Luteum pede ſoccum.

Seneca etiam in Medea:

Et tu, qui facibus legitimis ades,
Noctem diſcutiens auſpice dextra,
Hùc incede gradu marcidus ebrio,
Præcingens roſeo tempora vinculo.

Sed & illud Bionis Smyrnæi, Græci atque vetuſtiſſimi poëtæ, Hymenæi habitum eleganter deſcribit, quod in Adonidis epitaphio de eo refert, his nempè verbis ad verbum:

Extinxit totam facem in limine Hymenæus,
Et coronam nuptialem expandit: non amplius? Hymen,
Hymen non amplius cantilena eſt, ſed cantatur, Ah, ah.

* Nuptiales porrò coronæ ex diuerſis herbis ac floribus, pro 321
varietate regionum, fiebant & connectabantur. Sed ex myrrha præcipuè fuiſſe contextas, Vergilius demonſtrat in Ceiri: vbi Scylla, Niſi regis Megarenſium filia, nuptias Minoris Cretenſium regis deſperans, ſic inquit:

Nec mihi iam pingui ſudabunt tempora myrrha,
Pronuba nec caſtos accendet pinus odores.

In coronamentis enim (quod Plinius tradit) ea maximè in pretio habebantur, quæ eſſent pinguiora: ita vt etiam vnguentis coronas perfunderent. Poſidonius Philoſophus libro vigeſimo octauo Hiſtoriarum, in hunc modum ſcripſit: In Syria in conuiuiis regiis, vbi coronæ datæ fuerunt conuiuis, quidam, Babyloniorum vnguentorum paruos vtres habentes, ingrediuntur, atq; circumeuntes, coronas ex his accumbentium conſpergunt, ac irrorant vnguentis, nihilq; aliud externum rigant. Hæc ille. Sed & pauperes madidis aut pinguibus coronis vſos fuiſſe, ex Græco quopiam epigrammate fit manifeſtum, ait enim:

Pauperis hæc grata eſt, cum pane lagena, ſupellex,
Et quæ roranti fronde corona madet.

Huc & illud Callimachi Περί γραμματων, id eſt, de literis, referri videtur:

Etenim ego quæcunq; olim capiti largitus ſum
Flaua cum odoratis vnguenta corollis,
Omnia ſtatim odorem amiſerant: & quæ dentes
Intra, & ventrem ingratum ſubiuerunt,
Eorum quoq; nihil in craſtinum remanſit. Quæ verò in aures
Recondidi, ea ſola mihi adhuc manent.

* Ergo, vt ad Canticum canticorum, poſt hæc quaſi fundamen-
Cant. 4. ta, veniamus: confingit Salomon, Sponſam in extremis finibus Pa- 322
læſtinæ, in niuoſis atq; præruptis, ferarumq; plenis, Libani cacumini-

minibus, pauiſſe gregem. At Sponſus, dum venuſtiſſimam illius formam auidiſſimè contemplatur, dumq; eius pulcherrimas corporis partes laudando ſingillatim percurrit & enumerat, flagrantiſſimo illius amore ſuccenſus, quaſi qui ſine ea viuere ſe poſſe inficietur, nuptiis neceſſaria apparere ſe confeſtim velle denuntiat, ſcilicet, vt in domum vxorem traducat. Statuit ergò, in montem Cant.4.6.
myrrhæ conſcendere, vt corollas nuptiales contexat, & in collem turis, vt aromata colligat concremanda. Aut vtrumq;, myrrham & tus, vt corollas nuptiales conficiat, ſe Sponſus collecturum affirmat: nam ex vtroq; apud Syros (Eſt autem Palæſtina Syriæ pars) coronas necti olim conſueuiſſe, comperimus. Athenæus enim libro quinto Dipnoſophiſtarum, capite nono, agens de regibus cœnarum ſtudioſis, ſic ait: Rex qui erat eodem nomine vocatus, quo & prædictus Antiochus, at Demetrii filius, vt inquit Poſidonius, cum tumultuariò conuiuas interdiu excepiſſet, præter ea quæ erāt abſumpta, ſingulis conuiuis conceſſit, vt cumulatè terreſtrium, volatilium, aquaticorumq́, animalium integras carnium partes auferrent, easque non diuiſas paratas, ita vt plauſtrum poſſent implere: magnam præterea mellitarum placentarum copiam, & coronarum ex myrrha & ture, cum aureis pileis in corymbi morem ad menſuram hominis accedentibus. En ex myrrha & ture coronæ, regio munere conuiuis exhibitæ.

323 * Ergo, vt Vergilius à facibus, & à nucibus notauit nuptias, cū ait:

Mopſe nouas incide faces, tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces: tibi deſerit Heſperus Oetam.

Et à thalamis & tædis, cum ait:

Si non pertæſum thalami tædæq́, fuiſſet.

Sic etiam ab adiunctis Sponſus (dum in montem myrrhæ velle conſcendere, & in collem turis, enunciat) Iam ſe illam velle ducere vxorem, & in domum velle traducere, apertiſſimè manifeſtat. Ait igitur: Eccè tu pulchra amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbæ intra comam tuam. Sic enim Hebræa habent ad Cant. 4. 1.
verbum. Porrò olim pudoris & honeſtatis gratia, virgines purpuriſſo genas tingebant, & cincinnis velabant, capilliſque demiſſis in faciem, per ipſos, tanquam per cancellos, ſpectabant, &

ſpectabantur. Manifeſtum fit hoc ex Euripide, nam Antigone in Phœniſſis ſic inquit, iuxta Dorothæi Camilli verſionem:

Non amplius obtecta cincinnis ſparſam
Teneram genam, neq; propter virginitatem
Sub genis illitum purpuriſſum rubrum
Faciei, pudibunda, fero, procuratrix mortuorum.

Et Græcarum virginum Chorus apud eundem, Iphigenia in Tauris, ſic ait:

Veſtes & cincinnos Induta, Genas obuelabam.

Hinc eſt igitur quod Sponſus in Cantico, oculos atq; genas Sponſæ ſub capillis deliteſcentes miratur. Moxque ſingula membra commendat, & quaſi dicat: Certum eſt, amplius á te non abſentia ſeiungi, ſubiungit continuò: Vadam ad montem myrrhæ, vt coronas nuptiales connectam, & collem turis adibo, vt comportem ſuffimentis aromata. Aut ſimul vt colligam & myrrham & tus: quò, de more, pariter ex vtroque ſerta nuptilia, & corollas conuiuarum contexam. Tota quippè pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Porrò, venuſta adeò coniuge carere, ab ipſaque longius abeſſe, quis ferat? Veni ergò de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni de niuoſis atque rigentibus Libani verticibus, Amana, Sanir, & Hermon: deſere periculoſa cacumina, deſerta hæc & inhoſpita teſqua, pardis atque leonibus, & omni genere ferarum horrifica. Veni autem, vt coroneris, vtque mihi æternum poſthac inſolubili ſocietate iungaris. *Hæc omnia iam 324
ſe apparaſſe, paulò poſt Sponſus affirmat, cum capite ſequenti ſic
Cant. 5. 1. inquit: Veni in hortum meum ſoror mea Sponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. Verbum enim, veni, præteriti eſt temporis, vt Hebræa nos edocent. Quin etiam & nuptiale conuiuium ſe obſonaſſe ac præparaſſe, affirmat Sponſus, dicens: Comedi fauum meum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo. Id eſt, Præſtò atque parata ſunt omnia, vt mox comedi atque bibi iam queant. In diuinis enim libris, quæ in procinctu ſunt, vt mox fiant, facta fuiſſe, dici conſueuerunt.
Ioſ. 6. 2. Cuiuſmodi eſt illud ex Ioſue: Ecce dedi in manus tuas Iericho. Et
Ier. 50. 2. illud apud Ieremiam: Dicite, Capta eſt Babylon. Hoc autem quæ
Cant. 5. 1. ſequuntur declarant, addit enim Sponſus: Comedite amici & bibite,

bite, & inebriamini chariſſimi. Meminit porrò Spõſus bis mellis, dicens: Comedi fauum meum cum melle meo. Quoniam olim ouum & mel initio conuiuii miniſtrari ſolebant, in fine verò, ſecundiſq; menſis, poma, nuces, atq; iterum mel cum bellariis, apponebantur. Perindeq; eſt dicere: Comedi fauum meum cum melle meo, ac ſi diceretur: Parata ſunt omnia à melle vſq; ad mel, ab ouo vſq; ad mala. Apponebatur autem initio cõuiuii fauus, in fine verò mel, pomis nimirum ac nucibus, & bellariis inſuper liniendis.

325 * Quod verò ſequitur: Bibi vinum meum cum lacte meo morem etiam priſcorum attingit, quibus potus vini atq; lactis in vſu fuit. Quod vel illud Naſonis oſtendit:

Lac niueum potes, purpureamq́; ſapam.

Et illud Cyclopis apud Theocritum:

Verum ego ille qui talis ſum, oues mille paſco:
Et lac optimum, quod ex illis mulgetur, bibo.

Idem Cyclops apud Euripidem, Silenum in hunc modum interrogat.

Num etiam lactis ſunt crateres pleni?

Reſpondetque Silenus:

Ita vt ebibere poſſis, ſi velis, totum dolium.

Multa præterea hominum genera bibiſſe lac, Athenæus atque alii teſtantur. Iahel ſitienti Siſaræ lactis poculum miniſtrauit. Et Ezechiel ſic alloquitur filios Ammon. Ego tradam te filiis Orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas, & ipſi bibent lac tuũ. Paulus, Corinthiis lac potum dediſſe ſe, aſſerit. Iudic. 4.19 Ezech. 25. 4. 1. Cor. 3. 2.

326 * Quid etiam ſi (vt ſuperius innuimus) amicis quoque & conuiuis, conuiuales parabantur coronæ? quid ſi etiam conuiuales ſuffitus & vnguenta, cum Sponſus in montem myrrhæ, & in collem turis ſe aſcenſurum denuntiat? Nam conuiuas coronari & vngi ſueuiſſe, ſatis ex prædictis apparet, tamque in ethnicis quàm in ſacris autoribus, obuium paſſim atque triuiale eſt.

I, pete vnguentum puer & coronas,
Et cadum Marſi memorem duelli.

Inquit Horatius, dum Cæſaris victoriam feſtis dapibus proſequi cohortatur. Et dum Phyllidem inuitat ad epulas, die natali Mæcenatis, ſic ait:

Eſt mihi nonum ſuperantis annum
Plenus Albani cadus: eſt in horto,
Phylli, nectendis apium coronis,
Eſt edera vis.

Lucretius porrò ſic, libro tertio de Natura rerum:

Hoc etiam faciunt, vbi diſcubuere, tenentq́,
Pocula ſæpe homines, & inumbrant ora coronis,
Ex animo vt dicant, breuis hic eſt fructus homullis.

Ouidius autem ſic:

Haud alió vultu quam ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.

Et illud Plauti in Amphitryone, actus tertii ſcena quarta:

Capiam coronam mihi in caput, aſſimulabo me eſſe ebrium.

Non de corona ſacrificantium, verùm de conuiuali, eſſe intelligendum, Longolius Vtricenſis notauit. Et illud ex eodem Cantico canticorum, hunc ipſum morem referre videtur: Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Et illud ſimiliter ex Euangelio: Oleo caput meum non vnxiſti. Et quod dicitur in libro Sapientiæ: Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, ante quã marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra, hoc, inquam, periphraſis quidem eſt lauti & opipari conuiuii, huncq; ſenſum habere videtur: Celebremus conuiuia & compotationes iucunditer, imbuentes nos odoriferis ac pretioſis vnguẽtis, coronantes nos variis atque ſuaue olentibus roſis ac floribus, exhaurientes largiter multigena ac generoſiſſima quæq; vinorum genera. Denique, ſi hæc illis contuleris, ididem verba Sapientiæ ſonare & ſignificare reperies, quod Matron Parodus enarrat, dũ neq; inſuauiter neque ineleganter, Atticam cœnam Xenoclis deſcribit, ſic inquiens:

Cant.1.13. Luc.7.46. Sap.2.7.

Vt cœna compreſſus amor, vt lauimus vndis
Oceani patris digitos, vnguenta miniſtrat
Formoſus iuuenis vernis confecta diebus.
Omnibus in dextras alius puer inde coronas
Compoſitasq́, roſis tribuit, duplici ornamento.
Miſcetur Bromio crater, & vina bibuntur

Labia,

Lebia, plus æquo quorum mox quiſq; vir hauſit,
Hinc ſubiit ſtudium menſas poſuiſſe ſecundas.

327 * Coronabantur itaque, & vnguebantur etiam conuiuæ: & in Syria ex myrrha ſimul & ture coronatos fuiſſe, dudum retulimus ex Poſidonio. Et Nicoſtratus in Falſo obſignato, ad ſympoſia coronas, & tus, & vnguentum adhiberi præcepit, his nempe verbis: Et tu decentem valde ſecundam menſam facito, ipſam multiplicibus ornato bellariis: vnguentum, coronas, tus, tibicinam accipe. Hæc illæ. Alexandrides porrò in Proteſilao, vbi ſympoſium Iphicratis, qui Cotyis regis Thracum filiam ducebat, deſcribit & carpit, in hunc modum ſcriptum reliquit: Sed his multo & honorificentius eſt, & ſplendidius id, quod fit à noſtris filiis Herilibus. Qua enim in re domus noſtra deficit? aut quibus tandem bonis? Non myrrhæ, Syriæúe odores, aut quales ſunt Libani, deſunt: non ſpecies teneratum placentarum, panium, amylorum, polyporum. Hisq; Alexandrides infinita alia genera obſoniorum & cupediorũ annumerat. Has igitur & nuptiales & conuiuales coronas, hæc nuptialia & conuiualia ſuffimenta & vnguenta, à Sponſo præparari, cum in montem myrrhæ, & in collem turis, velle ſcandere profitetur, ipſemet Sponſus declarat, cum conuiuium poſtea apparatum, & conuiuas inuitatos denunciat: Sponſamq;, vt iam coronetur, auocat à niuoſis Libani iũgis, ob leonum atq; pardorum frequentiam, horrendis atque periculoſis, & (vt conſtat ex Habacuc) deſertis etiam & inhoſpitalibus.

328 * Etenim ſi verba Habacuc: *Quia iniquitas Libani operiet te:* propriè atq; citra metaphoram, de ipſomet Libano monte intelligere voluerimus, ſenſus proprius eſſe videtur: Vaſtitas ac ſolitudo Libani operiet te, veniet ſuper te, opprimet te, eiusq; inhoſpitalitas continget tibi. Vt ſit illud quod Dominus Babyloni toties
per Prophetas minatur, & nos abundè iam ante retulimus: vaſtan- Iere. 50.39
dam penitus fore, & in ſempiternas ſolitudines redigendam. Cõ- Iere. 51. 43.
ſentitq; huic expoſitioni verbũ Hebraicum חָמָס, pro quo in hoc Iſa. 13. 19.
loco vertit, *Iniquitas*. Vulgatus interpres: propriè enim Rapinam, Iſa. 14. 22.
ſpoliationem, atq; vaſtationem ſignificat. Vulgatus idem, ſuperius capite primo, verſu ſecundo, tranſtulit pro eo Vim, dicens: Vociferabor ad te vim. Tigurina, Vociferabor ad te violẽtiam. Monta-

nus & Raphelengius, Vociferabor ad te rapinam. Deducitur enim
hæc vox à verbo חָמַס, quod propriè Rapere eſt, & remouere quip-
Thr.2.6. piam è loco ſuo. Vulgatus in Threnis Diſſipare interpretatus eſt,
dicens: Diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum. Eſt autem in
Hebræo pro, Et diſſipauit, וַיַּחְמֹס. Quod rabi Dauid per hypalla-
gen exponit, Et remouit ſicut tugurium horti. Id eſt, quemadmo-
dum leue ac facile eſt, remouere tugurium horti, ſic facile Deo fu-
it remouere Sion, quæ erat velut vmbraculum eius. At verò Ab-
raham Benhezra, Rapuit, reddidit pro יַחְמֹס. id eſt, aliò tranſtulit;
vel, perdidit atq; deſtruxit, ſeu ſpoliauit. Vt vertit Pagninus Pro-
Prou.8.36. uerbiorum capite octauo, vbi nos legimus: Qui in me peccauerit,
lædet animam ſuam: Eſt enim Hebraicè pro Lædet חֹמֵס, transfert
autem Pagninus, Expoliat animam ſuam. in Theſauro verò linguę
ſanctæ: Rapit animam ſuam, id eſt, bona animæ ſuæ. Habetur hoc
Iob.15.33. idemmet verbum, Iob capite decimo quinto, vbi vertit Vulgatus
interpres: Lædatur quaſi vinea, pro quo interpretatur Targhum,
Dirumpet, aut euellet, vel transferet. Hebræi verò, Remouebit,
ſuccidet, perdet. Pagninus his conſentit, interpretans: Perdet De-
us ſicut vitis vuam acerbam eius. Tigurina autem editio: Vt vitis,
violēter abiiciet ſuos botros immaturos. * Ab hoc igit᷑ verbo חמס 329
deriuatur nomen חָמָס, quod rapinam & deſolationem ſignificat.
Gen.6.11. Vnde vbi nos legimus in Geneſi: Repleta eſt terra iniquitate. Tar-
ghum reddit pro Iniquitate, Rapinis: Tigurina verò, Violentia. Et
Pſal.7.17. Pſalmo ſeptimo, pro eo quod nos legimus: In verticem ipſius ini-
quitas eius deſcendet. Targhum vertit, Rapina eius, vel, Violentia
eius. Tigurina ſimiliter: Violentia, qua me opprimere voluit, in
verticem ipſius recumbet. Significat ergò חָמָס vaſtitatem & ſoli-
tudinem, per iniuriam aut violētiam, illatam: qualem Libano per
vim afferebant, ipſumq́; inhoſpitalem reddebant, & niuium per-
petuus rigor, & leonum atq; pardorū immanitas. Hanc igitur Ba-
byloni euenturā, his verbis intelligit Habacuc, rapacemq́; populū
Chaldęorum, rapiendū quoq; & vaſtandum, diſſipādum & trans-
Ier.22.6. ferendū fore. Et illud forſitan Ieremiæ, huic ſuffragatur intelligē-
tię: Galaad tu mihi caput Libani. Eſt enim ſēſus (vt arbitror) Eris
mihi deſerta & inhabitabilis, haud ſec⁹ q̃ Galaad, Libani inhoſpi-
tale cacumē. Hāc quippè Ierem. eſſe ſentētiā, quę prędecūt, & quę
ſequun-

Digitized by Google

ſequuntur, declarant, Inquit enim Ieremias: Quod ſi non audie- Iere. 22 5.
ritis verba hæc, in memetipſo iuraui, dicit Dominus, quia in ſoli-
tudinem erit domus hęc. Quia hæc dicit Dominus ſuper domum
regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani: ſi non poſuero te ſolitu-
330 dinem, vrbes inhabitabiles.* Loquitur autē Ieremias de præcelſo
atq; inhabitabili iugo montis Libani Galaad: non de læta & amœ-
na illa regione, q̃ huic ſubiecta inhoſpitali vertici, inter ipſum atq;
Iordanem patet, quæq; ſæpè ab ſcriptura Galaad, interdum Galaa-
ditis vocatur. In qua extitit & ciuitas Galaad, quæ in ſortem ceſſit
filiorū Machir. *Iniquitas* igitur, id eſt, deſolatio, ſolitudo, & inho-
ſpitalitas mōtis Libani operiet te, opprimet te, occupabit te. Vtq;
in præruptis Libani verticibus, niuium atque rigoris inclemen-
tia, leonum deinde ac pardorum, cæterarumq; ferarū ſæuitia &
rapacitas, homines ab habitatione deterrent, ſic etiam Perſarum
atq; Medorum, quin etiam Græcorum ac Romanorū crudelitas,
Babylonios expellet patria, & à propriis ſedibus deterrebit. Hunc
ſenſum, quę ſequntur inſinuant, addit enim Vates, quę prædixe-
rat, explicatius declarans: *Et vaſtitas animalium deterrebit eos.* Ba-
bylonios vtiq; : vt fiat tranſitus à ſecunda perſona ad tertiam, tro-
po diuinis Vatibus admodum familiari. Septuaginta ſeniores ver-
terunt; Deterrebit te. Idem eſt autem apud Habacuc: *Vaſtitas
animalium deterrebit eos*: quod eſt apud Ieremiam: Leones eiece-
runt eum. Et paulò poſt: Redemptor eorum fortis, Dominus ex- Ier. 50 17.
ercituum nomen eius, iudicio defendet cauſam eorum (Iſraelita- Ier. 50. 34.
rum) vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.
Iuxta hunc igitur ſenſum, *Iniquitatem*, ſiue rapinam Libani (quod
etiam in hoc loco vertit Pagninus) Vaſtitatem & ſolitudinem Li-
bani interpretamus, quam Babyloni euenturam denunciat Ha-
bacuc à Medis ac Perſis, feriſque aliis nationibus, ſicut Libanum
inhoſpitalem & incultum, leones ac pardi, quibus abundat, effi-
ciunt.

331 * Sed & ſic (non ineptè fortaſsè) hunc locum interpretari poſ-
ſemus: vt *Iniquitatem* ſeu rapinam Libani, pro ipſis immanibus
ac rapicibus Libani feris, eſſe poſitum intelligamus. Vt ſit videli-
cet ſenſus: Repleberis ignominia pro gloria, bibes tu quoque de
calice Domini ignominiam vſque ad vomitum: etenim quicquid

iniquum, immane,& rapax eſt in Libano, operiet te,id eſt,replebit te. *Operire* enim in diuina Scriptura, aliquando Replere eſt, & ingentem copiam ſignificat. Vt apud Iſaiam, cum dicitur: In-
Iſa.60.6. undatio camelorum operiet te, dromedarii Madian & Epha. Sic igitur & Habacuc: Rapina Libani, id eſt, cuncta rapinæ animalia quæ degunt in Libano, leones, pardi, alięque immites ac rapaces feræ Libani, operient te, replebunt te. Vateſque ipſe, de more, vt apertius exponat, quæ ſubobſcurius pdixerat ſeſe explicat eueſtigiò,& quid nomine Rapinæ intellexerit, quemq; in vſum operturum & repleturum ſit Babylonem, his, quæ mox ſubiungit, declarat. Addit enim: *Et vaſtitas animalium deterrebit eos.* Id eſt, Vaſtantia atq; rapacia Libani animalia eiicient eos: vel horrendæ Libani feræ vaſtabunt eos. Vt ſit illud quod retulimus ex Ieremia:
Ier.50.17. Leones eiecerunt eum. Et illud eiuſdem in alio loco: Idcirco per-
Iere.5.6. cuſſit eos leo de ſylua, lupus ad veſperam vaſtauit eos, pardus vigilans ſuper ciuitates eorum.

* Porro, Pagninus, Leo Iudæ, Vatablus, atque alii ferè omnes; 332
quoniam apud Hebræos in hoc loci, in nomine & pronomine *Animalium*, idem genus vtrobique ſeruatur, idcirco pronomen *Eos*, vel quod Septuaginta poſuerunt, Te, ad nomen referunt *Animalium.* Vertit enim Pagninus: Et præda, quam fecerunt animalia, conteret ea. Et quoniam addit de ſuo, ob id eius expurgatores reponunt: Et præda iumentorũ conteret ea. Tigurina editio ſic transfert: Et calamitas iumentorum quæ terruit ea. Vatablus verò in hunc modum: Vaſtitas ferarum perdet eas. Volunt autem eſſe ſententiam: Feras eodem modo perire, quo viuunt, & quæ de prædis aluntur, tandem prædam venatoribus fieri. Eſt porrò metaphoræ allegoria, Chaldæos qui alias gentes contriuerint, demum ab aliis conterendos fore. Et quidem vſitatiſſimum eſt, homines ferarum damnis offenſos, congregari, ſaltus & ſyluas circumdare, ipſaſque noxias & infeſtas feras, excitatas & agitatas venari ac perdere. His igitur verbis, *Et vaſtitas animalium deterrebit ea*: diuinæ ſententiæ cauſam aſſignari arbitrantur, rationemque damnationis oſtendi, cur vaſtandi atque perdendi Chaldæi ſint, & à feris Libani conterendi. Prædixerat quippe Deus Habacuc, Babylonici Imperii ignominioſam demolitionem,

Digitized by Google

nem, nunc cauſam atque rationem apponit: ferinam videlicet violentiam, qua in omnes indiſcretè nationes, ſed præcipuè in gentem Iudęorum, eiuſq́; regionem & vrbes, ſanguinariè & hoſtiliter nimis, Chaldæi graſſati atque debacchati ſunt. Vnde Propheta ſeſe explicans, eueſtigio ſubiiciat: *De ſanguinibus hominis, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.* Id eſt (vt Hieronymi verbis dicam) Quia vaſtaſti Iudam, ſubuertiſti terram promiſſionis, & ciuitatem Ieruſalem, omneſq́; habitatores eius. Hoc explicatius iam antea intulerat Habacuc, dicens: Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter ſanguinem hominis, & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Ex quibus verbis apparet, idem eſſe: *De ſanguinibus hominis*; &, Propter ſanguinē hominis. Sed apertius adhuc ex Hebræo fit manifeſtum, in quo, vtrobique legitur, מִדְּמֵי: Id eſt, Propter ſanguines. Imouerò in vtroque loco habentur eadem verba in Hebræo, quamuis hic Vulgatus interpres in plurali verterit, De ſanguinibus: illic, Propter ſanguinem, in ſingulari: Hic in ablatiuo, Et iniquitate terræ, ciuitatis: illic in accuſatiuo absq; coniunctione, Et iniquitatē terræ ciuitatis. At Hebræa eadē vtrobiq;, habentq́; vtrobiq; in hunc modum: מִדְּמֵי אָדָם וַחֲמַס אֶרֶץ, קִרְיָה וְכָל יֹשְׁבֵי בָהּ. Quæ ſunt ad verbum: Propter ſanguines hominis, & iniquitatem (ſeu rapinam vel vaſtitatem) terrę, ciuitatis & omnium habitantium in ea.

333 * Chaldæus Paraphraſtes, Hieronymus, Lyranus, atque Dionyſius Carthuſianus, ſuperiora quoque illa verba: *Quia iniquitas Libani operiet te.* metaphoricè de Ieroſolymitano templo à Propheta dici, arbitrantur. His Pagninus aſſentire videtur, cum hunc locum paraphraſticè tranſtulit, dicens: Quia rapina quam feciſti in Libanon operiet te, & præda quam fecerunt animalia, conteret ea, propter ſanguinem hominum, & rapinam terrę, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Ideò autem Libani nomine templum appellari cenſuerunt, quia de lignis Libani con- 3. Reg. 5
ſtructū fuerit, quę Hiram rex Tyri præbuit Salomoni. Hincque 10.
Libani vocabulo Templū, in multis diuinæ locis, ſolere deſignari decernunt. Et Chaldæus apud Zachariam, vbi nos legimus:

Zach.11.1. Aperi Libane portas tuas: pro Libano, Domum ſanctuarii ſubſtituit. Ergò Hieronymus ſic hunc locum explanat: *Quia iniquitas Libani operiet te:* Superbia tua, & euerſio templi, & rapina ſanctuarii, te depopulabitur atq; vaſtabit. Et quia ſemel nominauerat montem Libanum, ſub eiusdem translatione victimas & ſacrificia, vel certè multitudinem populorum, quę interfecta eſt in Hieruſalem, animalibus vel beſtiis comparat, dicens: *Et vaſtitas animalium opprimet te.* Hoc autem omne patieris, quia vaſtaſti Iudam ſubuertiſti terram repromiſſionis, & ciuitatem Hieruſalem, omneſq; habitatores eius. Hactenus Hieronymus. At mihi non ſuccurrit locus in tota diuina Scriptura, qui nomine Libani, Sanctuarium aut templum compellat intelligi, cum tamen manifeſta loca ſint, quæ per Libanum, Ieruſalem deſignari & ſignificari, de-
Pſa.47.13. clarent. Propter ædificiorum forſitan & turrium multitudem ac ſublimitatem, de quibus in Pſalmis recinitur: Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra in virtute eius: & diſtribuite domos eius: vt enarretis in pro-
Ezech.17.12. genie altera. Ezechiel parabolam Aquilæ grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu, plenæ plumis & varietate, venientiſq; ad Libanum, & auferentis medullam cedri: de rege Babylonis exponit, inuadente Ieruſalem, Cęterum, Babylonem euerſam atque deſolatam fuiſſe in vltionem templi & ciuitatis Ieruſalem, totiusque terrę promiſſionis à Chaldæis vaſtatæ & deſtructæ, plurimis Scripturæ diuinæ teſtimoniis iam à nobis probatũ eſt. * Porrò, *Propter iniquitatem terræ:* dixit Vates, id eſt, pro- 336
pter vaſtitatem & deſolationem terrę ſanctæ, & ciuitatis ſanctæ. Eſt enim idem nomen חָמָס, quod pręceſſerat, cum dixit: Iniquitas Libani operiet te. De cuius ſignificatione ſuperius, etiam plus ſatis, à nobis diſputatum eſt. Eſt ergò ſenſus verborum: Quia vaſtaſti & demolitus es terram promiſſionis, & vrbem ſanctam Ieruſalem, vaſtitas & ſolitudo Libani operiet & opprimet te. Vel Rapina Libani, id eſt, feræ eius rapaces & immites, leones, pardi & huiusmodi alia Libani ſęua animalia, operient & replebunt te: ob rapinas quas exercuiſti in terra ſancta, & in Ieruſalem, & ob ſanguinem quem in illis fudiſti. Vel (ſi mauis, Libanum metaphoricè in hoc loco vſurpari) ſenſus erit: Rapina & deſolatio

tio templi, ex lignis Libani ędificati, & deſtructio ciuitatis Ieruſalem, inſtar Libani populoſæ & excelſæ; operiet atque opprimet te, propter ſanguinem hominum quem fudiſti, & propter rapinā & deſolationem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

18. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile & imaginem falſam? quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulacra muta.

19. Væ qui dicit ligno, Expergiſcere: Surge, lapidi tacenti. Numquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius.

20. Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.

MINATVS fuerat Dominus regi Babylonis, multis cala-
335 mitatibus opprimendum & obruendum fore. Repente cō-
ſurgent (dixerat) qui mordeant te, & ſuſcitabuntur lacerantes te & eris eis in rapinam. Laborabunt populi in multo igne, & gentes in vacuum deficient. Replebitur terra quaſi aquæ operientes mare, vt cognoſcant gloriam Domini. Bibes tu quoque, & conſopieris: circumdabit te calix dexterę Domini. Iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos. Neque tibi quicquam (ſubinfert) prodeſſe poterunt ſculptilia, nihil tua te iuuabunt idola, non te à malis imminentibus aſſerent. Vtpotè quæ nihil aliud ſint, quam muta, ſenſuſque omnis atque vitæ expertia ſimulachra, hominum manibus & artificio compacta, proque libito fictoris ſui, falſo deorum vocabulo, & mendaci repræſentatione, inſignita: quæ in alienis etiam, alienaque opera manufactis templis & ædibus, veriùs teneantur quam hoſpitentur, quippe clauis, cuneis, ac ſudibus, aliiſque huiuſmodi fulcimentis affixa. Cum tamen hæc ipſa, quæ tibi intentata & prænunciata ſunt, mala, ab ipſo eſſendi fonte Iehoua irroganda ſint & mittenda, idq; etiam intra ſuum proprium templū, mundanam hanc, ſcilicet, ac propriam domum, de nihilo ab eo ipſo

conſtructam. Porrò, dominum in propria domo, reliquis omnibus præualere, omniaq; illi ſubeſſe, illum reuereri & metuere, cõſentaneum certè & par eſt. Ergo ididem mihi ſonat his verbis Habacuc, quod Moyſes in Deuteronomio, vbi ait: Et dicet Deus:
Deut. 32. 37. Vbi ſunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: ſurgant & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me: ego occidam & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

* Figurata verò interrogatione vtitur Habacuc: quæ (vt Fabius 336
docet) non ſiſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi. Quanto enim magis ardet: *Quid prodeſt ſculptile*? quàm ſi diceretur ſimpliciter: Nihil prodeſt ſculptile. Oſtendimus enim, dum percontamur aduerſum, ea quæ dicimus, negari non poſſe, veritatemque quam aſtruimus, vel aduerſario ipſo iudice, euinci poſſe monſtramus. Dictio porrò *Quid* in hoc loco, pro nihil accipitur, & omninò inficiatur, vt millies in diuina ſcriptura. Tale eſt enim illud ex Geneſi:
Gen. 25. 32. En morior, quid mihi proderunt primogenita? Et illud quoque:
Gen. 37. 26. Quid nobis prodeſt, ſi occiderimus fratrem noſtrũ? Sed & illud
Iob. 22. 3. ex Iob: Quid prodeſt Deo ſi iuſtus fueris? aut quid ei confers ſi immaculata fuerit vita tua? Quid igitur te iuuabit idolum? (inquit Vates) id eſt, nihil te iuuabit, ſeu ſculptile, ſeu conflatile ſit? quod vtiq; totum quod eſt, ſecundum hoc ipſum nomen quo deus appellatur, ab homine eſt: & ab hoc etiam, non naturali, ceu proles, ſed cauſa artificiali productum. Artificiali porrò opera inferiore ſe homo rem profert: naturali, ad ſummum, rem parem.

* Hieronymus, *Sculptile* ad marmora & lapides, *Conflatile* ad 337
metalla referri, autumat. Babylonios autem ex his & ex illis ido-
Bar. 6. 3. lorum ſimulacra configuraſſe, docet Ieremias apud Baruch, dicens: Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos, & lapideos & ligneos in humeris portari, oſtentantes metum gentibus. *Imaginem falſam*, vel (vt Hebræis eſt) docens mendacium, appellat Vates idolum, quia iuxta nomen quod habet, nulla illi veritas ſubſit. Nam etſi deus nominetur, falsò tamen atque mendaciter, hoc eſt ei vocabulum inditum. Denique quoniam

niam, vt eſt apud Baruch, nihil aliud ſint ſimulacra, niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes, vel (vt legunt Greci) τεχνῖται, id eſt, artifices. Hi pro arbitrio idola, vel Iouem, vel Martem, aut Belum, aut Dagonem, appellant: cum re vera neque Iupiter, neque Mars, neq; Belus neq; Dagon exiſtant. Quod & ipſi, qui inter ethnicos ipſos ſapientum exiſtimationem fuerunt adepti, viderunt proculdubiò, & dixerunt, idolaque palàm irridentes, vnicum huic mundo numen præſidere profeſſi ſunt. Quamquam enim vetuſtiſſimi Ethnicorum theologi, dum Naturæ veneranda myſteria, & à vulgo profano ſecludere, & pietatis tantum cultoribus ſapientiæque amatoribus, inſinuare conantur, illa variis obumbrarunt figmentis, variis teguminibus occultarunt, hincque & nomina plurium deorum, illorumque generationes & imagines commenti ſint: at neque ea pro diis coluerunt, neque vt Macrobius in ſomnum Scipionis teſtatur) ſummi Dei, conditoris Naturæ, vllum ſimulacrum confinxit antiquitas. * Oſtendens quippe Macrobius quas fabulas philoſophia reiiciat, quas ve recipiat, ſic inquit: Sciendum eſt tamen, non in omnem diſputationem philoſophos admittere fabuloſa vel ludicra, ſed his vti ſolent, cum vel de anima, vel de aëreis, vel de ęthereis poteſtatibus, vel de cæteris diis loquuntur. Cæterùm, cum ad ſummum & principem omnium Deum, qui apud Græcos Τἀγαθὸν, qui πρῶτον αἴτιον nuncupatur, tractatus ſe audet attollere, vel ad Mentem, quam Græci νοῦν appellant, originales rerum ſpecies, quæ ἰδέαι dictæ ſunt, continentem, ex ſummo natam & profectam Deo, cum de his inquam loquuntur ſummo Deo & Mente, nihil fabuloſum penitus attingunt. Sed ſi quid de his aſſignare conantur, quæ non ſermonem tantummodo, ſed cogitationem quoque humanam ſuperant ad ſimilitudines & exempla confugiunt. Sic Plato cum Περὶ τἀγαθοῦ loqui eſſet animatus, dicere quid ſit, non eſt auſus: hoc ſolum de eo ſciens, quod ſciri quale ſit ab homine non poſſit. Solum verò eius ſimilimum de viſibilibus Solem reperit: & per eius ſimilitudinem viam ſermoni ſuo attollendi ſe ad non comprehenſibilia patefecit. Ideò, vt nullum ei ſimulacrum cum diis aliis conſtitueretur, finxit antiquitas: quia ſummus Deus, nataq; ex eo Mens, ſicut vltra animam, ita ſupra Naturam ſunt,

Bar. 6. 45.

338

Mm 2 quo

quo nihil fas eſt peruenire. *De diis autem, vt dixi, cæteris, & de 339
anima, non fruſtra ſe, nec vt oblectent, ad fabuloſa conuertunt,
ſed quia ſciunt, inimicam eſſe Naturæ apertam nudamque expo-
ſitionem ſui: quę ſicut vulgaribus hominum ſenſibus intellectũ
ſui vario rerum tegmine operimentoque ſubtraxit, ita à pruden-
tibus arcana ſua voluit per fabuloſa tractari. Sic ipſa myſteria fi-
gurarum cuniculis operiuntur, ne vel his ademptis nuda rerum
talium ſe natura præbeat, ſed ſummatibus tantum viris ſapientia
interprete veri arcani conſciis: contenti ſint reliqui, ad venera-
tionem figuris defendentibus à vilitate ſecretum. Numenio de-
nique inter philoſophos occultorum curioſori, offenſam nu-
minum, quod Eleuſina ſacra interpretando vulgauerit, ſomnia
prodiderunt: viſo ſibi, ipſas Eleuſinas deas habitu meretricio an-
te apertum lupanar videre proſtantes, admirantique, & cauſas
non conuenientis numinibus turpitudinis conſulenti reſpondiſ-
ſe iratas: ab ipſo ſe adyto pudicitiæ ſuæ vi abſtractas, & paſſim
adeuntibus proſtitutas. Adeò ſemper ita ſe & ſciri & coli numina
maluerunt, qualiter in vulgus antiquitas ipſa fabulata eſt: quæ &
imagines & ſimulacra, formarum talium prorſus alienis, & æta-
tes, tàm incrementi quàm diminutionis ignaris, & amictus orna-
tusq; varios, corpus non habentibus aſſignauit. Secundum hæc
Pythagoras ipſe atque Empedocles, Parmenides quoque & Hera-
clitus, de diis fabulati ſunt, nec ſecus Timæus, qui progenies eorũ,
ſicut traditum fuerat, exequutus eſt. Macrobius hucusque. Qui
deorum nomine, ſeparatas (vt aiunt) ſubſtantias, ſiderum quoq; &
ſtellarum proprietates & influxus, primarias etiam huiuſce mun-
di inferioris partes, aquam, terram, ignem, & aërem, motus dein-
de animi, quos Græci πάθη, Cicero Affectus vel affectiones, alii
de Græco Paſſiones vocant, idq; genus præſtantiſſima quæq; vel-
uti Naturæ capita, ſignificaſſe, mihi videtur. Horum enim poten-
tiam ac dominatum in inferiora, priſci illi Ethnicorũ ſapientes,
deorũ appellatione notarunt, & multiplices rerũ harũ naturas; &
operationes, variis imaginib. depinxerunt. Etenim Cõcupiſcendi
vim, Venerẽ aut cupidinẽ nuncupabant. Martẽ verò, vim iraſcen-
tiæ. Rationẽ Mineruam dixerunt. Aliáq; permulta huiuſcemodi
imaginati ſunt, quæ, iuſtis quoque libris conſcriptis, mytho-
logi:

logi enucleare tentarunt. * Quamquam enim myſterium illud, quod abſconditum eſt à ſeculis, & generationibus, ita humanam intelligentiam excellat, vt niſi manifeſtum fuiſſet ſanctis, quibus voluit Deus fidei munere notas facerę diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus, nullo ſtudio & naturalis rationis vi, ad eandem ſapientiam homo quiſpiam peruenire valuiſſet: Dei tamen inuiſibilia, ſapientum mundi nonnulli per ea, quæ facta ſunt, intellecta, conſpexerunt, ſempiternam quoque eius virtutem & diuinitatem, & vno ſpiritu, menteque vna, contineri regique omnia, Philoſophi & Poetæ ethnicorum, apertiſſimè profeſſi ſunt. Vt Firmianus in Diuinis inſtitutionibus, Iuſtinus martyr in libro de Monarchia, Theodoretus de Curatione Gręcarum affectionum, Clemens Alexandrinus in Protreptico, Eugubinus in libris de Perenni philoſophia, & noſtra Fabrica mundi in primum caput Geneſeos, ſatis ſuperque docuerunt.

341 * Quinimò & Ethnicorum ſapientes, nonnulla cognouiſſe videntur, quæ nulla naturali ratione indagari poſſe videantur. Nam Pythagoras & Triſmegiſtus, Orpheus, Plato, & alii ſapientum, Trinitatis myſterium ſubindicaſſe creduntur. Et (vt Iob cum amicis præteream) Plinius ſenior irridet Democritum, quod de cadaueribus aſſeruandis, & eſſet de ſepultura ſolicitus: ob id quod è monumentis egreſſa, forent iterum reuictura. Quæ cura & Phocylidem tenuit, quippè in Admonitorio ſic inquit:

Terram impartire in ſepultis cadaueribus.
Nec tumulum mortuorum refodias, neq; non aſpectabilia
Soli monſtres, diuinamq; iram accerſas.
Inboneſtum eſt hominis compagem reſoluere,
Et mox è terra ſperamus in lucem prodituras
Defunctorum reliquias: poſtea verò dii erunt.
Anima namq; incorrupta manent in mortuis.
Spiritus enim Dei eſt imago, & vſus mortalibus:
Corpus verò ex terra habemus, & omnes in eam
Reſoluti puluis ſumus: cælum verò ſpiritum recipit.

Putatur porrò Phocylides, hoc ipſum paræneticum carmen ex libris Sybillinis decerpſiſſe. Sed & Plato natus Athenis, libro de Republica decimo, Erem Armenium, interemptum in prælio,

Digitized by Google

poſt obitus duodecimum diem, dum eſſet impoſitus pyræ, ad vitam rediiſſe, teſtatur. Et poſt annum, quem magnum appellant, omnes homines reſurrecturos edocuit. Vnde Seruius dictum exiſtimat.

Alter erit tum Typhis, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Idem Plato in libro de regno, affirmare non dubitauit: Poſt præſentem fatalemque mundi curſum, animas hominum, imperante Deo, atque ſuſcitante, corpora ſua, quæ in hoc curſu amiſerunt, ideò recepturas, vt quemadmodum ſub fato quondam corpora humana in terram deciderant, ita ſub prouidentiæ diuinæ imperio ex terra reſurgant, atque reuiuiſcant. Quod Marſilius Ficinus notauit capite nono libri duodeuiceſimi, theologiæ Platonicæ de immortalitate animorum. Et Euſebius de præparatione Euangelica, libro vndecimo, capite decimo octauo.* Ex quo non- 342
nihil admiror, Paulum (quod reſurrectionem mortuorum & Ieſum Athenienſes doceret) nouorum dæmonum annunciatorem ab illis fuiſſe vocatum: quaſi noua & inaudita proponeret. Poſſem etiam admirari, Plinium Democrito ob reſurrectionem illudere, cum capite quinquageſimo ſecundo libri ſeptimi Naturalis hiſtoriæ, multos poſt mortem aut necem, in lucem rediiſſe retulerit. Fuit itidem Zoroaſtris opinio, omnes mortuos reuerſuros in vitam: vt Theopompus ſcriptum reliquit. Cœlius denique Rhodiginus, libro nono Antiquarum lectionum, capite decimo nono, aſſerere eſt auſus: Ipſum hunc quem lapſæ naturæ reſtitutorem, Dei filium præpotentis, Deum ipſum agnoſcimus, veneramur, & colimus, quibuſdam veluti lineamentis à Platone prius, mox & à Platonicis fuiſſe præſignatum, ac obſcurius delineatum. Sunt etiam qui Homerum & Ariſtotelem, Chriſti aduentum præſagiſſe voluerint. Ariſtoteles quippè vehementer Homeri ſententiam probaſſe dicitur, quã in Odyſſea pronunciauit: Non eſſe immortalibus diis indecorum & indecens, humanam naturã induere, quò ab erroribus ſeuocentur mortales. Quod item à Ludouico Cœlio, capite triceſimo quarto, libri Antiquarum lectionum decimi ſeptimi, notatum eſt. Neq; mirum eſſe mihi videtur, ſi nonnulli ex

Ethni-

Ethnicorum ſapientibus; Chriſti Domini prænotionem habuerint: quandoquidem Patriarchæ & Prophetæ, Ipſum fore Gentium ſpem,& expectationem, vaticinati ſunt. Sitque frequens theologorum ſententia: etiam ante aduentum Meſſiæ, nullum Chriſti fidei expertem, ſalutem conſequi potuiſſe. Neque fruſtra Gentibus illum Sybillas prænunciaſſe, credendum eſt.

343 * Itaque ſapientiores gentilium, non ſolùm non coluerunt idola, ſed ipſa iuxta cum diis, deriſerunt & abominati ſunt. Perſarum equidem Magi (vt Diogenes Laërtius ſcribit) idolorum ſigna & ſtatuas, non ſolùm reprehenderunt: ſed ex diſciplinæ inſtituto, è medio penitus ſuſtulerunt. Eiſdemq; autoribus Xerxes, Græciæ templa inflammaſſe narratur: quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent eſſe patentia ac libera. Vt Cicero libro ſecundo de legibus ſcriptum reliquit. Numa quoque rex Romanorum, cum eſſet Pythagoræus, prohibuit Romanis, homini aut alii animali, ſimilem Dei imaginem facere. Cumque centum & ſeptuaginta primis annis templa ædificarent, nullam tamen imaginem nec affictam, nec etiam depictam fecêre. Vt Clemens Alexandrinus primo Stromatũ libro teſtatur. Sophocles elegantiſſimè ante alios, in hunc modum idolo latriam exagitat:

Eſt vnus, eſt verè profectò vnus Deus,
Polumq; fabricauit, & longum ſolum,
Pulchrum tumoremq́; maris, vimq́; flatuum.
Mortalium aſt errante corde plurimi,
Extruximus nos ſolatia cladium,
Deorum imagines ſaxeas, æneas,
Aut fabrefactas auro, vel eburneas.
Eisq; ſacra præclara, atq; feſtos dies
Quando actitamus, ſic nos putamus pios.

Xenophanes Colophonius idola deridens, ſic ait:

Si manibus poſſent vti tauri atque elephantes,
Pingere vel manibus, vel quæ nos facta referre,
Iam ſimilis & equis diuos bubusque videres,
Cornipedes finxiſſe & equos, tauresq́; bicornes,
Haud alio factos quàm quo ipſi corpore nunc ſunt.

344 * Sed & ab ipſo colore, idolorum falſitatem exſibilat. Æthiopes

Digitized by Google

enim (inquit) deos atros atque ſimos effingunt: Thraces, glaucos & rubore ſuffuſos. Vnaquæque videlicet gens, pro natiua corporis habitudine. Et hæc quidem Xenophanes Colophonius. Antiſthenes verò Socratis familiaris, Diogeniſque præceptor, qui fecit temperantiam quàm maximi, hæc de Venere dixiſſe narratur: Ego ſi Venerem capere mihi liceat, iaculis nil moratus transfigam: quando honeſtas probaſque, vna hæc nobis mulieres corrupit. Idem ipſe Cupidinem ſeu Amorem (quem Euripides deorum ſupremum eſſe cecinit) naturæ vitium eſſe dicebat, cui miſeri homines ſuccumbentes, peſſimam ægritudinem vocarent deum. Dixerat hoc ipſum Phocylides in Admonitorio, ſic inquiens:

Non enim Amor deus eſt: ſed affectus pernicioſiſſimus omnium.

Quem videtur retuliſſe qui dixit:

Nec deus, vt perhibent, Amor eſt: ſed amaror & error.

His Seneca concinit in Hippolyto, dicens:

Deum eſſe Amorem, turpiter vitio fauens
Finxit libido: quoq; liberior foret,
Titulum furori numinis falſi addidit.
Natum per omnes ſcilicet terras vagum
Erycina mittit: ille per cœlum volans,
Proterua tenera tela molitur manu,
Regnumq; tantum minimus in ſuperos habet.
Vana iſta demens animus aſciuit ſibi,
Venerisq; nomen finxit, atq; arcus dei.

Hercules apud Euripidem, non his diſſimilia pronunciat cum ait:

Ego enim deos non lectos illicitos
Amare puto, vinculaq; annectere manibus,
Neque dignum putaui vnquam, neq; credam,
Neq; alterum alterius dominum eſſe.
Opus enim habet Deus, ſi modo eſt re vera Deus,
Nullius. Poëtarum hi ſunt miſeri ſermones.

Hæc cuncta cum videret Zeno Citieus, in eo quem de Republica librum edidit, & templa & ſimulachra deorum, extrui pariter & configurari prohibuit: quandoquidem nullũ id genus opus, Deo

Deo dignum haberi condeceat. Plinius Naturalis hiſtoriæ libro ſecundo, capite ſeptimo, effigiem ac formam Dei quærere, eſſe putat imbecillitatis humanæ: multitudinemq; deorum, fanaq; & idola ſubſannat. Horatius nónne venuſtè, &, vt cætera quæq;, eleganter, huiuſmodi veſaniam irridet? dum ipſum Priapum, hortorium deum, in hunc modum colloquentem inducit?

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cum faber incertus ſcamnum faceret ne Priapum
Maluit eſſe deum, deus inde ego, furum auiumq;
Maxima formido.

345 * Quid ergò mirum, ſi, eadem penè dicendi formula, idola de-
riſerit Iſaias, cùm ait: Plaſtæ idoli nihil ſunt, & amantiſſima eorum Iſa. 44. 9.
non proderunt eis. Ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vident, neque intelligunt, vt confundantur. Quis formauit deum, & ſculptile cõflauit ad nihil vtile? Eccè, omnes participes eius confundentur: fabri enim ſunt ex hominibus: conuenient omnes, ſtabunt & pauebunt, & confundentur ſimul. Faber ferrarius lima operatus eſt, in prunis & in malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ: eſuriet & deficiet, & non bibet aquam, & laceſcet. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri, quaſi ſpecioſum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quæ ſteterat inter ligna ſaltus, plantauit pinum, quam pluuia nutriuit. Et facta eſt hominibus in focum: ſumpſit ex eis, & calefactus eſt: & ſuccendit & coxit panes: de reliquo autem operatus eſt deum, & adorauit: fecit ſculptile, & curuatus eſt ante illud. Medium eius combuſſit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & ſaturatus eſt, & calefactus eſt, & dixit: Vah, calefactus ſum, vidi focum. Reliquum autem eius deum fecit & ſculptile ſibi, curuatur ante illud, & adorat illud, & obſecrat, dicens: Libera me, quia deus meus es tu. Neſcierunt, neq; intellexerunt: obliti enim ſunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde ſuo. Non recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neq; ſentiunt, vt dicant: Medietatem eius combuſſi igni, & coxi ſuper carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidã?

Digitized by Google

Pars eius cinis eſt:cor inſipiens adorauit illud,& non liberauit animam ſuam,neque dicet:Fortè mendacium eſt in dextera mea. Hactenus verba Iſaiæ:quæ,quoniam huic loco Habacuc commentarii vice eſſe poterunt,prolixius aliquantum intulimus.

* Ergo, aduerſus denunciata pericula, nihil tibi proderunt ſimulachra, cum ſculptile vel conflatile ſint, & mendax imago cuiuſpiam hominis, aut alius animantis. *Quia ſperauit in figmento fictor eius,vt faceret ſimulachra muta,* Id eſt, Quia eò amentiæ peruenit artifex, vt ſperaret, ſe à ligno,ſeu marmore,vel metallo,adiuuari poſſe ac defendi,quin etiam proſperari ac beari: ſi ea in hominis aut animantis cuiuſpiam muta ſimulachra confingeret. Horum miſer implorat auxilium, hæc muneribus & oratione ſollicitat,&,vt Prudentius canit in Hamartigenia: 346

Incerat lapides fumoſos idololatrix
Relligio,& ſurdis pallens aduoluitur aris.

Dicit ligno, Expergiſcere, vt opem feras: *Surge lapidi tacenti:* vt præbeas conſilium,aut de dubiis quæſtionibus certa reſponſa. Cùm tamen mutum ſimulachrum ſit, neque ſupplicem docere queat. Bar. 6.7. Ligna etenim idolorum (vt inquit Ieremias) polita à fabro,ipſa etiam inaurata & inargentata, falſa ſunt,& non poſſunt loqui. Ex hac autem ſententia Habacuc comprobantur eſſe veriſſima, quæ Romanus Catechiſmus edocuit, primum Decalogi præceptum explanans.Duplici nimirum ratione Dei maieſtatem imaginibus vehementer lædi. Altera,ſi idola & imagines,tanquam Deus, colantur,aut credatur ineſſe in his aliqua diuinitas, vel virtus, propter quam ſint colendæ:vel quod ab eis aliquid ſit petendum: vel quod fiducia ſit in imaginibus figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant, vt & noſter Vates hoc loci,& paſſim ſacræ literæ reprehẽdunt. Altera, ſi quis conetur diuinitatis formam aliquo artificio effingere,quaſi corporeis oculis conſpici,vel coloribus aut figuris exprimi poſſit. Quæ Philoſophi non ignorarunt.

* Muta porrò eſſe, nec loqui poſſe, dicuntur Idola,quod nunquam locuta ſint, malo etiam aliquo dæmone illa occupante & obſidente:vt quidam in hoc loco cenſuerunt.Quippe Benedictus Arias Montanus in ea eſt ſententia, vt hoc fieri non poſſe putauerit. 347

rit. Non quod cacodæmones hoc facere non poſſint: ſed quia Deus facere nunquam permiſerit. Simulacraq; (inquit) vllam vitæ partem imitari, & prophanæ literæ non probant, & diuinæ præciſè negant. Suffragatur Titus Liuius Montano, qui fabulam exiſtimauit, quod Iunonis reginæ ſimulachrum locutum fuiſſe diceretur, ſcribit enim in hunc modum: Deinde cum quidam, ſeu ſpiritu diuino tactus, ſeu iuuenili ioco, Vis ne Romam ire Iuno? dixiſſet: annuiſſe cæteri deam conclamauerunt. Inde fabulæ adiectum eſt, vocem quoq; dicentis, Velle, auditam. Plutarchus etiam, grauis equidem cum primis autor, id magis probare videtur, effigies & ſimulachra deorum, vocem humanæ ſimilem non emiſiſſe, nam in Coriolano ſic inquit: Dum Fortunæ ſimulachrum conſecraretur, ita locutum Romani memoriæ prodiderunt: Grata me diis lege, riteq; matronæ dicaſtis. Eam ſecundo vocem auditam eſſe, rumor eſt. Ardua hæc quidem, & quæ ægrè credamus: attamen è ſimulachris ſudorem, lachrymas, & cruentas apparuiſſe ſtillas, aut voces auditas, nequaquam impoſſibile. Ligna enim & lapides plerumq; oriundá ex humore putredinem contrahunt, ſubinde multos ex ſe colores emittentia, variaſq; ex aëre tincturas ſuſcipientia. Quæ res quominus deorum immortalium prodigia ſint, nihil impedimento eſſe arbitramur. Parte etiam aliqua ſciſſa violentius, aut diſiuncta penitus, gemitui aut ſuſpirio perſimilem quæunt edere ſimulachra ſonitum. Ex inanimis autem articulatam vocem, manifeſta verba, abſolutamq; aut integram formari orationem, prorſus eſſet abſurdum, niſi animam, & deum, abſq; corporis inſtrumentis certa partium ratione compactis, ſonum edere nonnunq̃, loquiq; conſtaret. At cum veriſimili nos teſtimonio multoties vrgeat hiſtoria, id profectò eſt, quod innatus affectus & ægritudo quædam, ſimilem ſenſibus rerum apparentiam, imaginante animo, inducit, quemadmodum in ſomnis audire non audiendo, & aſpicere nõ aſpiciẽdo, videmur. Haud igitur mortaliũ tollenda religio eſt. At qui beneuolentia & pietate ita diuinis afficiuntur, vt ne quid ex his deponere aut diminuere queant, horũ fidei permagnum momentum addit, ꝙ miram Dei vim eſſe cognoſcunt. Nec verò pro noſtra, diuina penſanda potentia eſt, quæ nullo pacto humanæ, vel natura, vel motu, vel arte, vel viribus, æquiparanda eſt.

Digitized by Google

Si quid nobis impoſſibile efficiat, aut nobis inexcogitatum excogitet,abſonum videri non debet: eo quod cum omnibus in rebus plurimum ſuperet nos, tùm verò in operibus maximè diſpar & diſſimilis exiſtat. Verum enimuerò (vt placet Heracleto) diuina plurimum ob incredulitatem ignota deliteſcunt. Hæc Plutarchus hucusque.

* Lucianus in Syria dea: agens de templo quod erat in Hierapoli, ſignificare mihi videtur, non vocibus idola, ſed motibus, oracula ediidiſſe, cum ait: Sunt autem & opera in eo pretioſa,& donaria antiqua,& miraculoſa multa,& ſtatuæ religioſæ, & dii quoque ex ipſis manifeſtam adeò ſui ſignificationem dantes. Siquidē & ſudorem ipſis emittunt ſtatuæ, & mouentur, & oracula edunt, & clamor ſæpenumero in æde coortus eſt, cum tēplum iam clauſum eſſet, multiq; audierunt. Poſt autem longè, ſic ait: Atq; oracula quidem multa tum apud Græcos tum apud Ægyptios ſunt, multa autem & in Africa,& in Aſia item multa. Sed illa quidem neq; absq; ſacerdotibus,neque absq; interpretibus reſponſa dant: hic autem Apollo & ipſe per ſe mouetur, & vaticinia ad plenum vsque per ſe peragit. Modus autem eorum talis eſt. Poſtquam illi placitum eſt vaticinari, in ſede ſua primum mouetur: ſacerdotes autem ipſum continuò in ſublime attollunt. Quod ſi non attollant, ille & ſudorem emittit, & ſe in medium etiam emouet. At poſtquam illi ſubeuntes portant ipſum, tum & illos ſecum agit, circumcirca vertēdo ſeſe, & ab alio in alium ſubinde tranſilit. Poſtremò princeps ſacerdotum ſupplicans interrogat illum de omnibus rebus. Ille verò ſi quid non vult fieri, retrò recedit: contra autem ſi quid approbat, agit in anteriorem partem geſtantes, perinde ac ſi currus moderaretur habenas. Atque ita illi colligunt oracula:& neq; ſacram rem vllam,neq; priuatam absq; hoc gerūt. Hæc Lucianus. Neque ſunt admodum diſſimilia, quæ tradit Suidas, cum ait: Dodona, vrbs Theſprotiæ Pelaſgia, vbi Iupirer colebatur: & quercus erat, vna cum oraculo mulierum fatidicarum. Conſultoribus autem accedentibus, mouebatur ſcilicet quercus, & reſonabat, Dæmonum enim voces inarticulatæ ſunt. Illæ verò (fatidicæ nempè) dicebant: Hæc ait Iupiter. Hi ſunt autores quos viderim, qui locuta fuiſſe negent idola. 348

At

349 * At Maximus Valerius hęc ipſa, quæ Liuius & Plutarchus refellunt, aut in dubium verterunt, exempla, tamquam vera & indubitata recenſet, ita tamen vt miraculo tribuat: ex quo facile colligere eſt, raro idolis locutionem attribui. Valerius igitur libro primo, ſub titulo de Miraculis, in hunc modum pro compertis enarrat: Nec minus voluntarius Iunonis in vrbem noſtram tranſitus. Captis à Furio Camillo Veiis milites iuſſu Imperatoris ſimulacrum Iunonis Monetę, quod ibi pręcipua religione cultũ erat, in vrbem tralaturi, ſede ſua mouere conabantur. Quorum ab vno per iocum interrogata dea, an Romam migrare vellet? Velle ſe, reſpondit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus eſt. Iamq; non ſimulacrum, ſed ipſam cœlo Iunonem petitam, portare ſe credentes, læti in ea parte montis Auentini, in qua nunc templum eius cernimus, collocauerunt. Fortunæ etiam muliebris ſimulacrum, quod eſt via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum ęde ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio Vrbis maternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutũ conſtitit, his penè verbis: Ritè me matronæ vidiſtis, riteq; dedicaſtis.

350 * Valerius hucuſque. Dionyſius Halicarnaſſeus impium quoque & irreligioſum eſſe ducit, ſi quis Fortunæ ſimulacrum locutum fuiſſe non credat, ait enim: Non alienum autem fuerit à legibus hiſtoriæ, & cum primis neceſſarium ad corrigendam perſuaſionem quorundam, qui deos nec honoribus per homines ſibi delatis gaudere, nec ſceleribus offendi opinantur, memorare manifeſtatam numinis eo tempore prę ſentiam, idq; ſemel atq; iterum, ſicut habetur in Cõmentariis Pontificum: vt religioſi homines confirmentur in ſua pietate, nec eos bonę mentis pæniteat: inemendabiles verò tantò magis exoſi ſint diis & miſeri, ſi neque maiorum authoritate moueantur, vt credant, diuina prouidentia regi res hominum. Fertur, cum ex ſenatusconſulto publicè locatum eſſet deæ templum atque ſimulacrum, ſeorſum ex collatitia matronarum pecunia locatam aliam effigiem: cumque vtraque conſecraretur eo ipſo die dedicationis, eam quæ mulierum ſumptu parata fuerat, Latinè locutam in mulierum præſentia, voce clara & diſerta: Ritè me matronæ dedicaſtis. Cumque vt ferè fit in nouis & inopinatis vel vocibus vel viſionibus, mul-

Digitized by Google

tæ dubitarent,ne fortè non ſimulacrum eſſet quod humanam vocem ediderat, præſertim quæ tum aliud agentes non ſatis attentè viderant loquentem effigiem,nec ſatis crederent iis,quæ ſe etiam vidiſſe aiebant: paulò poſt iam referto templo, cum forte fortuna maximum eſſet ſilentium, maiore voce iterum totidem verba ſimulacrum edidit, vt nulla relinqueretur ambiguitas. His cognitis, ſenatus decreuit annua ſacra, cæterumque cultum ex pontificum ſententia. Hæc Dionyſius ingenuæ fidei, multæq; cum primis ethnicorum authoritatis author. * Sed & Lactantius Firmia- 351
nus hæc quoq; tamquam certa recenſuit, libri ſecundi Diuinarũ inſtitutionum capite octauo,ſic inquiens: Illud etiam mirabile,ꝙ ſimulacrum Fortunæ Muliebris non ſemel locutum eſſe traditur, Item Iunonis Monetæ, cum captis Veiis vnus ex militibus ad eam transferendam miſſus,iocabundus ac ludens interrogaret, Vtrum ne Romam migrare vellet? reſpondit,velle. Hactenus Firmianus loco citato.Deinde verò capite decimoſeptimo eiuſdẽ libri(Agit autem de dæmonibus,eorumq; fallacibus inuentis atq; portẽtis) Offundunt,inquit, tenebras,& veritatem caligine obducunt, ne dominum,ne patrem ſuum norint: & vt illiciant,facilè in templis ſe occulunt, & ſacrificiis omnibus preſtò adſunt,eduntq; ſæpè ꝓdigia,quibus obſtupefacti homines, fidem cõmodent ſimulacris diuinitatis ac numinis. Inde eſt, quod ab augure lapis nouacula inciſus eſt: quod Iuno Veienſis, migrare ſe Romam velle reſpondit: quod fortuna mulieribus periculum denunciauit. Hæc ille. Auguſtinus porrò in libris de ciuitate Dei, Fortunæ muliebris ſimulacrum loquutum fuiſſe, non abnuit: & loqui potuiſſe, facilè concedit. Ait enim: Quod quidem ſi verum ſit,mirari nos non oportet: non .n. malignis dæmonibus etiam ſic difficile eſt fallere.

* Alexander Macedonum rex in epiſtola ad Ariſtotelem,de rebus Indiæ mirabilibus,aſſerit: Arbores duas Soli & Lunæ ſacratas 352
Indicè & Græcè fuiſſe locutas,& de his quæ conſultor tacitè cogitaret apud ſe, certa & aperta protuliſſe reſponſa. Philoſtratus quoque author eſt; In ſummis finibus Thebanorum, vlmum à Theſpeſio incantatam, Apollonio fuiſſe locutam, voce articulata & muliebri. Quod etiam Cyrillus enarrat libro tertio contra Iulianum. Refertque Dodonæam quercum voce articulata & humana

mana: non motibus, vt ex Suida retulimus, & ſonitu: protuliſſe reſponſa. Et fluuium Cauſum Pythagoram, Salue Pythagora, ſalutaſſe. Euripides Iphigenia in Thauris, Dianæ ſimulacrum locutum fuiſſe fabulatur, ſic inquiens:

Sed quod delapſum fuit è cælo Iouis filiæ
Simulacrum, naui è media ſonuit
Clamorem quendam: O terra Græciæ nautæ nauis
Incumbite remis, & fluctus verrite.

Suetonius in Caligula, ſimulacrum riſiſſe commemorat, dicens: Olympiæ ſimulacrum Iouis, quod diſſolui transferriq; Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, vt machinis labefactis opifices diffugerint. Porrò verò, vt Ariſtoteli placuit, ridere tàm proprium eſt homini, quàm ſit etiam articulata locutio. Ioſephus Acoſta nouiſſimè, in rerum Indicarum hiſtoria, pro certo conſtare teſtatur, ipſamet ſimulacra apud Indos, de quæſitis oracula reddidiſſe. Et Ioannes Ludouicus Viues libro primo de veritate fidei, peccatum Angelorum pertractans, ſic ait: In inſulis fortunatis, quas Canarias vocant, priusquam in ditionem Chriſtianorum venirent, dæmones in idolis apertè loquebantur populo, & ſe iubebant adorari ac coli. Hoc idem affirmat libro ſecundo, capite De miraculis dæmonum.

353 * Ergo, vt redeamus ad Habacuc, *Muta* dicuntur Idola, non fortaſsè quia locuta nunquam ſint, ſed verò quia ſuopte ingenio & natura, expertia vocis ac muta ſint: & quoniam, vt ſequitur apud Habacuc, *Omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eorum*. Id eſt, Nulla anima naturali, aut ſenſibili, vel rationali vegetantur & informantur, nullo ductu ſpiritu reſpirant. Cum formam quidem idoli potuerit artifex ad imaginem hominis, aut animantis cuiuſpiam, confingere, at animam & vitalem anhelitum, quibus artus vegetantur & ſpirant, quibus & vox articulata cōpingitur, vllo pacto dare nequiuerit.
354 * Quod ſi etiam idola aliquando locuta fuiſſe conceſſerimus, non vtique ligna ipſa, ſeu marmora, ſeu metalla locuta ſunt: verùm eis cacodæmones aſſidentes, qui quidem aſſidere ſimulacris poſſunt; intrinſecus verò animare & viuificare non poſſunt. In Hebræo pro *Spiritus* eſt רוח: quæ vox, vt ſuperius annotatum eſt, & Spiritū & ventū ſignificat.

Vnde pro vento in hoc loco, proq; ſpirabili halitu, *Spiritum* accipere poſſumus, quod nihil ſpiret in idolis. Porrò verò, vt Ariſtoteles docet, initium ſpirationis & motus, intrinſecus proficiſcitur. Vnde rectè negat Propheta, ineſſe viſceribus idolorum. Vel accipi poteſt *Spiritus* pro Anima, quod inanima ſint ſimulacra, impulſuq; tantum agitentur externo: Spiritus quippe nomine Animam ſignificari, Saluatoris noſtri apertè demonſtrat oratio:
Luc.23.46 Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Quod ſi quis
Bar. 6.50. adhuc Spiritus vocabulum in hoc loco, ad Deum ipſum vellet referre, huic Ieremias ſuffragari videretur, cum ait: Non ſunt dii, ſed opera manuum hominum: & nullum Dei opus cum illis. Por-
Leu. 3.17. rò, *Omnis non*, Hebraica dialecto, pro Nullo penitùs vſurpatur.
* Vt in Leuitico, vbi dicitur, Nec ſanguinem nec adipem omninò 355
comedetis. Habent enim Hebræa: Omnem adipem, & omnem
Leu. 23. 3. Gen. 4. 15. ſanguinem non comedetis. Et in legibus de dierum obſeruatione, frequenter repetitur: Omne opus non facietis, pro Nullum opus facietis. His & illud confine eſt: Poſuit Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum. Id eſt, vt non interficeret eum. Et illud quoque Pſalmographi: Quoni-
Pſal.48.18. am cum interierit, non ſumet omnia. Eſt quippe verborũ ſententia: Nihil prorſus de rebus ſuis diues moriens aſportabit ſecum.

* *Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.* 356
Pro dictione Hebraica יְחוָת interpretes Dominum reddiderunt: quoniam nulla in lingua (vt dixit Baruchias) illi parem inuenirent dictionem. Vel Hebræos imitati ſunt, qui, pro nominis & Dei reuerentia, non audentes pronunciare Iehoua, vbicunque hoc nomen offendiſſent ſcriptum, legebant eius loco Adonai, id eſt, Dominus, aut Domini mei, in plurali, quando ſcribitur eiuſdem literis, quibus exprimitur אֲרֹבָי: Nam & Vulgatus interpres Exodi capite ſexto, pro Iehoua ſuppoſuit Adonai transferens:
Exo.6.3. Et nomen meum Adonai non indicaui eis. Cum tamen in Hebræo ſit: Et nomen meum Iehoua. In omnibus aliis Scripturæ diuinæ locis, conſtanter Editio Vulgata vertit Dominum pro Iehoua. Hoc nomen non pronunciabatur à Iudęis, niſi tantummodo in Sanctuario, in die ieiunii ſanctificationis: vt tradit Rabi Moyſes Ægyptius: tuncque etiam à ſolo ſummo ſacerdote, cum po-

pulo

pulo benedicerET. Ineffabile quippe eſſe nomen Iehoua, affirmabant Hebræi. Non quod iuxta vocē ipſam proferri nequeat יְהֹוָה: quandoquidem à ſummo pontifice pronunciabatur, & æquè vt inuenitur ſcriptum, facile poteſt proferri, ſi literæ cum punctis legantur: ſonat etenim Iehoua. Sed ideò ineffabile dicitur, quia cũ omnia alia Dei nomina ab effectibus deriuata ſint, æqniuocéque, vt aiunt, ſignificent, & ad creaturas referantur: at ſacroſanctum Dei nomē tetragrāmaton יְהֹוָה Iehoua (cui, vel ipſis Hebræis teſtibus, deriuatio nota neſcitur, neque ipſum cum alio participiat) vni tantum Dei eſſentiæ atque ſubſtantiæ ſignificandæ conſabricatum eſt: ita quod nulla creatura cum illo in ſignificatione com-
357 municat. * Nomen verò Dei אֵל El, pro quo Septuaginta θεὸν, id eſt, Deum: Aquila ἰσχυρὸν, id eſt, Fortem, Vulgatus nonnunqam Deum, nonnunquam Fortem, interpretati ſunt: Et עֶלְיוֹן, Elion quod nos Excelſum vocamus: Et שַׁדַּי Saddai, quod Aquila vertit ἄλκιμον, nos Robuſtum & ſufficientem ad omnia perpetranda accipere poſſumus: aliaque his ſimilia Dei nomina, per collationem vtique ad creaturas concinnata ſunt, illiſque ex parte non rarò tribuuntur. Sunt enim (vt inquit Paulus) qui dicantur dii, ſiue in cœlo, ſiue in terra: ſiquidem ſunt dii multi, & domini multi. Quia ergo, Deus trinus & vnus, qui omninò ineffabilis eſt, & incomprehenſibilis, per hoc nomen Iehoua ſignificatur: idcirco ipſum hoc nomen, ἀνεκφώνητον, id eſt, ineffabile eſſe dixerunt. Quo ad myſterii itaque ſignificatum, non quo ad vocem, ineffabile eſt: Ita quippe diuinam eſſentiam perſemet exiſtentem ſignificat, vt cum ſimpliciſſima ipſius vnitate, & diuinarum perſonarũ trinitatem, & æternam earum diſtinctionem, originem, productionemque, inſinuare dicatur. Sed quorſum annotauerimus hæc ipſa, tempeſtiuum eſt videamus.

1. Cor. 8. 5.

358 * Dixerat in ſuperioribus Habacuc, plurima mala imminere Chaldęis à Domino exercituum, pro quo Hebræa habent, A Iehoua Sabaoth, plurimaq; etiam è veſtigio recenſuit, variiſque illa figuris & allegoriis, multis parabolis & ænigmatis amplificauit. Negauerat deinde, Chaldæos ab his malis idola vindicare poſſe & eruere: quoniam hominũ manibus ſculpta vel conflata, nihil ſint præter mutum atque inanimum lignum, ſiue marmor, ſiue

Digitized by Google

metallum, His nunc quaſi per contentionem opponit Iehoua, qui non ab alio eſſentiam aſſequutus ſit, neque in templis habitat manufactis: verùm in ſe, & apud ſe fuit ab æterno, & in ſe & apud ſe nunc eſt, & in ſe & apud ſe erit in æternum. Templumq; habet diuinam ſuammet eſſentiam & ſanctitatem, & vt quidam eleganter dixit in ſua Creationis hebdomada:

Dieu de ſoy-meſme eſtoit & l'hoſte & le palais.

Neque enim corporum more in loco eſt, neque vllis locorum ſpaciis immenſa illa ſupremi Spiritus maieſtas aut cõcluditur, aut continetur, aut immanet. Huic expoſitioni fauent Hebræa, quæ pro, *In templo ſancto ſuo.* habent: בְּהֵיכַל קָדְשׁוֹ: id eſt, In templo ſanctitatis ſuæ. Eadem verba ſunt Hebræis in Pſalmo nobis deci-
Pſa.10.4. mo, vbi legimus: Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius. Qui etiam locus facilè in hanc ſententiam induci poſſet, vt ſit Pſalmi ſenſus ac mens: Habitat quidem Deus (vel, quod habent Hebraica, Iehoua) auguſtiſſimum templum ſanctitatis ſuæ, ab omni mundana coniunctione ſecretum ac liberum: aſſidet porrò nihilominus eminenti cælorum ſpeculæ, vnde cuncta facta mortalium perſpicuè ſpeculatur ac proſpicit: indeque oculi eius in pauperẽ reſpiciunt, & palpebræ eius interrogãt filios hominũ. id eſt, probè eos norunt atq; diſcernunt, quaſi diligentẽ prius de eius adhibuiſſet inquiſitionem & examinationem.

* Ergo, *Sileat à facie eius omnis terra.* Silere, indicium reue- 359
Gen.18.27 rentiæ eſt, vt illud oſtendit Abraham: Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Eſt etiam & timoris indicium; vnde
Ioſ.10.21. eſt illud: Nullus contra filios Iſrael mutire auſus eſt. *Terra* autem
Pſal.65.4. nomine, habitatores orbis terræ ſignificantur, vt in Pſalmis quoque: Omnis terra adoret te & pſallat tibi. Taceat ergo à facie Dei omnis terra, omneſque homines tam incomprehenſibilem, æternum, ac per ſemet exiſtentem Deum, præſentemque vbique, reuereantur & expaueſcant, neque quiſqnam ſe illi audeat opponere: nullus contra eum, non obloqui tantum, ſed ne mutire quidem præſumat, nemo illius potentiam, minaſque, idolorum fretus præſidio, vel propriis viribus ac poteſtate munitus, aut alio quoquam vindice & aſſertore ſuffultus. euadere atq; deuitare confidat.

*Reſpon-

Digitized by Google

* Reſpondit hucusque Dominus Habacuco: dumque prolixè Chaldæorum peccata recenſet, ac criminatur, dumque merita illis comminatur ſupplicia, oſtendit ſanè, non ideò populum ſuum gentem videlicet Iudæorum, Chaldæis excarnificandam atq; capiendam tradidiſſe, quod ii eſſent illis iuſtiores, aut quòd impiiſſimam Chaldæorum rempublicã, Babyloniumq; regem, adaugere vellet imperio, vel illuſtrare triumphis, aut gloria & honore decorare. Cæterùm, quid de Iſraelitarũ populo, quid de Iudæorũ familia, Dominus ſtatuiſſet, queq; illos poſt exilii mœſtã fugam, & poſt captiuitatẽ maneret conditio, adhuc Dominus nõ aperuit Prophetæ. Ignorat hactenus Habacuc, perdendi ne poſtmodũ Iudæi ſint, ſimulque cum Babyloniis vaſtandi: an verò captiuitate Hab. 2. 1.
ſoluti, tandemq; ſeruitute expediti, in patriam aliquando ſint reuerſuri. Vnde, nihil certi lætique audiens, quod poſſet reſpondere ad arguentem & increpantem ſe, imouerò, ex ipſo Dei reſponſo ſolicitior de ſalute Iudæorum effectus, illum ſequenti oratione interpellat.

CAPVT III.

1. Oratio Habacuc pro ignorantiis.

1 HEBRÆI pro dictione, *Ignorantiis*, habent vocabulum שִׁגְיֹנוֹת Sigionoth: plurale ſcilicet à ſingulari שִׁגָּיוֹן Siggaion, de cuius ſignificatione variæ ſunt expoſitorum ſenteutiæ. Quippè ſunt qui muſicũ inſtrumentum eſſe decernant: ſunt qui ſpeciem velint eſſe Pſalmodiæ. Vatablus in annotationibus ad ſeptimũ Pſalmum, cui eſt titulus שִׁגָּיוֹן לְדָוִד, initium cuiuſpiam vulgaris cantilenæ fuiſſe autumat, ad cuius modulos atq; concentũ Pſalmus ille cantari debuiſſet. Benedictus Arias Montanus id vocabuli Siggaion, nomẽ atq; genus eſſe carminis exiſtimauit, ad cuius numeros atq; menſuram ſit compoſita hæc oratio Habacuc, Vt cũ dicimus vel, Horatii Saphicũ, vel, Catulli Phaleucium. Verumtamẽ & Vatablus & Montanus fatentur. Hebraicũ vocabulũ Sigionoth Ignorantias vtiq; ſignificare. Vatabl⁹ .n. in hoc loco ſic inquit: *Oratio Habacuc*

 pro

Digitized by Google

pro ignorantiis, Id eſt, quam habuit, ne Deus imputaret ſuis popularibus ignorãtias Montanus verò ſic:*Nec me *Ignorantia* etymologia mouet, cum variam & multiplicem eſſe rationem, cur 2
nomina alia atque alia carminibus imponantur, indicatum à nobis modo ſit. Quandoquidem hæc artium & ſcientiarum vocabula, quæ Logici ſecundæ intentionis terminos nuncupant, pleraque translata ſint,& à remotis ſimilitudinibus petantur, quorum lex & ratio non ſemper religiosè ſeruatur, ſed quod initio ad vnũ finem repertum eſt, cuius rei gratia id nomen eſt ſortitum, ad alios fines atque vſus poſtea transfertur. Vt Græcis & Latinis vſu venit, cum Elegiacum carmen à lugubri & triſti argumento, ad hominum heroumq; laudes, & ad epigrammatum iocos, non rarò transfugiat. Igitur *Ignorantiarum* nomen in hoc loco, carminis nomen eſſe cenſemus, quamcumque ſibi eius nominis etymologia ſignificationem vindicet. Montanus hucuſque. Sed & Eugubinus in ſeptimum Pſalmum, cum duas huius vocis dixiſſet eſſe ſententias: alteram, qua omnibus Hebræis ſimul & Chaldæo placuit, vt ſonet Muſam ſiue carmen, inſtrumentumúe, quo laudes canuntur, cui ſententiæ ipſe Steuchus ſubſcribit: Secunda eſt, inquit, ſententia, vt Siggaion ſit ignorãtia, vt ſæpè vox ſonat, & Hieronymus tranſtulit. Hæc ille. *Significat igitur Sigionoth cõmu- 3
ni cunctorum conceſſu Ignorantias: nam & hic Chaldæus paraphraſtes, & Aquila, & Symmachus, & Quinta editio, adde his quoque genuinam Pagnini, ſicut & Hieroymus in hoc loco, & in ſeptimo
Pſal. 7. 1. Pſalmo, *Pro ignorantiis*, aut ignorationibus, tranſtulerunt. Et merito quidem apud Pſalmographũ Heronymus, & Aquila, & Symmachus, teſtimonio Ioannis Reuchlini, reddiderunt, Ignoratione͂: eſt namq; Pſalmus ille proteſtatio innocentiæ Dauidis corã Deo, iudice cordium & inſpectore, expurgatioq; criminis perduellionis, cuius nomine à Saule Dauid capitis accerſebatur. Affirmat itaq; Pſalmodus eo loci, diris etiam & execrationibus interpoſitis nullius ſibi conſcium eſſe culpæ, qua Saulis atq; ſuorum promeritus fuerit indignationem. Ergò, idem eſt: Ignoratio Dauidis, quam cantauit Domino pro verbis Chus filii Iemini, ac ſi dicas: Inficiatio aut abnegatio Dauidis, qua depellit & propulſat crimina, quæ falsò ſibi obiiciebat Saul. Hac eadem dicendi figura vſus eſt idem

Digitized by Google

idem Dauid, in eiuſdemmet argumenti Pſalmo trigeſimoquarto, Pſal. 34.11.
dum ait: Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant
me. Id eſt, Inferebant mihi crimina, & eorum confeſſionem à me
vel vi etiam extorquere nitebantur, quorum omninò mihi conſcius
non eram, & in quibus ne vel animi quidem vnquam cogitatione
peccaueram. Eſt igitur apud regium Vatem Ignoratio & Ignorare,

Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

4 * Auguſtinus contra duas epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium,
ſic ſcribit: Illud vbi Apoſtolus ait: Quod enim operor, ignoro, Rom. 7.15.
quid eſt aliud, quàm nolo, non approbo, non conſentio, non
facio? Alioquin contrarium eſt his, quæ ſuperius dixit: Per legem Ro. 3. 20.
enim cognitio peccati. Et, Peccatum non cognoui niſi per legem. Rom. 7.7.
Et, Peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum Rom. 7.13.
eſt mortem. Quomodo enim peccatum per legem cognouit,
quod ignorat? Quomodo apparet peccatum, quod ignoratur?
Sic ergò dictum eſt, Ignoro, non facio: quia nulla conſenſione id
ego ipſe committo. Quomodo dicturus eſt Dominus impiis, Nõ Mat. 7.23.
noui vos: quem proculdubio latere nihil poteſt. Et ſicut dictum 2. Cor. 5.21
eſt, Eum qui non nouerat peccatum, quod eſt, non fecerat. Hactenus
Auguſtinus. Hæc itaque ſeptimi Pſalmi expoſitio Titelmano
probatur, hæc Bredembachio potior viſa eſt, hancque expoſitorum
doctiſſimis, qui linguam Hebraicam calluerunt, magis etiam
placuiſſe teſtatur.

5 * Et Caietanus quidem (neſcio quæ exemplaria ſequutus) Latinæ
vulgatæ editionis apud ſeptimum Pſalmum, hunc eſſe titulum
aſſeuerat: Ignoratio Dauid, quam fecit Domino ſuper verba
Chuſi filii Iemini. At correctiores omnes codices, quos ego viderim,
Septuaginta interpretibus conſonant, huncque titulum
communiter præferunt: Pſalmus Dauid, quem cantauit Domino
pro verbis Chuſi filii Iemini. Etenim, quoniam verbum Hebraicum
שגה Saga, non ſolùm ignorare & errare, ſed lætari quoque
aliquando atque delectari ſignificat, vt Prouerbiorum capite
quinto, vbi legimus: In amore eius delectare iugiter. Et in eorundem Prou. 5.19.
capite viceſimo: Quicunque in his delectabitur, non erit Pro. 20. 1.
ſapiens. Ideo Septuaginta ſeniores in titulo ſeptimi Pſalmi,

pro Siggaion tranſtulerunt Pſalmus: & apud noſtrum Vatem verterunt: Oratio Habacuc prophetæ cum cantico. Et reuera, vtraq; Sigionoth expoſitio, ſiue, Pro ignorantiis, dixeris, ſiue, Cum cantico, ſiue etiam interpreteris, Cum delectationibus vel iucunditatibus, aut (quod tranſtulit etiam Theodotio) Pro voluntariis, id eſt, concupitis aut lætis: omnia hæc vtiq;, & vocis ſignificationi ſatis cohærent, & aptiſſimè argumento Orationis, & Vatis propoſito coaptantur. * Orat ſiquidem ab initio capitis Habacuc, reuelari ſibi ac monſtrari, quæ de ſtatu & conditione populi ſui, & de 6
fine atq; exitu extremo Iſraeliticæ captiuitatis ignorat: certioremque ſe fieri precatur de ſalute Iudæorum, cui incertus timet. Contendit denique audire aliquid læti, quod reſpondeat ad arguentẽ ſe. In calce verò & fine eiuſdemmet capitis, verſu ſcilicet decimoſexto, gratiſſimum & optatiſſimum accipit nuncium, de ſuorum liberatione, & alacri in patriam reditu. Vnde, lætitia prægeſtiens, laudes ac lætas pæanas Deo victori, pro tantis acceptis muneribus, ſe decantaturum pollicetur, idque idem populum ſuum, redeuntem in Palæſtinam, facturum & præſtiturum promittit, vel certè vaticinando prænunciat. Quippè, vt antea notatum eſt, hæc eſt & tituli huius, & totius Orationis materies.

* Conſternatus & conterritus Habacuc, tantis Iudæorum atq; 7
Chaldæorum præuiſis ſtragibus, incertusq; adhuc diuinæ ſententiæ, & ignarus prorſum hucuſque, quem res Iudæorum habituræ
Hab. 2. 1. ſint exitum, anxius ac ſolicitus de ſuorum ſalute, adhuc ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem, adhuc contẽplatur vt videat, ſi quid læti poſſit audire, quod reſpondeat ad in-
Hab. 1. 12. crepãtem ſe. Firmus deniq; in oratione perſiſtit, quam in fine primi capitis inchoauerat: precaturq; Deum ante alia, ne, quæ de Iudæorum ſtatu decreuerit, eum amplius ignorare patiatur: ſed eius, qui illos maneat, euentus ignorantiam iam ab ipſo depellat. Orat præterea, vt in medio tam infelicium annorum, populum, quem Deus ipſe ſibi peculiariter aſciuit & conformauit, incolumen ſeruet ac tueatur, neq; illum in captiuitate detentum, cladium & ruinarum fluctibus, Chaldæos demerſuris, inuoluat. Memorem deniq; eſſe precatur antiquæ illius miſericordiæ & benignitatis, ingentium deniq; beneficiorum, quibus olim in Mari rubro, in eremo,

mo, in terra promiſſa, veteres patres proſequutus eſt. Hæc quoque ſigillatim enumerat Vates, vt quæ, quaſi iure ſuo ex longi temporis præſcriptione, exigat, certius & efficacius exoret. Quod etiam voti compos extremò, orationis perſeuerantia conſequitur: aperitur enim tandem pulſanti Prophetæ, inuenit quærens, & accipit petens, neque enim vnquam aſſidua obſecratio iuſti fit irrita: quæ quidem clauis eſt cœli, vt Aurelius Auguſtinus teſtatur. Audit itaque (Et præ lætitia ferè rumpitur) hunc finem manere Iudæos atque Chaldæos: quod hi penitus vaſtandi perdendiq; ſint: illi verò captiuitate ſoluti, gaudẽtes & exultantes in Domino, qui illos hoſtibus ſuperiores effecerit, proindeq; victores Deo victori pæana canẽtes, in excelſam & optatam patriã, auitasq; ſedes ſint redituri.

8 * Præmonere autem inuiti, propter contentioſos, compellimur: diuina beneficia Habacuc confusè atque permiſtè referre, nullo ſeruato rerum geſtarum ordine, nulla temporis habita ratione. Vt eadem recenſuit Dauid, Pſalmo quinto ſupra centeſimum: vbi idipſum, quod Habacuc, argumentum Vates regius pertractat. Inuitat quippè ad Dei laudem, ob diuinam miſericordiam & benignitatem, quibus peccantes identidem Iſraelitas, cum in deſerto creberrimè, tum etiam in terra promiſſa, ſæpiſſimè proſecutus eſt. Precaturque, vt de more beneficus & indulgens, populo ſibi peculiari & vernaculo, ſolitam clementiam exhibeat, in variasque nationes diſperſum, congreget atque in patriam reducat. Nam & Iudicum & Saulis temporibus, multas fuerant captiuitates perpeſſi. In hoc argumentum Pſalmographus nonnulla peccata Iſraelitarum enumerat, ob quæ iuſtè deleri meruerint, & tamen diuina placabilitate & lenitudine interueniente, & memoria ac fœdere Patriarcharum patrocinante, non ſolùm deleti non ſunt, ſed etiam ingentibus beneficiis, loco pœnæ à Deo fuerunt affecti. Enumerat autem hæc ipſa, perturbato hiſtoriarum ordine, nullaque temporum ratione obſeruata, prioribus poſteriora confundit. Pſal.105.

9 * Quod enim intulit verſu quartodecimo: Et cõcupierunt concupiſcentiam in deſerto: ad Sepulchra cõcupiſcentię peractum eſt, tertiam decimam Iſraelitarum manſionẽ: vt ex libro Numerorum apparet. Illud verò ꝙ ſtatim ſubiungit: Et irritauerunt Moyſen in caſtris, Aaron ſanctũ Domini, factum eſt in de- Pſ. 105. 14. Nu. 11. 4. 31 Nu. 33. 16.

Pſ. 105. 16. ſerto Pharan, in quo profectus populus de Haſeroth, quintadeci-
Num. 13. 1. ma manſione conſedit. Incertum eſt tamen qua manſione conti-
Nu. 16. 31. gerit: etenim (vt Hieronymus ad Fabiolam notauit) octodecim
manſiones, à Rithma vsque ad Aſion-gaber, id eſt, à decimaquin-
ta vſque ad triceſimam ſecundam, ſub nomine Deſerti Pharan,
Scriptura diuina complectitur. Et quæ in eis geſta fuerunt, per
manſiones diſtributa non ſunt: verùm in ſolitudine Pharan, Moy-
Pſ. 105. 19. ſes cuncta contigiſſe narrauit. Retrocedit autem Pſalmographus,
cum ad id quæ ſequuntur attexit: Et fecerunt vitulum in Horeb,
& adorauerunt ſculptile. Ad ſtatiua namque Sinai vitulum in Ho-
reb, & adorauerunt ſculptile. Ad ſtatiua namq; Sinai vitulum Iſ-
Exod. 32. 4. raelitæ conflarunt, in quibus duodecima manſione populum ſub-
Nu. 33. 15 ſtitiſſe comperimus. Illa rurſus geſta ſunt in Pharan, quæ doſt hæc
Num. 13. e veſtigio ſubnectit: Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.
27. 32. 33. Quod autem continuò ſubinfert: Et initiati ſunt Beelphegor, fa-
Pſ. 105. 24. ctum eſt in Campeſtribus Moab: quò Iſraelitæ quadrageſimaſe-
Nu. 14. 1. cunda manſione, id eſt, vltima, fixêre tentiora. *Regreditur porrò 10
Pſ. 105. 28. Nu. 25. 1. rurſus, cum addit: Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis:
Nu. 22. 1. quippè hæc facta ſunt in Cades, vbi triceſimatertia manſione Iſ-
Pſ. 105. 32. raelitæ caſtrametati ſunt. Ergò Pſalmographus Iſraelitarum pec-
Num. 20. 1 cata, & diuinam erga eos indulgentiam, carptim atque ſaltuatim
Nu. 33. 36. Amos. 2. 9. enarrat, non ſuo ordine, ſed vt offerrent ſeſe, & memoriæ Pſallen-
tis occurrerent. Annotauit hoc ipſum Hieronymus, in viceſimū-
primum Ieremiæ caput: & in viceſimum nonum, & in triceſi-
mum Ezechielis. Et in illud Amos capite ſecundo: Ego autem
exterminaui Amorrhæum à facie eorum. Ego ſum qui aſcendere
vos feci de Terra Ægypti: & duxi vos in deſerto quadraginta an-
nis, inquit enim: Neque verò vbi de laudibus dicitur Dei, hiſto-
riæ ordo ſeruandus eſt: ſed frequenter euenit, vt quæ prima facta
ſunt, extrema dicantur, & quæ nouiſſima, referantur ad prima.
Quod ſeptuageſimus ſeptimus pſalmus, & centeſimus quartus
(vbi ſignorum potentia non ordo deſcribitur) docere nos pote-
rit: & tituli Pſalmorum, de quibus duo tantum ponamus exem-
pla: tertii pſalmi, & quinquageſimi primi, vbi quæ prius facta
ſunt, narrantur extrema, & quæ extrema legimus, referuntur in
1. Re. 22. 9. principio. Ante enim de Doech Idumæo ſcriptum legimus in Re-
gum

gum volumine, qui titulus eſt quinquageſimi primi Pſalmi, quám Pſal.51.1.
Abſolon contra patrem ſurgeret, quod in tertii Pſalmi titulo prę- Pſal.3.1.
notatur. Itaq; & Amorrhæus nouiſſimus exterminatus eſt, ſiue deletus, quod nunc primum refertur: & quod aſcendere eos fecit de terra Ægypti, & reduxit in eremũ per quadraginta annos, in principio factum legimus: quæ hic dicuntur ordine commutato. Hucuſq; Hieronymus. Cui diuinus Auguſtinus conſentit, in Pſalmum centeſimum quartum. Inquit enim: Cùm Ægypti plagæ ſint decẽ, nec omnes commemoratæ ſunt, neq; eodem ordine, quo in Exodo factæ leguntur. Libera enim eſt laudatio à lege narrantis & texentis hiſtoriam. Sic igitur etiam & Habacuc, dum diuina beneficia recenſet, nulla rerum ſerie obſeruata, nulla temporum habita ratione, imò eadem quoq; hiſtoria diſtracta, miſcellaneam narrationem contexit. Vnde falsò nonnulli putarunt, non illum has hiſtorias attingere: & pro apertis & hiſtoricis ſenſibus, abſtruſiores & myſticos protulerunt. Sed certè præterita beneficia, & hiſtorias veteres, Vates noſter enarrat: quò ſe ſpe meliore confirmet, ſitque Iaco.1.9.
efficacior confidentior oratio: vtq; Deum pro conſueta clementia, in ſalutem Iudæorum inflectat, vt deniq; non inſolita petere, neq; Deo impoſſibilia aut indigna, ſed iam ſæpè factitata, demonſtret. Sed cum hæc in hunc ſenſum exponimus, à quibuſdam (audacter fortaſſe) toto cœlo aberrare cenſemur: at ſecuri de tam acri cenſura, dum illi tam volant ſublimè, dum illi tam canunt meloditer, nos circũreptemus tellurem, & inceptos ſtrepitus proſequamur.

2. *Domine audiui auditionem tuam, & timui.*

11 Dixerat Dominus per Ieremiam omni transmigrationi, quam tranſtulerat de Ieruſalem in Babylonem: Quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominium: quia in pace illius erit pax vobis. Ita id factum fuiſſe, legimus Ier.29.7.
apud Baruch: Collegerunt enim pecuniam Iudæi in Babylonia detenti, ſecundum quod potuit vniuſcuiuſq; manus: & miſerunt in Bar.1.6.
Ieruſalem ad Ioacim filium Helciæ filii Salom ſacerdotem, & ad ſacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti ſunt cum eo in Ieruſalem. Et dixerunt: Ecce miſimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & tus, & facite manna, & offerte pro pecca-

to ad aram Domini Dei noſtri: & orate pro vita Nabuchodonoſor
regis Babylonis, & pro vita Balth-Aſar filii eius, vt ſint dies eorum
ſicut dies cœli ſuper terram: & vt det Dominus virtutem nobis, &
illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodono-
ſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balth Aſar filii eius, & ſeruiamus
eis multis diebus, & inueniamus gratiam in cōſpectu eorū. Quip-
pè, quotidiana experientia, & prudenti ratione vereri licet, pere-
unte ciuitate aut regione, ſeruos vnà cum dominis ſuis, & aduenas
Ier.42.10. cum indigenis perituros. Quemadmodum euenit Iudæis, qui poſt
Godoliæ cædem, ſpreto conſilio Ieremiæ, præ timore confuge-
runt in Ægyptum. Accidit enim, vt rex Babylonis eò exercitum
appellaret: ibique partim occiſi, partim in captiuitatem abducti,
Iudæi omnes Ægyptiis permiſti, pariter cum Ægyptiis perirent.
Meritò igitur Habacuc, audiens quanta mala Deus Babylonis in-
ferre decreuerit, timet ne ſimul cum populo Chaldæorū, Iudæo-
rum populus deleatur.

Abd.1.1. *Auditionem* verò, ſiue Auditum (vt Vulgatus vertit apud Ab- 12
Ier. 49.14. diam & Ieremiam) vocant Hebræi, quinetiam Græci nonnun-
quam, quicquid ſenſu audiendi percipitur. Ita tamen, vt (pro rei
conditione) nunc pro nuncio, nunc pro doctrina, nunc pro nar-
ratione aut hiſtoria, nunc pro ſimplici ſermone, ſumatur. Illud
enim apud Iſaiam: Quem docebit ſcientiam? aut quem intellige-
Iſa.28.9 re faciet auditum? Doctrinam non obſcurè ſignificat: neque ſatis
eſſe doceri, ni doctrina intelligatur, declarat: cum multi videntes
non videant, & audientes plurimi non intelligant. Et cum Ariſto-
teles libro (in quo de iis rebus diſſeruit, quæ communiter natura-
libus inſunt, quatenus ſunt naturalia) titulum indidit, De phyſico
auditu: de naturali doctrina ſignificaſſe, arbitramur. At cum li-
brum de Naturæ ſecretis, De auditionibus mirabilibus nuncu-
pat, Mirabiles narrationes intelligit, aut certè De mirabilium hi-
ſtoria: quemadmodum de Hiſtoria animalium, libros inſcripſiſſe
Iſa.37.7. comperimus. Porrò Vulgatus interpres, Iſaiæ triceſimo, pro hac
ipſa voce שְׁמוּעָה, nuncium interpretatur, ſic inquiens: Ecce ego
dabo ei ſpiritum, & audiet nuncium. In hoc eodē ſignificatu Ab-
Abd. 1.1. dias & Ieremias, eiſdem verbis pronunciaſſe videntur: Auditum
audiuimus à Domino, & legatus ad Gentes miſſus eſt. Surgite, &
con-

conſurgamus aduerſus eum in prælium. Eſt namq; ſenſus vtriuſq;: Ier. 49. 14.
Vidi Dominum, & audiui eum, legationem huiuſmodi concipiẽtem, q̃ legatus aduerſus Edom, eius nomine perferret ad Gentes: Surgite, conſurgamus in præliũ. Vox quippe hæc verba Dei ſunt, in prælium contra Edom egreſſuri, & delectum per conquiſitorẽ habentis copiarum, quas educturus eſſet in aciem. Sed & illud apud Iſaiam: Quis credidit auditui noſtro? nuncium fortaſſè ſignificat, & hanc habet verborum ſententiam. Quotus quisque nobis eſt crediturus? annunciantibus talia de Chriſto, qualia diximus & confeſtim dicemus? Vel, Quis fidem his eſt habiturus, quæ annunciante nobis Prophetis & Apoſtolis Spiritu diuino, nos aliis annunciare iubemur? Vt ſit, ſcilicet, illud Iohannis: Quod vidimus, & audiuimus annunciamus vobis. Neque etiam apud Habacuc, inepte *Auditionis* vocabulum, Nuncium ſignificare diceremus: cum quæcunque audiuit Propheta, tam de Iudæorum ſupplicio, quàm de interitu Chaldæorum, Iudæis annuncianda ſuſceperit. Nihilominus ſi *Auditionis* vocabulum, mauis apud Habacuc, ſimpliciter pro ſermone vſurpari, ſenſus erit non item incongruus: Audiui Domine quæ locutus es, & timui. Eſt autem veriſimile (vt diximus, & ipſemet indicauit) non extrinſeca viſione Habacuc, nec aures circumſtrepenti ſermone, hanc ipſam auditionem cepiſſe: ſed intrinſeco diuino colloquio, quod penitus in animo fit, auresq; mentis Prophetarum attingit.

Iſa. 53. 1. | 1. Ioh. 1. 3.

13 * Senſus autem verbum ſic habet: His, Domine, quæ ab initio ſermonis, de Iudæorum oppreſſione & captiuitate, durè & acriter comminatus, edixeras, non admodum ſolicitus factus ſum, ne, cum illos atrociſſimis hoſtibus puniendos atque diripendos contraderes, omnes pariter moreremur. Quin potius, de illorum ſalute bonam conceperam ex hoc ipſo fiduciam & ſpem: intelligens atque confidens, pro ſolita tua in Iudæos bonitate & beneficentia, non eos in mortem & extremam perniciem, ſed in correptionem & emendationem, Chaldæis, tanq̃ tuæ maieſtatis lictoribus, flagellandos atq; verberandos tradidiſſe. Illa porrò, certum iam nunc Iudæorum excidium timere, ſuadent, quæ de ipſorum Chaldæorum excidio, & internecione ad extremum audiui; cum conſequens ac veroſimile ſit, Iudæos Babylone degẽtes, ſeruitioq;

Hab. 1. 6. | Hab. 1. 14.

to ad aram Domini Dei noſtri: & orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Balth-Aſar filii eius, vt ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram: & vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra BalthAſar filii eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in cōſpectu eorū. Quippè, quotidiana experientia, & prudenti ratione vereri licet, pereunte ciuitate aut regione, ſeruos vnà cum dominis ſuis, & aduenas cum indigenis perituros. Quemadmodum euenit Iudæis, qui poſt Godoliæ cædem, ſpreto conſilio Ieremiæ, præ timore confugerunt in Ægyptum. Accidit enim, vt rex Babylonis eò exercitum appellaret: ibique partim occiſi, partim in captiuitatem abducti, Iudæi omnes Ægyptiis permiſti, pariter cum Ægyptiis perirent. Meritò igitur Habacuc, audiens quanta mala Deus Babylonis inferre decreuerit, timet ne ſimul cum populo Chaldæorū, Iudæorum populus deleatur.

Ier. 42. 10.

Abd. 1. 1. Ier. 49. 14.

12 * ***Auditionem*** verò, ſiue Auditum (vt Vulgatus vertit apud Abdiam & Ieremiam) vocant Hebræi, quinetiam Græci nonnunquam, quicquid ſenſu audiendi percipitur. Ita tamen, vt (pro rei conditione) nunc pro nuncio, nunc pro doctrina, nunc pro narratione aut hiſtoria, nunc pro ſimplici ſermone, ſumatur. Illud enim apud Iſaiam: Quem docebit ſcientiam? aut quem intelligere faciet auditum? Doctrinam non obſcurè ſignificat: neque ſatis eſſe doceri, ni doctrina intelligatur, declarat: cum multi videntes non videant, & audientes plurimi non intelligant. Et cum Ariſtoteles libro (in quo de iis rebus diſſeruit, quæ communiter naturalibus inſunt, quatenus ſunt naturalia) titulum indidit, De phyſico auditu: de naturali doctrina ſignificaſſe, arbitramur. At cum librum de Naturæ ſecretis, De auditionibus mirabilibus nuncupat, Mirabiles narrationes intelligit, aut certè De mirabilium hiſtoria: quemadmodum de Hiſtoria animalium, libros inſcripſiſſe comperimus. Porrò Vulgatus interpres, Iſaiæ triceſimo, pro hac ipſa voce שְׁמוּעָה, nuncium interpretatur, ſic inquiens: Eccè ego dabo ei ſpiritum, & audiet nuncium. In hoc eodē ſignificatu Abdias & Ieremias, eiſdem verbis pronunciaſſe videntur: Auditum audiuimus à Domino, & legatus ad Gentes miſſus eſt. Surgite, & con-

Iſa. 28. 9.

Iſa. 37. 7.

Abd. 1. 1.

conſurgamus aduerſus eum in prælium. Eſt namq; ſenſus vtriuſq;: Ier. 49. 14.
Vidi Dominum, & audiui eum, legationem huiuſmodi concipiẽtem, q̃ legatus aduerſus Edom, eius nomine perferret ad Gentes: Surgite, conſurgamus in præliũ. Vox quippe hæc verba Dei ſunt, in prælium contra Edom egreſſuri, & delectum per conquiſitorẽ habentis copiarum, quas educturus eſſet in aciem. Sed & illud apud Iſaiam: Quis credidit auditui noſtro? nuncium fortaſsè ſignificat, & hanc habet verborum ſententiam. Quotus quiſque nobis eſt crediturus? annunciantibus talia de Chriſto, qualia diximus & confeſtim dicemus? Vel, Quis fidem his eſt habiturus, quæ annunciante nobis Prophetis & Apoſtolis Spiritu diuino, nos aliis annunciare iubemur? Vt ſit, ſcilicet, illud Iohannis: Quod vidimus, & audiuimus annunciamus vobis. Neque etiam apud Habacuc, ineptè *Auditionis* vocabulum, Nuncium ſignificare diceremus: cum quæcunque audiuit Propheta, tam de Iudæorum ſupplicio, quàm de interitu Chaldæorum, Iudæis annuncianda ſuſceperit. Nihilominus ſi *Auditionis* vocabulum, mauis apud Habacuc, ſimpliciter pro ſermone vſurpari, ſenſus erit non item incongruus: Audiui Domine quæ locutus es, & timui. Eſt autem veriſimile (vt diximus, & ipſemet indicauit) non extrinſeca viſione Habacuc, nec aures circumſtrepenti ſermone, hanc ipſam auditionem cepiſſe: ſed intrinſeco diuino colloquio, quod penitus in animo fit, aureſq; mentis Prophetarum attingit.

Iſa. 53. 1. — 1. Ioh. 1. 3.

13 * Senſus autem verbum ſic habet: His, Domine, quæ ab initio ſermonis, de Iudæorum oppreſſione & captiuitate, durè & acriter comminatus, edixeras, non admodum ſolicitus factus ſum, ne, cum illos atrociſſimis hoſtibus puniendos atque diripendos contraderes, omnes pariter moreremur. Quin potius, de illorum ſalute bonam conceperam ex hoc ipſo fiduciam & ſpem: intelligens atque confidens, pro ſolita tua in Iudæos bonitate & beneficentia, non eos in mortem & extremam perniciem, ſed in correptionem & emendationem, Chaldæis, tanq̃ tuæ maieſtatis lictoribus, flagellandos atq; verberandos tradidiſſe. Illa porrò, certum iam nunc Iudæorum excidium timere, ſuadent, quæ de ipſorum Chaldæorum excidio, & internecione ad extremum audiui: cum conſequens ac veroſimile ſit, Iudæos Babylone degẽtes, ſeruitioq;

Hab. 1. 6. — Hab. 1. 14.

Digitized by Google

Chaldæorum addictos, illorum calamitatibus inuoluendos, illorum ruinis opprimẽdos fore. Quin idipſum neceſſarium videtur, cùm tu ipſe manifeſtè prædixeris, E Chaldæorum pace & quiete, pacem & quietem pendere Iudæorum: eiusdemque perinde ſortis cum illis fore hos participes, ſignificare videaris.

Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud: in medio annorum notum facies, cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.

VT Manilius ob diſciplinam, fabricam Socratis Platonem vocauit: 14

Æthereusq; Platon, & qui fabricauerat illum
Damnatasq; ſuas melius damnauit Athenas.

Vt Albinouanus, Opus Cæſaris Brutum eſſe, dixit:

Et magnum magni Cæſaris illud opus.

Sic etiam & Habacuc, *Opus Dei* Iſraëlem appellat, quoniam in ea gente præ cæteris illuſtranda & ornanda, multum operæ (vt ità dicamus) multumq; ſumptus poſuerat Deus. Neq; enim communibus tantùm reliquarum nationum beneficiis illam affecerat, ſed
Exo. 19. 4. aſſumens ac ſeligens in peculium ſibi de cunctis populis, ſegregansq; in gentem ſanctam, & regnum ſacerdotale, portans deniq; ſuper alas aquilarum, ſingulari ſemper ſtudio illos fouerat, & honoribus auxerat. Hac eadem appellatione, Operis videlicet ſui, Deus ipſe apud Iſaiam, Iſraëlitas dignatus eſt, ait enim: Hæc dicit
Iſa. 29. 22. Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham: Non modò confundetur Iacob, nec modò vultus eius erubeſcet: ſed cum viderit filios ſuos, opera manuum mearum, in medio ſui ſanctificantes nomen meum. Et in alio loco: Hæc dicit Dominus ſanctus Iſ-
Iſa. 45. 11. raël plaſtes eius. Ventura interrogare ſuper filios meos, & ſuper opus manuum mearum mandate mihi. * Neque enim populus 15
Iudæorum, iuxta cum aliis omnibus nationibus, fuerat tantummodo Dei figmentum (ſi de aliis quoque nationibus illud in-
Iſa. 64. 8. terpretari quis vellet: Et nunc Domine pater noſter es tu, nos verò lutum, & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos) Sed fuit etiam ſingulariter Dei ædificatio & agricultura. Hincque etiam Opus Dei Iſraëlem vocari, ſubindicat Iſaias dicens:

Digitized by Google

dicens: Populus autem tuus omnes iuſti, in perpetuũ hæredita- Iſa. 60. 21.
bunt terrã, germen plantationis meę, opus manus meę ad glorifi-
candũ. Quę enim, obſecro, frequentior in tota diuina Scriptura
metaphora, q̃ ea, quæ populũ Iudæorum, Dei vineam & planta-
tionẽ appellat? Fuerunt quidẽ & reliquę gentes per creationẽ Fa-
ctura Dei: Fuerunt tamẽ vt ſylueſtres labruſcæ, erraticæq́; vites &
infructuoſæ, aſperè & horridè atq; inordinatè diſperſæ. At popu- Iſa. 5. 1.
lus Iſrael, fuit quaſi vinea, ex ſelectis à Deo ſurculis & plantis depa- Ezech. 20.
cta, in cornu filio olei, Id eſt, in edita atq; montoſa Palæſtinæ ter- 6. 15.
ra pinguiſſima, fluente lac & mel, & præcipua terratũ omnium, q̃
Deus ſemper inuiſit, & oculi illius in ea ſunt à principio anni vſq;
ad finẽ eius. Hanc vineam ſepiuit Dominus, & lapides elegit ex ea, Iſa. 5. 2.
& plantauit illam electã, & ædificauit turrim in medio eius, & tor-
cular extruxit in ea, vt canit Iſaias. Non ergo ſine cauſa Habacuc
Iſrael populum, *Dei opus* vocauit, præ cæteris omnibus nationi-
bus, tot ac tantis beneficiis affectũ, tanto ſtudio & arte elaboratũ
& excultum à Deo, vt iure ac dignè ex vniuerſis, quos operatus eſt
populis, huic vni, de artificum more, ſuum ſtigma impreſſiſſe vi-
deatur, ad gloriandũ. Vtpotè ex quo egreſſura erat pulcerrima illa Iſa. 60. 21.
virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius erat aſcenſurus, Domi- Iſa. 11. 1.
nus proculdubio Ieſus Chriſtus, germen Dauid iuſtum, qui regna- Ier. 23. 5.
ret, & ſapiens eſſet, & faceret iudiciũ & iuſtitiam in terra. Etenim Iſa. 5. 7.
propter hunc vnum, vinea Domini exercituum facta eſt domus
Iſrael, & viri Iuda, germen eius delectabile.

16 * Viuificare autem, Hebræis ſeruare & liberare ſignificat. Vt in 1. Reg. 27.
primo Regum libro: Virum & mulierem non viuificabat Dauid. 11.
Et in Pſalmis paſſim ferè in hac ſignificatione reperitur. Dominus Pſa. 40. 3.
conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, &
non tradat eum in animam inimicorum eius, Dominus opem fe-
rat illi. Qui enim in afflictione & anguſtia & miſeria conſtitutus
eſt, mortuo ferè ſimilis eſt. Quin & mortuus à Scriptura voca-
tur, & ſepulcra inhabitare perhibet. Et Euripidis Hecuba ſic aie-
bat: Mortua ſum ego, ante quàm moriar, præ malis. Igitur, cum
ſuccurſum eſt miſero, perinde eſt ac ſi rurſus reuixerit, & recens
iterum genitus ſit. Vnde etiam & verbum Recreare, tranſlatitiam
ſignificationem accepit.

Digitized by Google

* *In medio annorum*, dixit Habacuc, pro In medio illorum calamitoſorum & infelicium dierum, in quibus Chaldæam, eiuſque 17
vniuerſos habitatores & incolas, igni ferroq; delendos, ac penitus deuaſtandos audierat. In medio annorum viſitationis Chaldaicarum iniquitatum: ſic enim legimus apud Ieremiam: Hæc dicit (Ier. 11. 22.) Dominus exercituum: Ecce ego viſitabo ſuper eos: iuuenes morientur in gladio, filii eorum & filiæ eorum morientur in fame. Et reliquiæ non erunt ex eis. Iuducam enim malum ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum. (Ier. 23. 12.) Et alibi: Idcircò via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum ait Dominus. Legimus etiam Diem vltionis, & Diem interfectionis, pro tempore occiſionis atque vindictæ, apud eundem: Dies autem illi Domini Dei exercituum dies vltionis, vt ſumat vindictam de inimicis ſuis. (Ier. 46. 10.) Et in eodem capite: Quia dies interfectionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorũ. (Ier. 46. 21.) *In medio* autem dixit, id eſt, cum in præcipiti erunt mala, cum ingruent vehementius pericula, cum circumfluentibus vndique calamitatum fluctibus, nulla emergendi affulgebit ſpes. In medio enim alicuius rei eſſe dicitur aliquando, quod ab ipſa premitur & vrgetur maxime: vt circumfuſo malorum æſtu, nullum euadendi pateat effugium. Tale eſt illud: Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. (Pſal. 22. 4.) Et illud quoque: Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. (Pſa. 137. 7.) Sic igitur, *In medio annorum*, id eſt, cum anni illi captiuitatis, exitii ac deſolationis, nullum finem aut remedium habituri videbuntur.

* Orat igitur Habacuc Dominum, vt populum ſibi peculiarem è mediis calamitatibus, Chaldeos oppreſſuris, eripiat, & quẽ 18
tantis hactenus beneficiis proſequutus ſit cuique (vt artifices ſolent) quaſi abſolutiſſimo manuum ſuatũ operi, & ſuum nomen inſcripſerit, & notam circumciſionis inuſerit, Chaldæorum ſæuitia interire, aut ab hoſtibus Chaldæorũ, excindentibus Babylonem excindi, delerique penitus, non patiatur. Neque patieris, quæ tua eſt in illum benignitas, addit Propheta: ſed *In medio annorum facies*, quòd *Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis*. In medio illius infauſtiſſimi temporis, cùm eluctabile imminebit

bit exitium, tunc vtique palam facies, te nunquam miſericordiæ Pſal.76.10
obliuiſci, neque in ira tua continere clementiam tuam. Hocque
ipſum vt confidenter ſperem, prẹterita beneficia perſuadent, quæ
peccanti populo tuo, rebellantique toties ac retinenti, loco pœ-
næ & caſtigationis promeritæ, indefeſsè reponere conſueuiſti. Habac. 3. 7.
19 * Etenim, *Pro iniquitate* (Huc quippè referri arbitror cuncta be-
neficia, quæ Propheta recenſet) id eſt, pro infidelitate & idololatria, qua in Ægypto abominationes & idola Ægyptiorum coluerunt, vt teſtatur Ezechiel: Pro infidelitate & murmuratione, quibus, poſt tot ac tanta miracula, & Deo ipſi diffidebant, & legatis eius Moyſi & Aaron identidem obmurmurabant, dicentes: Videat Dominus, & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladium, vt occideret nos. Ac rurſus: Cum appropinquaſſet Pharao, leuantes filii Iſrael oculos ſuos, viderunt Ægyptios poſt ſe, & timuerunt valde, clamaueruntq; ad Dominum, & dixerunt ad Moyſen: Forſitan nõ erant ſepulcra in Ægypto, ideò tuliſti nos, vt moreremur in ſolitudine: quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex Ægypto? Nõnne iſte eſt ſermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis, vt ſeruiamus Ægyptiis? Deniq; pro iniquitate, qua filii Iſrael, poſt conſpecta maris rubri prodigia, murmurauerunt contra Moyſen, ad aquas Mara. Pro iniquitate, qua in deſerto. Sin murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron, dicens: Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Pro iniquitate, ad extremum, qua iurgati ſunt contra Moyſen in Raphidim, dicentes: Cur feciſti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti? Pro his omnibus iniquitatibus (inquit Habacuc) pro quibus nõ ſolum puniri, ſed deleri quoq; meruerant: non tantum Dominus ſupplicia cõdigna nõ intulit, verũ etiam amicè & beneuolè, ſe illis in monte Sinai glorioſè prodidit, & de cœlo fecit eos audire vocem ſuam, vt doceret eos: & in terra oſtendit illis ignẽ ſuum maximũ, & audierunt verba illius de medio ignis, quia dilexit patres ſuos, & elegit ſemen eorum poſt eos, vt eſt

Ezech.20. 7. Exo. 5. 21. Exo.14. 10 Exo.15.24 Exo. 16. 3. Exo. 17. 3. Deut.4.36

vt eſt apud Moyſen in Deuteronomio. Idipſum commemorat Habacuc verbis, quæ eueſtigio ſequuntur. addit enim.

3. Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.
4. Splendor eius vt lux erit.

Exo.19.16. 18.19. CVM Moyſes, accepturus legem à Deo, aſcendiſſet in montẽ 20
Sinai, ecce (inquit Exodus) cæperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montẽ, clangorq́; buccinę vehementius perſtrepebat: Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo, quaſi de fornace: eratq́; omnis mons terribilis. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & proli-
Exo.24.16 xius tendebatur. Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei, audiente populo. Et habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticẽ montis in conſpectu filiorum Iſrael. Hæc Exodus.
* Porrò autem, Deum non ſubitò ſe Moyſi atq; aliis oſtendiſſe in 21
monte Sinai, ſed verò cunctanter ac lentè, inſtar Solis exorientis, emergens è montibus Seir & Pharan, paulatim ac pedetentim in verticem aduenisse Sinai; & Canticum Deboræ & Barac, & Moy-
Iudic. 5. 4. ſis benedictio teſtantur. Ait enim Debora: Domine cum exires de Seir, & tranſires per regiones Edom, terra mota eſt, cælique ac nubes diſtillauerunt aquis. Montes fluxerũt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Iſrael. Vbi notare oportet, Hebræa ad verbũ habere: Cum incederes ex agro Edom, vel de agro Edom. Eadẽ quippe litera מ, præponitur dictioni Seir, & dictioni Agro, in hũc modum, מִשֵּׂעִיר & מִשְּׂדֵה. Declarat autẽ Debora vſitatiſſima Hebręis verborũ ac ſententiarũ repetione, Seir, de quo dixerat, montem eſſe regionis Edom, quod multis diuinæ Scripturæ locis fit
Gen.36.8. manifeſtum. Habitauit (ait Geneſis) Eſau in monte Seir, ipſe eſt Edom. Vnde Septuaginta verterunt: Cum tranſires tu ex agro Edom. Deſcribit ergo Debora Deum, viſibili ſpecie ꝓcedentem ex Idumæa, & tendentem in montem Sinai. At verò Moyſes

non

non ſolum montis Seir, ſed meminit etiam montis Pharan. ait enim: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyſes hæreditatē multitudinis Iacob. Erit apud rectiſſimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Iſraël. Hactenus Deuteronomium. Vbi pro, In dextera eius ignea lex Hebræis eſt, A dextera eius ignis lex eis. Sunt autē qui dictionē, Ignis, in nominādi caſu ſtatuentes, exiſtiment, Deū principis habitu & ſpecie apparuiſſe, multis Angelorū agminib⁹ ſtipatū, & tam̄q̄ ſatellitio circūſeptū: ad cuius dexterā illorū aliqui & legē in tabulis exaratam, & ignem aut facem igneam tenerent. Legē quidē, ad docendum ac dirigendum populum: ignem vero, in punitionem tranſgreſſorum legis. Imperfecta namque lex vetus, in timore data eſt: vt Paulus notauit. Chaldæus paraphraſtes ſic vertit: Legem ſcriptā dextera eius dedit nobis de medio ignis. At alii Igneam legem vocari putant: quod purget, exurat, quoq; omne per ignem. Deut.33. 2. Rom.8. 15. 2.Tim.1. 7.

Excoquitur vitium, atq; exundat inutilis humor.

22 * Alii vero arbitrantur, Deum legis tabulas in manu habuiſſe, ignis fulgore micantes, & veluti ſplendoris radios eminus eiaculantes. Hinc etiam ab Habacuc Cornua nuncupari cenſuerunt. vt Moyſes ex ſimili cauſa, Cornutus à Scriptura vocatur: ob flammarum nimirum pyramydalem & tortuoſam, cornuum inſtar, figuram. Pro eo autem quod in Vulgata editione legimus: Et erit apud rectiſſimum rex. Hebræi habent, & fuit in rectiſſimo rex. Eſt autem, vt ego puto, hæc Moyſis verborum ſententia: Dominus apparuit nobis de Sinai, exortus de montibus Seir & Pharan, multis Angelorum millibus comitatus, igneam ferens legem. Etenim, dilexit præ cæteris gentibus Iſraëlitas, omnes illorum ſanctos ſub tua, Domine, tutela ſuſcepiſti, tibique aſſociaſti, appropinquans eis: tantoque illos afficiens honore atque dignitate, vt etiam illis eloquia tua crederis. Nam Moyſes à te traditam legem nobis tulit, quam vniuerſus populus Iſraël, primogenitus tuus, tamquam animi ac morum hæreditatem acciperet: ſicuti terram Chanaan corporis hære- Hab.3.4. Exod.34. 29. Deut.33. 2. Deut. 4. 6. Rom.3.2. Pſal.147. 19. Exod. 4. 22.

ditatem erat accepturus,Quæ lex,rectiſſime regere atque dirigere
maiores ac minores populi,aptiſſima fuit: : vniuerſis nempe ęqua-
lis atque iuſta conſiſtens.Hæc ipſamet beneficia,etſi complicate &
compreſſe,in memoriam reuocat Habacuc,& in exemplum pro-
ponit,cum ait *Deus ab Auſtro veniet,& Sanctus de monte Pharan*:
& q̃ ſequuntur.*Verbũ enim *Veniet*,& reliqua omnia futuri tem- 23
poris verba,quæ ab hoc verſu vſque ad duodecimum occurrunt,
pro præteritis oportet accipere, phraſi linguæ Habraicæ familia-
ri admodum & protrita: quæ (vt in ſuperioribus annotatum eſt)
promiſcue in eademmet narratione,& præteritis vtitur & futuris,
Iſa. 26.5. cum hiſtorias tranſactas enarret. Vt apud Iſaiam: Quia incuruauit
habitantes in excelſo (Sic enim Habent Hebræa, teſte Forerio:
ſic tranſtulit Leo Iudæ in editione Tigurina: ſicque Vatablus in-
terpretatur) ciuitatem ſublimem humiliabit: humiliabit eam
vſque ad terram,detrahet eã vſque ad puluerem. Primum verbum
Incuruauit, eſt in præterito: poſteriora,futuri ſunt temporis. Vt
videas (inquit Forerius) parum ſolicitos eſſe oportere interpre-
tes de temporibus. Pſalmo ſexageſimo quinto, vbi legimus: Qui
Pſal.65.6. conuertit mare in aridam,in flumine pertranſibunt pede. verbum
Conuertit,præteriti eſt temporis: Pertranſibunt autem futuri: vt
reddidit Editio Vulgata,& interpretes pro Caietano atteſtantur:
qui ex eiuſdem Thomę præſcripto non ſolum verbum verbo, ſed
tempus tempori & perſonam perſonæ, accurate & religioſe dede-
runt. Vtitur porro Pſalmographus temporis enallage,futuro poſi-
to pro præterito,cum ſignificare vellet ac dicere: Mare rubrum
Deus mutauit in aridam, & fluuium Iordanem pedibus Iſraëlitæ
tranſierunt.*Sed quid huius rei teſtimonia quaſi mendiciter hinc 24
inde colligimus? cum vel vnus Pſalmus ſeptuageſimus ſeptimus
(Si credimus interpretibus pro Caietano) plus duodecim præſta-
re poſſit exempla,in quibus,nõ præpoſita conuerſiua litera,ו,vau,
futuri tẽporis verba pro præteritis manifeſte vſurpant: & promi-
ſcue in eadẽ ſententia, enarrandis hiſtoriis veterrimis,futura ꝑte-
ritis coniungũtur. Etenim verſu quinto decimo,ꝓ eo ꝙ legimus
Pſa. 77.15. in Vulgata editione: Interrupit petrã in eremo, & adaquauit eos
velut in abyſſo multa.Hebrea habent ad verbũ, ꝙ & interpretes ꝓ
Caietano verterũt: Scindet petras in deſerto, & fecit bibere quaſi
abyſ-

abyſſos multitudinem. Verſu autem viceſimo, pro: Quoniam per- Pſal. 77.
cuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt, He- 26.
bræi illi ex Hebræo interpretantur: Ecce percuſſit petram, & flu-
xerunt aquæ, & flumina inundabunt. Verſu viceſimo ſexto, pro:
Tranſtulit Auſtrum de cœlo, & induxit in virtute ſua Africum. He-
bræis eſt: Faciet moueri Orientalem in cælis, & duxit in fortitudi-
ne ſua Auſtrum. Verſu vndetriceſimo, pro: Et manducauerunt & Pſal. 77.
ſaturati ſunt nimis, & deſideriũ eorum attulit eis. Hebræa habent 29.
ex illorum ſententia: Et comederunt & ſaturati ſunt valde, & de-
ſiderium eorum veniet eis. Verſu quadrageſimo, pro: Quoties Pſal. 77.
exacerbauerunt eum in deſerto, in iram concitauerunt eum in 40.
inaquoſo. Iudæi illi legunt: Quoties rebellauerunt ipſi in deſer-
to, facient dolere eum in ſolitudine. Verſu porro quadrageſimo
quarto, pro: Et conuertit in ſanguinem flumina eorum, & im- Pſal. 77.
bres eorum, ne biberent. Illi reddiderunt ad verbum: Et con- 44.
uertit in ſanguinem riuos eorum, & flumina eorum, non bibent.
Verſu confeſtim quadrageſimo quinto, pro: Miſit in eos cœno- Pſal. 77.
miyam & comedit eos, Hebræis eſt, vt illi teſtantur: Mittet in 45.
eos miſturam, & comedit eos. Verſu quadrageſimo ſeptimo,
pro: Occidit in grandine vineas eorum. Interpretes pro Caieta- Pſal. 77.
25 no verterunt: Occidet in grandine vitem eorum. * Denique, vt 47.
ex eodem Pſalmo alia prætermittam exempla, verſu ſexageſimo Pſal. 77.
quarto, pro: Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eo- 64.
rum non plorabantur. Hebræis eſt in futuro, Non flebunt. quod
interpretes iidem poſuerunt. Quin etiam Editio Vulgata Com-
plutenſis, in futuro legit, Non plorabuntur: habent enim Græca
quoque futurum λαυθήσονται. Et in libro Iob, capite viceſimo ſe-
ptimo, pro his ipſis verbo, tempore, atq; perſona תִּבְכֶּינָה, Vulgatus
interpres in futuro vertit, Lugebunt. Ait enim: Qui reliqui fue- Iob. 27.
rint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius nõ plorabunt. Nẽ- 15.
pe, quia ſimul cum maritis occumbent, neque eos plorandi ſpati-
um accipient. Quemadmodũ nurui Heli, Phinees vxori prægnanti, 1. Reg. 4.
contigiſſe legimus: quam hiſtoriã proculdubio refert Pſalmogra- 19.
phus. Vnde (vt factũ fuerat in libro Iob) non in paſſiua ſignifica-
tione, neque in præterito, Plorabantur: ſed in actiua & futuro,
vertendũ fuiſſe videtur: Et viduæ eorũ non plorabunt. Id eſt, Non

Qq 2 maritis

maritis fuerunt ſuperſtites. Eſt enim apud Dauidem ſenſus idem, qui apud Senecam in Oedipo, vbi funeſtiſſimam Thebarum peſtem deſcribens, ſic ait:

Pars nulla regni immunis exitio vacat,
Sed omnis ætas pariter & ſexus ruit,
Iuuenesq; ſenibus iungit, & gnatis patres
Funeſta peſtis, vna fax thalamos cremat,
Fletuq; acerbo funera & queſtu carent.

Denique, pro תִבְכֶּינָה apud Iob, Flebunt tranſtulerunt Pagninus, & eius expurgatores, Arias Montanus, Raphelengius, Guido & Nicolaus Fabricii: cum pro eademmet dictione, eisdemq; vocalibus punctis ſcripta, tranſtulerint in Pſalterio, non fleuerunt, vt non ſatis ſibi in hac parte cõſtitiſſe mihi videantur. Aut enim apud Iob vertendum fuerat ad verbum: Superſtites eius in morte ſepelientur, & viduæ eius non fleuerunt: aut certe in Pſalmo transferre oportuiſſet (vt tempus tempori reſponderet, quod illi facere profitentur) Sacerdotes eius in gladio ceciderunt: & viduæ eius non flebunt. Ex quo adigimur exiſtimare, preſſius hæc ad verbum quã illi, interpretes pro Caietano expreſſiſſe. Vides ne igitur, quam ſæpe absque permutatrice litera, ו, vel in vno tantummodo Pſalmo, pro præteritis futura ſumantur? & pariter in eadem ſententia, futura præteritis copulentur? Ita igitur & Habacuc præteritis futura commiſcet; neque eſt cur ex miſtione hac, non præterita recenſere credatur.

* Illud porro ſilentio prætereundum non eſt, pro *Ab Auſtro*, 26
Hebræis eſſe מִתֵּימָן id eſt, de Theman. Theman autem (inquit Hieronymus in locis Hebraicis) regio principum Edom, in terra
Gen.36.11. Gebalitica, à Theman filio Eliphaz filii Eſau ſortita vocabulum. Sed & vsque hodie eſt villa nomine Theman, diſtans ab vrbe Petra quinque milibus: vbi & Romanorum militum præſidium ſe-
Gen.25.15. det: de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorum. Vnusquoque filiorum Iſmael appellabatur Theman. Sciendum autem, quod omnis Auſtralis regio Hebræis Theman dicitur. Hieronymus hucusque. Ergo Theman nomen proprium fuit cuiusdam nepotis Eſau. Cui Theman, eiusque ſoboli, ea regione, quam auus obtinuit,

Digitized by Google

nuit, in varias Toparchias diuiſa, vna earum contigiſſe narratur: quæ ab eo eſt dicta Ducatus Theman. Ex qua porro per ſynecdochen, vniuerſa prouincia Idumææ nomen eſt ſortita Theman. Vt illud manifeſte declarat, quod dicitur apud Ieremiam. Gen.36.15.

27 * Ad Idumæam: Hæc dicit Dominus exercituum, numquid nõ vltra eſt ſapientia in Theman? Et in eodem capite: Propterea audite conſilium Domini, quod iniit de Edom, & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Theman. Familiariſſima quippe diuinis ſcriptoribus epanaphora idem repetit, & Theman atque Edom, eandem eſſe regionem, epexegeſi figura nos edocet. Attamen, quoniam Idumæa, cuius mons erat Seir, Chananæam ab Auſtro terminabat: vt apparet ex eo, quod dicitur in libro Ioſuę: Cępit Ioſuę omnem terram montanam & meridianam, terramque Geſſen, & planitiem, & occidentalem plagam, montemque Iſraël, & campeſtria eius, & partem montis quæ aſcendit Seir, vſque Baal-gad per planitiem Libani ſubter montem Hermon. Et in alio loco: Hi ſunt reges terræ, quos percuſſit Ioſuę & filii Iſraël trans Iordanem ad Occidentalem plagam (Iordanis) à Baal-gad in campo Libani, vſque ad montem, cuius pars aſcendit in Seir. (Deſcribitur enim vniuerſa Chananæa, atque concluditur duobus terminis: Seir videlicet ad Auſtrum, Libano autem ad Aquilonem) Quia igitur Chananæam mons Seir ad Auſtrum finiebat, factum inde eſt, vt illam incolentibus, nomen Theman pro Auſtro conſueuerit vſurpari. Vt ſunt nonnulla ventorum nomina, à regionibus, à quibus ſpirant, mutuata: cuiusmodi ſunt Lybs & Iapix. Iere.49.7. Ier.49.20. Ioſ.11.16. Ioſ.12.7.

28 * Sunt qui velint, Auſtrum vocari Theman, id eſt, dextrum: quoniam aſpicientibus nobis Orientem, Auſter dexteræ adſiſtat. Eſt enim Hebræis יָמִין dextera & dexter: vnde Beniamin, id eſt, filius dextrę à patre vocatus eſt. Hincque Hieronymus pro eo, quod legimus in Pſalmis: Aquilonem & Mare tu creaſti. Aquilonem & Dextrum interpretatur: habent enim Hebraica יָמִין. At Editio vulgata, quæ verſionem Septuaginta ſeniorum in Pſalmis prope ſemper ſecuta eſt, Mare, iuxta cum illis reddidit pro יָמִין: eò quod Mare ſalis, ſiue Mare mortuum, Auſtrales Iudaicæ hæreditatis fines metaretur. Aut forſitan legerunt יַמִּים, id eſt, maria: aut etiam Gen.35.18. Pſal.18.12.

מִנִּי per daghes: vt pluralia aliquando per ן Nun, ſicut & per ם
Mem terminantur, vt in hunc ipſum Pſalmorum locum Gene-
brardus annotauit,& nos poſtmodum dicturi ſumus.* Verum vn- 29
decunque Theman,ventum Auſtrum appellari contigerit ; certe
in hoc loco Habacuc,transferendum fuiſſe Theman, non Auſtrũ,
videbatur ex hoc,quod Seir, & Pharan, Idumæa denique, (vnde
Deum in montem Sinai aduenisse probatum eſt) non eſt ad Au-
ſtrum,ſed ad Orientem,montis Sinai: etiam ſi ſit ad Auſtrum ter-
tæ promiſſionis. Quod vel inde fit manifeſtum, quod cum profe-
cti de Ægypto filii Iſraël,à Meridie tenderent in Aquilonem,poſt-
quã tamen diſceſſerunt à monte Sinai,& multis interpoſitis man-
ſionibus venerunt in Cades,tranſeundum adhuc illis fuit rectà per
regionem Edom,vt libri Numerorum narrat hiſtoria. Declinaue-
rant autem Iſraëlitæ tortuoſis itineribus ad Orientem. Veniens
Nu.20.14. ergo Deus de Theman,ſeu Seir,in Sinai,ab Oriente venit, non ab
Nu.33.5. Auſtro. Quod forſitan peruidentes Septuaginta ſeniores, Aqui-
Deut. 1. 2. la,Symmachus,& Quinta editio, hosq; ſecuta Tigurina tranſlatio,
adde etiam & expurgatores Pagnini,nomen in hoc loco retinuere
Theman. Retinuere & apud Abdiam, vbi vertit vulgatus inter-
pres: Et timebunt fortes tui à Meridie quippe Septuaginta verte-
Abd.1.9. runt: Et pauebunt bellatores tui de Theman. Quod magis vide-
tur congruere cum his quę pręceſſerunt & ſubſequuntur: habent
namque ad verbum Hebraica: Nonne in die illa, dixit Dominus,
& perdere faciam ſapientes de Edom,& intelligentiam de monte
Eſau? Et frangentur fortes tui Theman,vt ſuccidatur vir de mon-
te Eſau? Nihilominus vulgatus interpres, vertens Ab Auſtro pro
Mi Theman,nihil à diuina ſcriptura, aut etiam à ratione geogra-
phiæ,alienum vertiſſe cenſendus eſt. Solent namque diuini ſcri-
ptores,cœli plagas,& ſitus regionum, reſpectu Palæſtinæ notare,
non interdum eius loci reſpectu,quo quis vadit,aut vnde digredi-
Gen. 13. 1. tur. Cuiuſmodi eſt illud,Geneſis decimo tertio: Aſcendit Abram
de Ægypto,ipſe & vxor eius,& omnia quę habebat,& Lot cum eo,
ad Auſtralem plagam. Neque enim hoc Ægypti reſpectu, ſed ter-
ræ Chanaan, pronunciatur.

* Pharan,vaſtiſſimam eremum fuiſſe, plurima loca diuinæ ſcri- 30
pturæ nos admonent. In hanc filii Iſraël,profecti de deſerto Sinai,
tri-

Digitized by Google

trium dierum itinere peruenerunt: Si de Pharan, & non de Sepulchris concupiſcentiæ, dicitur in libro Numerorum: Profecti Nu.10.33.
ſunt de monte Domini viam trium dierum, arcaque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens caſtrorum locum.
Dictum autem fuerat ſuperius: Anno ſecundo, menſe ſecundo, Nu.10.11.
viceſima die menſis, eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis: profectiq; ſunt filii Iſraël per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan. Quibus verbis, ſcripturarum more, quaſi in ſumma proponitur, quò progreſſus ſit populus à diutina manſione Sinai, ad ſtatiua Pharan. Verùm enimuero, ante quam Nu.33.16.
peruenirent in Pharan, conſederunt ad Sepulchra concupiſcentiæ, 17.
& iterum ſteterunt in Haſeroth. At, hæ manſiones non fuerunt diuturnæ: ſed tanquam vna aut altera fatigati populi reſpiratio, quibus paululum interquieuerunt. Profectus vero populus de Haſeroth, tunc caſtrametatus eſt in deſerto Pharan, in quo (vt notauit Hieronymus ad Fabiolam) p octodecim manſiones, à Rethma vſque ad Aſiongaber, commoratus eſt multis diebus.
31 * Diſtabat igitur deſertum Pharan à monte Sinai, trium ad minimũ dierum itinere: protendebatur autem vſq; ad vrbem Cades: ſic enim habetur in Numeris: Reuerſi exploratores terræ poſt quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moyſen & Aaron, & ad omnẽ cœtum filiorum Iſraël in deſertum Pharan, quod eſt in Cades. Nu.13.27.
Hæc porro ciuitas contermina fuit Id. .mææ, vt conſtat etiam ex Numeris, vbi dicitur: Miſit interea nuncios Moyſes de Cades Nu.20.14
ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Iſraël: Ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti, obſecramus, vt nobis tranſire liceat per terram tuam. Erat præterea Cades, ſeu Cabes-barne, Auſtralis terræ promiſſionis limes: ſic enim habetur in Numeris, dum termini eius circumſcribuntur: Pars meridiana incipiet à ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Edom: & habebit Nu.34.4.
terminos cõtra Orientem Mare ſalſiſſimum: qui circuibunt Auſtralem plagam per Aſcenſum ſcorpionis, ita vt tranſeant in Senna, & perueniant ad Meridiem (vel, à Meridie: vt repoſuit nouiſſime Sixti Editio vulgata) vſque ad Cadesbarne. Idem eſt autem, A Meridie, quod Ad Meridiem. Vt eſt etiam idem, A dextris, quod ad dexteram. Id eſt, per Auſtralem plagam. Diſtabat porro mons

Sinai à Cades barne vndecim dierum itinere, autore ipſo Moyſe,
Deut. 1. 2. qui ſic ait in Deuteronomio: Vndecim diebus de Horeb, per viam
montis Seir, vſque ad Cadesbarne.

*Scio, Plurimos in hanc conueniſſe ſententiam, Chadeſ-barne 32
Nu. 33. 36. longe diſſitam fuiſſe à Cades, ad quam triceſima tertia caſtra poſi-
Nu. 13. 1. ta fuere in ſolitudine Sim: Videntur enim decima quinta manſio-
Nu. 32. 8. Deut. 1. 19. ne Iſraëlitæ conſediſſe ad Chadeſ-barne. Sed quando incertis ad-
Deu. 2. 14. modum atque perplexis gyris, per inuiam ſolitudinem Pharan cir-
Nu. 20. 14. cumductos fuiſſe conſtat quam Plurimis manſionibus: incredi-
bile profectò non eſt (quin & Maſſo nobiſcum videtur) vt no-
men, ita & locum, vnum eumdemque eſſe, apud nobilem illam vr-
bem Petram. Idque etiam Chaldęus paraphraſtes ſenſiſſe videtur,
qui pro vtraque Cades reddidit רקם. Hieronymus de locis Hebrai-
cis, vnam atque eamdem ciuitatem eſſe autumat: inquit enim:
Cades, vbi fons eſt iudicii, & Cadeſ-barne in deſerto, quæ coniun-
Num. 20. gitur ciuitati Petrę in Arabia: ibi occubuit Maria, & Moyſes, rupe
percuſa, aquam ſitienti populo dedit. Porro, hæc ipſa quę Hierony-
mus refert, in Cades geſta fuiſſe narrantur.

*Fuit Etiam & ciuitas nomine *Pharan*, non procul à monte 33
Seir, vt licet ex Geneſi coniectare, vbi dicitur: Quarto decimo an-
Gen. 14. 5. no venit Chodorlahomor, & reges qui erant cũ eo: percuſerunt-
que Raphaim in Aſtaroth, Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim
in Saue Chariathaim, & Corræos in montibus Seir, vſque
ad Campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. Vel, vt ha-
bent Hebræa: Vsque ad quercum, aut quercetum Pharan,
quæ eſt ſuper deſertum. Sed etiam ex libro tertio Regum facile
colligitur, euntibus ex Idumæa in Ægyptum, vnde aduenerunt Iſ-
raëlitæ, viam fuiſſe per deſertum, & forſitan quoque per ipſam
3. Reg. 11. 18. vrbem, Pharan: ſic enim ibidem legimus: Cum eſſet Dauid in
Idumæa, & aſcendiſſet Ioab princeps militiæ ad ſepeliendum eos,
qui fuerant interfecti, & occidiſſet omne maſculinum in Idumæa,
fugit Adad ipſe, & viri Idumæi de ſeruis patris eius cum eo, vt in-
grederetur Ægyptum: erat autem Adad puer paruulus. Cumque
ſurrexiſſent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque ſecum
viros de Pharan, & introierunt Ægyptum. Fuit ergo ciuitas Pha-
ran, vnde ſecum viros tolleret Adad, ſita in deſerto Pharan, &, vt
Gene-

Digitized by Google

Geneſis ſignificare videtur,in extremis finibus ſolitudinis. Neque enim apud Hebræos,deſerta dicuntur loca, quod nihil ſit ibi aut rerum,aut hominum,cum in ſcriptura diuina, multæ vrbes in deſerto eſſe dicantur, & vel vni tribui Iuda ſortitò obtigerint in deſerto,Beth-araba,Meddin,Sachacha,Nebſan,Ciuitas-ſalis, & Engaddi,ciuitates ſex & villæ earum.Dicuntur ergo Hebræis Deſertum loca ſylueſtria,paſcua,ſiue campeſtria, in quibus ſparſim homines & rari habitant: ſicut in Hercynia ſylua, & ſimilibus locis incultis videre eſt. Ioſ. 15. 61.

34 * Fuiſſe denique & montem nomine *Pharan*, duobus teſtibus irrefragabilis fidei didicimus,Moyſe,ſcilicet, & Habacuco. Ergo, ſicut diximus de Galaad,nomen eſſe (vt aiunt)æquiuocum: nuncque Galaadit in regionem,nunc vrbem filiorum Machir,nunc Libani iugum ſignificare: ſic quoque nunc dicimus de Pharan,interdum vaſtiſſimæ ſolitudinis,ciuitatis etiam interdum, nonnunquã montis eſſe vocabulum. Quamq̃ ego magis exiſtimo, proprium nomen vrbis eſſe Pharan: nuſquam ſiquidem abſolute poſitum eſt,niſi cum ciuitatem deſignat. Vt pote libro tertio Regum, cum viros inde eduxit Adad; & capite primo Deuteronomii, vbi dicitur: Inter Pharan,& Thophel,& Laban,& Haſeroth,quę quidem, probabile eſt,ciuitatum eſſe vocabula. Cæterum in omnibus aliis diuinæ ſcripturæ locis, cum vel montem vel deſertum ſignificat, nunquam ponitur abſolute,ſed cum monte vel cum deſerto coniungitur,& dicitur,Mons Pharan,aut Deſertum Pharan. Et tunc quoque ciuitatem ipſam ſignificat: appellaturque Deſertum Pharan, eo quod Pharan eſſet præcipua illius deſerti vrbs, & Mons Pharan,quia immineret ciuitati Pharan,vel ad eius radices ſita eſſet. Arbitror itaque,ſic dici *Montem Pharan*, & Deſertum Pharan: quemadmodum inuenimus Montem Bethel,& montem Ecbatanis,& deſertum Engaddi,& deſertum Thecuæ vel Cades: quę non deſertorum aut montium,ſed ſunt nomina ciuitatum notiſſima. Deu. 33. 2. Hab. 3. 3. 3. Reg. 11. 18. Deut. 1. 1. Ioſ. 16. 1. Can. 2. 17. Tob. 5. 8. 1. Reg. 24. 2. 2. Par. 20. 20. Pſal. 28. 8.

35 * Ex his porro, quæ ſunt dicta,iam liquet: *Montem Pharan* non vicinum eſſe monti Sinai, vt Hieronymus exiſtimauit: quin & eundem eſſe, videtur ſubindicare, cum ait: Pharan vicinus eſt locus monti Sina. Et quod infertur, Diapſalma, id eſt, ſem-

per, habere ſenſum: Ipſe qui natus eſt in Bethlehem, & qui in Sina, id eſt, in monte Pharan, legem dedit, ſemper in vniuerſis beneficiis, præteritis & præſentibus & futuris autor eſt & largitor. Hæc ille. At, ex dictis non obſcure colligitur, montem Pharan eundem eſſe cum monte Seir, qua reſpiciebat verſus montem Sinai, longe tamen à Sinai diſſitum. Quippe cum Cades, quæ erat in extremis finibus Idumææ, diſtaret à monte Sinai vndecim dierum itinere:
Nu.20.14. Deut. 1. 2. vt dicitur in Deuteronomio. Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vſque ad Cades-barne. Horeb autem pars eſt montis
Ecc.48. 7. Sinai, iuxta illud de Elia in Eccleſiaſtico: Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defenſionis. Declarat autem Moyſes, Iſraëlitas vndecim dierũ labore & itinere, à Sinai perueniſſe in Cades, quamuis ſæpe interquieuerint in via: ita vt poſt alterum menſem ad illam perueniſſe videantur.* Seir igitur qua reſpiciebat Si- 36
nai, & qua imminebat ciuitati Pharan, ab eadem appellationem accepit, idemque eſt mons Pharan & Seir. Conſentitque Deboræ canticum, quod ſolius meminit montis Seir & regionis Edom: cum Moyſes conſueta diuinis ſcriptoribus repetitione dixerit, De Seir ortus eſt nobis, apparuit de monte Pharan. Habacuc eadem
Deut.33.1. figura: Deus de Theman veniet & Sanctus de monte Pharan. At
Iud. 5. 4. Debora pro his omnibus, Domine cum exires de Seir, & egredereris de regione Edom. Ab hoc monte vaſtiſſima ſolitudo aduerſus montem Sinai longiſſimo procurrebat ſpatio, ex hocque ipſo Deus per vaſtiſſimam illam eremum aduenisſe dicitur in montem Sinai: quoniam inde ſeſe primum attollens, inſtarque exorientis Solis exurgens, gloria Domini ſeſe primum oſtenderit? Id eſt, à Pharan & Seir:

Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abſtulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.

* *Gloria* quippe Domini, eæ res omnes à ſcriptura dicuntur, 37
quæ cum eius diuinam præſentiam, tum etiam maieſtatem teſtan-
Exo.16. 10 tur. Ecce, inquit Exodus, gloria Domini apparuit in nube. Et alibi:
Exod. 24. 17. Erat ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardens ſuper verticem mõtis in conſpectu filiorum Iſraël. Neque *Gloria* ſolum late ſparſam famam, & nominis celebritatem, ſignificat: ſed ea quoque, vnde fama illa ſpargitur, & quorum cauſa ita quis celebratur. Huius generis

neris ſunt apud eos, quos mundus & prædicat & miratur: ædes ſuperbæ, vaſa prætioſa, veſtes magnificæ, ſplendidæ epulæ; tapetia belluata Attalica aulæa, greges phaleratorum equorum, & copioſæ famulorum cateruæ. Hinc eſt illud Domini de Salomone: Cōſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant neque nent. Math. 6. 28.
Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Eodem modo dicitur Aſſuerus, Eſth. 1.
paraſſe grande conuiuium: vt oſtentaret diuitias gloriæ regni ſui.

18 * Eiuſdem ſignificationis videtur eſſe nonnunquam diuinis ſcriptoribus vocabulum *Laus*. Neque enim teſtimonium tantummodo populi, de aliquo recta loquentis, importat: verum id etiam ſignificat, ex quo laudandi paratur occaſio. Cuiuſmodi eſt Exo. 15 2.
illud: Fortitudo mea, & laus mea Dominus. Significat igitur Habacuc: *Gloriam Dei*, id eſt, aduentus & præſentia eius manifeſtiſſima ſigna, cœlos operuiſſe; ita vt cœli ſpecies ac facies à mortalibus, prę fumo & fulgore & denſa caligine, nequaquam conſpici poſſet: & tota illa terra vndequaque impleretur diuinę laudis: & magnus admirantis atque laudantis populi clamor vndique circumſonaret. *Plena eſt*, quippe dixit Propheta, pro pręterito, plena fuit; prętertis pręſens tempus commiſcens: vt Vergilius quoque, cum ait:

Ceciditque ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.

Fumat enim dixit, pro fumauit. Sic igitur & Habacuc: *Operuit*, inquit, *Cælos gloria* vel decor *Eius*, *& laudis eius plena eſt terra*, *& ſplendor vt lux erat*. Neque enim eſt *Eius* Hebręis, & erat legitur in præterito.

19 * Cæterum, in hoc loco ab Hebræis interponitur dictio סֶלָה *Sela*, pro qua Hieronymus, Semper: alii aliter interpretati ſunt. Eamque nuſquam in diuina ſcriptura, pręterquam in Pſalmis frequenter, & ter in Oratione Habacuc, haberi, Hieroymus ad Marcellum ſcribit. Ad quem ablegantes lectorem, quæ Vates ſubinferat videamus. Quando hæc dictio à vulgata editione expulſa nunc recens omnino eſt: neque quicquam certi de ea, deq; eius ſignificatu, quiſquam attuliſſe videatur.

4 *Cornua in manibus eius.*

5 *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.*

PRO, *Cornua in manibus eius*, Hebræis eſt, Cornua è manu eius 40
ipſi, קַרְנַיִם מִיָּדוֹ לוֹ. Sunt autem qui putent, relatiuum, ipſi, poni ſine antecedente, ad Moyſenque referri, cuius facies ex conſortio ſermonis Domini in monte, cornuta facta eſt: vt habetur in
Exo. 34. 29. Exodo. Poni autem frequenter Hebræis relatiua abſque antecedente, iam ſuperius annotatum eſt. Huc igitur reſpexiſſe mihi videntur Pagninus & Vatablus, transferentes: Splendores de manu eius fuerunt ei. Quin Vatablus ſeipſum declarat, ait enim: Splendores è manu eius fuerunt ei: ſubaudi Moyſi. Relatiuum ſine antecedente: Id eſt, Reddidit faciem eius ſplendidam. Hæc ille. At alii, ad Deum referentes vtrumque relatiuum, eius, & ipſi, de legis tabulis, inſtar ignis micantibus, intelligunt: vt iam paulo ſuperius prædiximus. Tabulas quippe, veluti cornua, flexuoſos ſplendoris ac lucis radios longe eiaculaſſe arbitrantur: ſiquidem ſcriptura teſtatur, Legem igneam in dextera Dei fuiſſe. Lucis autem radios,
Deu. 33. 2. Cornua vocari à Propheta, exiſtimarunt, ob flammarum atque radiorum pyramydalem tortuoſamque figuram: unde & hinc poëtas Vulcanum claudum finxiſſe aſſerunt. In hoc porro lucis atque ſplendoris apparatu, quaſi in quodam regali tentorio, diuinam naturam, vim & fortitudinem latuiſſe, interpretantur: quoniam eam homines adorare quidem poſſent, videre autem non poſſent.

*Ego vero mortem ac diabolum, quorum mentio mox ſub- 41
infertur, *Cornuum* nomine ſignificari, non dubito. Propheta quippe confeſtim ſeſe explicat, &, de more diuinis Vatibus vſitatiſſimo, id quod prius ſubobſcure ac metaphorice dixerat, proprie atque enodatè declarans, ſubiungit: *Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.* Frequens eſt autẽ in diuina ſcriptura, à feris cornupetis deducta metaphora, eos dici ventilare cornu, vel cornupetere, qui aliquos debellant, proſternunt, proculcant & ꝓterũt.
3.Reg. 22. 11. Fecit ſibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait regi Iſraël: hęc dicit Dominꝰ: His vẽtilabis vel cornupetes, Syriã, donec deleas eam. Huius etiam generis eſt illud Moyſis in benedictione

Ioſeph:

Ioſeph: Quaſi primogeniti tauri pulcritudo eius, cornua rhinoce- Deu. 33.
rotis cornua illius: in ipſis ventilabit vel cornupetet, gentes. Et il- 17.
lud quoque: In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. Vel vt Pſal. 43.
habent Hebraica: In te hoſtes noſtros cornupetemus. Vnico nem- 6.
pe vocabulo in his omnibus locis, נָגַח: quod petere cornu ſignifi-
cat. Vt nos quoque Hiſpani vno tantum verbo dicimus, Acornar.
Tollere autem cornua, pro animo efferri, poſuit Dauid: Dixi ini-
quis, Nolite inique agere: delinquentibus, Nolite exaltare cornu: Pſa. 74. 5.
nolite extollere in altum cornu veſtrũ, nolite loqui aduerſus De-
um iniquitatem. Neque abſimile eſt illud poëtę: Namque in ma-
42 los acerrimus Parata tollo cornua.* Illud vero Cornu alicuius eſſe
dicitur quo alios impetit atque profligat, & ad perniciem dedu-
cit: aut etiam quo perniciem à ſe, vel aliquod damnum propel-
lit. Hinc dicitur in carmine Dauid: Deus fortis meus ſperabo in 2. Reg. 22.
eum: ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ. Hinc etiam Chri- 3.
ſtus, cornu ſalutis nobis factus fuiſſe, perhibetur. Et Daniel de- Pſal. 17. 3.
cem cornua quartæ beſtiæ, decem reges, per quos quartum il- Luc. 1. 69.
lud præſtantiſſimum omnium regnum propagatum eſt, ſignifi- Dan. 7.
care, interpretatur. 24.

43 *Deum porro mortis atque diaboli miniſterio, quaſi oppoſi-
tis cornibus, in hoſtes ſuos ferri, non ſemel Scriptura teſtatur: il-
ludque Dauidicum manifeſtat, ſi cum Auguſtino & cum aliis, ad
cacodæmones referendũ cenſeamus: Miſit in eos iram indignati- Pſ. 77. 49.
onis ſuæ, indignationem & iram, & tribulationem: immiſſionem
per angelos malos. Viuã fecit ſemitæ iræ ſuę, non pepercit à morte
animabus eorum, & iumenta eorum in morte concluſit. Ecce, di-
abolo & morte, veluti cornibus, in Ægypto Dominus, & viam ſibi
debellantis hoſtibus aperuiſſe, & ab homine vſq; ad pecus, omnia
vaſtaſſe ac perdidiſſe, dicitur. Cui etiam confine eſt illud: Diabolus Pſa. 108. 6.
ſtet à dexteris eius: fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius, acci-
piat alter. Fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua. Morte quippe
ac diabolo feriti Doëg, alioſq; Dauidis calumniatores efflagitat.
His ſimilia nunc infert Habacuc: Deũ nempe pro Iudęorũ iniqui-
tate, id eſt, pro pœna ſceleribus illorũ debita: diabolo ac morte, ve-
luti cornibus oppoſitis, in Chananęos irruiſſe, & (vt canit Pſalmo- Pſal. 43. 3.
graphus) gentes illas diſperdiſſe, afflixiſſe populos, & expuliſſe:

Digitized by Google

quo Iſraëlitas inibi cõſtitueret,&ad modũ ſelectæ vineę plantaret.
* IN his autem cornibus *Abſcondita* dicitur *Fortitudo Dei*: eo 44
Ezech. 9.1. quod diabolus & mors tamquam vaſa interfectionis Deo ſint, vt
dixit Ezechiel,& quaſi narthecia fortitudinis eius. Idemque mihi
ſonat apud Habacuc: *Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt forti-*
Iſa. 10. 5. *tudo eius: ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pe-*
des eius. quod illud apud Iſaiam: Aſſur, virga furoris mei & baculus
ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea, Fortiſſimam eſſe Mortẽ,
Cant. 8. 6. vel comparatio illa apud Canticum canticorum oſtendit: Fortis
Luc. 11. 21. eſt vt mors dilectio. Diabolus vero in Euangelio fortis armatus
vocatur. Cornua porro olim aſſeruandis rebus aliquibus deſeruiſ-
ſe, notiſſimum eſt: quando olei cornu vngendis regibus, ſacerdoti-
bus, atque prophetis, paſſim in ſacris bibliis offendimus. Et vna ex
Iob. 42. 14. Iob filiabus, Cornuſtibii nomen accepit, ob pulcritudinem: quod-
que (vt Olympias dixiſſe fertur) ipſa ex ſeſe haberet amatoria me-
dicamenta. Non ſunt enim inuentæ mulieres ſpecioſæ ſicut filiæ
Iob in vniuerſa terra.
* *Manus Dei* in diuina Scriptura, inter alias ſignificatio- 45
Nu. 11. 23. nes, Dei potentiam atque fortitudinem denotat. Vt in Numeris:
Iſa. 59. 1 Numquid manus Domini inualida eſt? Et apud Iſaiam: Non eſt
abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat. Ponitur etiam per-
ſæpe pro vindicta, caſtigatione, & ſtrage, à Dei fortitudine immiſ-
Exod. 14. ſis atque editis. Vt in Exodo: Et viderunt Ægyptios mortuos ſu-
31. per littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus
Pſal. 20. 9. contra eos. Et in Pſalmis: inueniatur manus tua omnibus inimicis
Heb. 10. tuis. Vnde eſt illud Pauli ad Hebræos: Horrendum eſt incidere in
1. manus Dei viuentis. Significat denique grauem plagam & afflicti-
Iob. 19. onem à Deo inflictam. Vt apud Iob, Manus Domini tetigit me. In
21. qua etiã ſignificatione, frequenter Hiſpani vſurpare ſolemus: Dar
mano: pro, verbis aut factis damnũ cuipiã aut Dolorẽ inferre. *Er- 46
go, *Cornua in manibus eius*, metaphorice dicit Habacuc, ꝑ: Aſſum-
ſit Deus adminiſtros & ſatellites fortitudinis ſuæ, mortẽ atque dia-
bolum: quaſi cornua quædam & inſtrumenta vaſtifica, quibus po-
tentiam & fortitudinẽ ſuam in vltionẽ ac vaſtationẽ Chananæorũ
exerceret: hiſq; ante eũ præeuntibus, terrã Deus promiſſionis in-
greditur, vt expulſis ac deletis indigenis, Iſraëlitas inibi col-
loca-

Digitized by Google

locarer. Idem eſt igitur, Mortem & Diabolum cornua eſſe è manu Dei procedentia, & (quod Vates eueſtigio ſubiungit) Dei fortitudinem latere vel aſſeruari in his cornibus. Nam ἐξηγητικῶς illud Vates annectit; *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius*: vel, vt ad verbum habent Hebræa: Et ibi abſconſio fortitudinis eius. Moris eſt enim (vt ſæpe diximus) diuinis autoribus & ante alios præcipuè Habacuc, obſcuris lucidiora ſubtexere, & quod prius ſub ænigmate dixerant, apertius ſine mora proferre.

47 *Quod autem in Hebręo duo ſimul relatiua ponuntur, Eius, videlicet, & ipſi, nihil impedit, quominus ea quæ dicuntur, ad Deum tantummodo referamus. Frequens eſt enim pleonaſmus Hebræis, redundantq; illis ſępiſſimę relatiua; ſicut etiã & nobis Hiſpanis, quorum lingua, & natiua dialectus, ſupra modum Hebraiſmis ſcatet. Redundat vtique alterum relatiuorum in Pſalmis, vbi dicitur: Pſal. 73.2. Mons Sion in quo habitaſti in eo. Et ibi quoque Beata gens cuius Pſal. 32.12. eſt Dominus, Deus eius. Id eſt, Beata gens, quæ pro Deo habet atque colit eum, qui vere eſt Deus, non idolorum ſimulacra, vel aliud quidquam. Eſt enim pro, Dominus, in Hebræo יהוה, de quo ſupra diſſeruimus abunde. Redundant & nobis Hiſpanis frequenter (vt diximus) relatiua: neque citra noſtri idiomatis proprietatem diceremus:

Cuernos de ſus manos de'l,
Vaſos de ſu fortaleza,
Y uan deſtrozando ant'el,
Muerte y diablo con preſteza.

Et tamen alterũ relatiuorũ ſuperflueret, aut Sus, aut De'l. Quinimo apud Ciceronem, in libro de Vniuerſitate, alterum relatiuorum redundat, vbi inquit, Reliquorum autẽ quos Græci δαίμονας appellant, noſtri, vt opinor, Lareis (ſi modo hoc recte conuerſum videri poteſt) & noſſe & enunciare ortum eorum, maius eſt, quam vt profiteri ſcribere nos audeamus. Satis quippe fuiſſet dixiſſe: Reliquorum noſſe & nunciare ortum, maius eſt, &c. Hancque eſſe legitimã Ciceronis lectionẽ, contra communẽ codicum fidẽ, quidã in ſuis caſtigationibus cenſuerunt: nulla alia ratione permoti, quam quod Hebraiſmum apud Ciceronem perhorreſcerent: & tamen non vnũ hunc apud illũ, ſed & alios inueniri concedunt.

* Pro, *Diabolus*, autem in hoc loco, Hebræis eſt vocabulũ רֶשֶׁף 48
Reſeph, quod, iuxta proprietatem linguæ ſanctæ, prunam proprie ſignificare putatur. Vulgatus interpres in Cantico canticorum.
Can. 8. 6. Lampadem reddidit pro Reſeph. Lampades eius lampades ignis
Pſal. 77. 48. atque flammarum. Et Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo, vbi legimus: Tradidit grandini iumenta eorum, & poſſeſſionem eorum igni, in
Iob. 5. 7. Hebræo pro, Igni, habetur לָרְשָׁפִים. Hinc eſt, quod nonnulli Iob capite quinto, pro eo quod Latine dicitur: Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum, verterunt: Homo naſcitur ad laborẽ, & vt ſint ſcintillæ volantes ſuper eum iugiter. Eſt enim Hebraice pro, & auis, וּבְנֵי רֶשֶׁף, id eſt, & filii Reſeph. Thargum vertit: Quia filius hominis ad laborem natus eſt, & finis eius tanquam ſcintillæ, quæ ſaltant è prunis, & eleuant ſe ac ſi volarent. His ſimilia effert Pagninus: Et ſcintillæ eleuabunt volatum. Quoniam vero ſagittarum ſpicula lęuigata, prunas ſplendore imitantur, celeritate autem volatum referunt, iuxta illud: A ſagitta volante in die: ideo per
Pſal. 90. 5. translationem Reſeph, pro ſagittis vſurpauit Pſalmographus. Vbi
Pſal. 75. 4. enim legimus in vulgata editione: Ibi confregit potentias arcuum. Hebræa pro potentias, habent רִשְׁפֵי, quod Pagninus aperte Sagittas, Hieronymus Volatilia conuertit. Significat enim Reſeph per metaphoram etiam Volatile: quod Aquila vertit in hoc loco Habacuc: Symmachus vero & Quinta editio, Volucrem pro Diabolo interpretati ſunt. Ex eadem figura Reſeph, ſignificat ægritudinem calidam, peſtem, & vndique graſſantem morbi perniciem: denique, obuia quæquę ignea vi inflammantem atque funeſtantem ſtragem. * Aptiſſime ad extremũ Reſeph, ex his omnibus no- 49
tationibus, ſignificat diabolum: cum & pruna diabolus ſit, igne æterno inflammata & ſuccenſa: cumque ob nimiam velocitatem, cœli volucribus aſſimiletur in Euangelio. Inſtar porro prunæ & ſagittæ, atque funeſtiſſimæ peſtis, mortales inceſſanter exurat, omnigenis malis exulceret, perpetuis perturbationibus & ærumnis exagitet; innumera nocumentorum vulnera animo & corpori miſerorum homiuum infligere, continue moliatur. Vnde quidã,
Iob. 5. 7. pro Filii Reſeph, apud Iob, Filii diaboli, reddiderunt. Et poteſt eſſe
3. Reg. 21. 13. elegantiſſimus ſenſus: Cum homo ſuapte natura in hoc mundo

ad

ad laborem & miſerias perferendas naſcatur: filii tamen diaboli, Iob. 8. 44.
id eſt, perditiſſimi ac profligatiſſimi quique, in hoc nati ſibi viden- Pſal. 72.5.
tur, vt in labore hominum non ſint, & cum hominibus non flagel-
lentur: ſed vero in hoc vnum incumbunt, vt cunctarum moleſtia-
rum exortes, felices magnique volent. Ad hunc modum Home-
rus diabolum, quem de cœlo deturbatum canit, Aten, id eſt, noxā
vocauit: deamque volucrem eſſe finxit, quæ homines iugiter in-
ſectetur, omnimodiſque afficiat incommodis.

Noxia mille modis, pedibus non mollibus vnquam
Repit humi, verum capita ipſa & maxima rerum
Aggrediens, homines affligit, & inter amicos
Sæpe ſimultates & noxia iurgia ſpargit.
Omnia latiuaga terrai regna peragrans,
Omnia conturbat, nocet omnibus, omnia miſcet,
Litibus & rixis: cuius veſtigia paſſu
Cuncta Litæ meditante legunt, tacitaq́ ſequuntur.

50 * Hic eſt forſitan terror ille, quem Dominus ante filios Iſraël ſe
immiſſurum pollicetur, cum inquit: Terrorem meum mittam in Exo. 23. 28
præcurſum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingre- Deu. 7. 20
dieris. Quid ſi & ii vocantur Crabrones, cum addit? Emittens cra- Ioſ. 24. 12.
brones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæ-
um, antequam introeas. Nam Ambroſii & Auguſtini canticum
morti, quaſi veſpæ, aculeum attribuit. His igitur prælatis cornibus
Deus, Morte ac Diabolo, Palæſtinam ingreſſus.

6 *Stetit, & menſus eſt terram: aſpexit, & diſſoluit Gentes, & contriti ſunt montes ſeculi, incuruati ſunt colles mundi ab itineribus Æternitatis eius.*

MORTE ac diabolo pereuntibus, inſtarque cornuum faciem Domini præcedentibus, tamdiu Chananæos ventilare non deſtitit, donec tandem terræ compos ſtetit: eiuſque dominium & poſſeſſionem adeptus, partim per Moyſen, partim etiam per Ioſuæ, menſus eſt eam in funiculo diſtributionis, diuiſitque tribubus Iſraël. Hoc autem non multo negotio, non etiam humano conſilio, non armis & viribus hominū, non bellico apparatu peractum

 eſt:

Digitized by Google

Deu. 7.1. eſt: cum eſſent ſeptem illæ gentes maioris multo numeri, multo que robuſtiores, quam eſſet populus Iſraël: verum ſolo ſuo vultu
Pſal. 43.4. & aſpectu Deus illas à facie Iſraëlitarum deiecit. Neque enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſaluauit eos: ſed dextera tua Domine, inquit Pſaltes, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui. Solo Dei aſpectu diſſolutæ ſunt gentes: & antiquiſſimi illarũ duces ac principes, contriti & comminuti ſunt quaſi puluis: & fortiſſimi, ac inſtar montium ſolidiſſimi populi, qui, terram Chanaan multis occupauerant ſeculis, & fulti viribus giganteis, firmiſſime atque immobiliter eam poſidere videbantur: ſolo Dei intuitu proſtrati atq; profligati iacuerunt: mox vt Deus, qui eſt illis æternior, ingreſſus eſt terram cum populo ſuo Iſraël. Sic enim quidam exponunt, *Ab itineribus Æternitatis eius.*

* Ego vero ſic interpretor: Vbicumq; Dei Æternitas cum populo ſuo proueniebat, eius ilicò fortiſſima cornua, diabolus & mors, firmiſſima & excelſiſſima quæq; demoliebantur. Exiſtimo namq; *Æternitatis* vocabulum in hoc loco, tituli vicẽ gerere, & pro Dei, quod præceſſerat, nomine antonomaſticos vſurpari: vt identidẽ 52
Bar. 4.10. 14.35. Æterni vocabulum abſolute poſitum vſurpatur. Legimus enim apud Baruch: Vidi captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam ſuperduxit illis Æternus. Et paulo poſt: Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam ſuperduxit illis AEternus. Ac rurſus, de Babylone: Ignis ſuperueniet ei ab AEterno. Veriſimileque mihi videtur, in Hebraico volumine Baruch, pro AEterno fuiſſe ſcriptũ עֹלָם Olã, quod nomen pro AEternitate, in hoc loco poſitum eſt apud Habacuc. Nam Geneſis capite viceſimoprimo, hanc eandem dictionem Olam, Dei epitheton eſſe comperimus, vbi dicitur: Abraham vero plantauit nemus in Berſabee, inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni. Habent enim Hebræa יְהוָה אֵל עֹלָם. Vbi & Tigurina translatio, & interpres pro Caietano, AEterni verterunt pro Olã: & Septuaginta ſeniores: Inuocauit ibi nomen Domini, Deus æternus. Si dixiſſet Habacuc: Incuruati ſunt colles mundi ab itine-
Gen. 21. 33. neribus Dei AEterni, nonne quilibet (modo pugnax & contentioſus non eſſet) facile concederet: hunc eundem eſſe, quem diximus.

mius, germanum ac legitimum ſenſum? Cur igitur non erit, cum dixerit: Ab itineribus Æternitatis eius? cum pronomen, Eius, Dei nomen, quod præceſſerat, referat, propriique nominis vicem gerat?
53 *Mihi ſane idipſum eſt dicere: Ab itineribus Æternitatis eius, vel (vt etiam poſſet conuerti) Æterni illius; aut dicere, vt habetur in Geneſi: Æterni Dei. Idemque mihi ſignificat: *Incuruati ſunt colles mundi ab itineribus Æternitatis eius*: ac ſi de Rege aut Imperatore dicerem[a]: Todo ſe allanaua y rendia, por do quiera que ſu Mageſtad caminaua. Sic etenim Habacuc: Sublimia quæque deiecta & humiliata ſunt, inquit, quaque Dei AEternitas iter faciebat. Vel (vt ad verbũ, & actiue dicamus) Itinera & greſſus AEternitatis Dei, montes & colles æternos contriuerunt & deiecerunt. Id eſt, Quacumq; Dei AEternitas pertranſibat, cuncta proſternebat excelſa. Et forſitan ſignificat Habacuc: Montes & colles, quantumcumq; perennes ac firmos, pondus atq; grauitatem calcantis & itinerantis Dei non tuliſſe: & proinde, cedentes Dei pedibus, aut fuiſſe contritos, aut tumorem & elationem depoſuiſſe, Nam & hoc Michæas ſignificare videtur, cum ait: Quia ecce Mich. 1. 3.
Dominus egredietur de loco ſuo: & deſcendet, cum Aſſyriorum exercitu, & calcabit ſuper excelſa terræ. Et conſumentur montes ſubtus eum: & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ quæ decurrunt in pręceps. Non eſt ſublimitas in cœlo aut in terra, quæ non, Deo calcante, ſubſidat.

54 *Quid autem mirum, ſi titulo *Æternitatis* & Æterni, Deum iure inſigniuerint Scriptores diuini: quando eodem ementito nefarie, Romani Imperatores condecorati ſunt? Quippe, Symmachus Romanæ vrbis præfectus (contra quem & beatus Ambroſius, libri quinti epiſtola triceſimaprima, & Aurelius Prudentius, duobus libris epico ſermone conſcriptis, elegantiſſime diſputarunt) is, inquam, in Relatione ad Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium Auguſtos, pro veteri deorum cultu, aduerſus Chriſtianos, hoc ipſo Æternitatis epitheto ipſos eoſdem Imperatores compellat, ſic dicens: Quis ita familiaris eſt Barbaris, vt aram Victoriæ non requirat? Multa Victoriæ debet Æternitas veſtra, & adhuc plura debebit. Et rurſus: Sed diuus Conſtantius idem feciſſe dicitur. Accipiat Æternitas veſtra alia eiuſdem Principis

facta, quæ in vſum dignius trahat, Sextus Rufus, vir conſularis, in libello de Romanorum hiſtoria ad Valentinianum, Auguſtum, titulo Perenitatis eſt vſus, inquit enim: Ab vrbe igitur condita, in ortum Perénitatis veſtrę, quo proſperius imperium Romanũ ſortitus es, anni numerãtur ſic. Eutropius Valentem Auguſtum Perpetui vocabulo decorauit: ſic enim ſuam hiſtoriam inſcribir: Domino Valenti, Gothico, Maximo, Perpetuo, Auguſto. Pomponius Lætus in Romanarum hiſtoriarum compendio refert: In agro Foroſempronienſi, lapidi vetuſto ac quadrato hũc titulum inſculptum fuiſſe: Æterni imperatores Diocletianus & Maximianus Auguſti: Perpetui Cæſares Conſtantius & Maximianus, pontem Metauro. * Ad ſummã, Theodoretus Cyri epiſcopus, qui ſub im- 55
perio Leonis ſenioris deceſſit, ſua quoque ætate hoc epitheto reges inſignitos fuiſſe teſtatur. Exponens enim illud Danielis ca-
Dan. 5. 10. pite quinto: Rex in æternum viue: ſic ait. Hæc erat præfatio, qua ſubiecti regibus eos tunc ſalutabant. Et ad hoc vſque tempus hic mos inualuit: quidam enim imperiti, reges eos, qui nunc ſunt, Æternos vocare conſueuerunt. In ſyngraphis quoque commerciorum hoc quidam aſcribunt, ſtultitiæ magis quam impietatis damnandi. Hęc ille. Sed & ipſammet vrbem Romam, hoc
2. Theſ. 2. 3. titulo ſe iactaſſe comperimus. Hieronymus namque, in vndecima queſtione ad Algaſiam, exponens illud Pauli Ad Theſſalonicenſes: Niſi venerit diſceſſio primum: ſic ſcribit. Nec vult aperte dicere, Romanum imperium deſtruendum: quod ipſi qui imperant, ęter-
Apoc. 17. 5. num putant. Vnde ſecundum Apocalypſim Ioannis, in fronte purpuratæ meretricis, ſcriptum eſt nomen blaſphemiæ, id eſt, Romæ æternę. Sic igitur & apud Habacuc, tituli *Æternitas* vicem gerit. Neque vllum eſt aliud Dei epitheton, quod æque conſiderantium mentes in admirationem ac ſtuporem impellat, quam eſt Æternitas.

* Sunt Qui, Deum *Stetiſſe*, interpretentur: quoniam Dei arca 56
ſubſtiterit in Galgala quatuordecim annis, cum antea per omnes, quas expugnari opus erat, vrbes, arca Dei circumgeſtaretur. Vt ventum eſt autem in Galgala, oraculo reddito tabernaculum érexêre: neque amplius arca loco mouerunt, donec vicinæ nationes vuiuerſę debellatę ſunt. Inde rebus omnibus & negotiis Deus prę-
ſidebat:

Digitized by Google

ſidebat: inde, quid faciendum eſſet, quid omittendum, imperabat: quaſique editiore ſtans loco, cunctis proſpiciebat functionibus.

57 * Illud Autem: *Et menſus eſt terram.* veterum conſuetudinem refert, qui terras & agros partiri, ac diuidere per menſuras ſolebāt. Imouerò, primitus in hunc vſum Geometricam diſciplinam ab Ægyptiis ex cogitatam, ferunt: vt agrorum terminos, Nili inundatione confuſos, certa deinde via, & ſtabili ratione metarentur. Hinc ergo eſt illud Pſalmographi: Et eiecit à facie eorum gentes: & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Hinc etiam & verbum Metiri, venire in poſſeſſionem ſignificat. Cuiuſmodi eſt illud in Pſalmis: Lætabor, & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor. Pſa. 77. 54. Pſal. 59. 8.

58 * *Diſſoluit Gentes*, dixit Abacuc, pro Euulſit, extirpauit, & fūditus ſuſtulit. Eſt enim יַתֵּר in Hebræo: quod verbum ſi deriuetur à נָתַר, Soluere, ſeu diſſoluere eſt: ſi vero à radice נָתַשׁ, euellere & eradicare ſignificat: verbum ex agricultura deſumptum. Solent quippe agricolæ, vbi fertiliores ſint conſerendæ, noxias aut inutiles plantas extrahere. Quæ quidem verbi notatio, cum Vatis noſtri propoſito, tum Dei operi aptior eſſe videtur: qui, in modum ſtrenui agricolæ, vt ſuam vineam ex Ægypto tranſlatam, in terra Palæſtinæ plantaret: ingentibus lacertis humum foderit, ſegnemque futuris vinetis ſyluam eruerit. Pſal. 79. 9

59 * *Montiū* Atque *Collium* nominibus, Reges & principes deſignantur, & quicunque vel viribus, vel diuitiis, aut etiam ſapientia & conſilio, inter cæteros homines eminerent. Nam cum totam hominum turbam, atque adeo genus ipſum humanum, Terræ nomine diuina Scriptura appellare & ſignificare ſit ſolita: fit, vt Mōtiū atq; Colliū vocabula, excellentibus ac ſummatibus viris, aptiſſima tranſlatione coaptet: quia montes & colles in terra, editiores & altiores exiſtant. Atque illud ex hac ſignificatione prolatum eſt: Conſtituit Deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes. Bar. 5. 7.

60 * Seculi Autem montes, & *Mundi* colles, vocauit propheta, id eſt, vetuſtiſſimos terræ promiſſionis indigneas, aut dominos etiam ac principes: potentes denique à ſeculo viros famoſos, vt dixit Moyſes. Seculum enim, aut Æternum, nonnunquam Hebræis Gen. 6. 4.

 longiſ-

Digitized by Google

longiſſimam durationem ſignificat: Eſt porro pro *Mundi* in Hebræo עֹולָם; pro qua voce vulgatus interpres mox mox reddidit *Æternitatis*, cum ait, Incuruati ſunt colles mundi ab itineribus Æternitatis eius. Neque vſquam alibi, quod meminerim, Mundum pro dictione hac, Editio vulgata interpretata eſt. Nam in Ge-
Gen.41.45 neſi pro Saluatorem mundi: ponitur vox Ægyptiaca פַּעְנֵחַ. Et in
Iob.28.24 libro Iob, pro, Fines mundi intuetur: ponitur vocabulum אֶרֶץ, id eſt, terræ. Ergo apud Habacuc, pro *Mundi* & *Æternitatis*, idem vocabulum inuenitur: ſed tamen ſignificatione diuerſa: vt ſæpius in eadem clauſula poni, multis exemplis iam probatum eſt. Primo quippe loco עולם Olam, diuturnam collium durationem oſtendit: at ſecundo loco eadem vox, immenſam & interminatam Dei æternitatem ſignificat. Hoc diſcrimen vt indicaret vulgatus, primo loco, Mundi pro Olam: ſecundo Æternitatis conuertit. Quæ cauſa & Pagninum induxit, idem nomen bis repetitum, non eadem expoſitione traducere: ſed, Longi temporis, primo loco: Seculi, ſecundo transferre. Vertit enim: Incuruauerunt ſe colles lōgi temporis ab itineribus ſeculi eius. Pagnini expurgatores poſuerunt: Incuruauerunt ſe colles ſeculi, itinera ſeculi ei. At cum vox Hebraica transfertur, quæ aperte diuerſa ſignificat; nec ſuppetit Latina vox, quæ eadem ipſa polyſemia præpolleat: ſatius interpretem feciſſe arbitror, ſi per voces diuerſas tranſtulerit. Vti contra, vbi ididem eſt verbum, idque ipſum hic & ibi ſignificat: non ſolum diuerſa vocabula, ſed & æquipollentia & ſynonyma, vitanda interpreti fuiſſe reor: quia mox linguarum ignari argutulas differentias excogitant, & (vt aiunt) mira de lente, & de ſingulis vocibus philoſophantur, & pulcherrimas quidem cupreſſos, verumtamen in mari depingunt. Quis autem mentis compos attribuat, aut diuturnitatem Deo, aut collibus æternitatem? * Niſi forſitan 61
per hyperbolen, Æterni quoque colles dicuntur, ob longiſſimam illius poſſeſſionem: aut quod ſe inſolenter Æternos, vt Romani Imperatores, iactarent. Antiquum eſt enim mortalibus, ſuperbiloquentia ſe extollere, & faſtoſis ac mendacibus titulis, diis ſe æquare, aut aliquando præferre. Arcades quidem, cum Dianam Hymneam colerent, Proſelenos tamen ſe cognominabant, id eſt,

Ante-

Digitized by Google

Antelunares: quia ſe ante Lunam fuiſſe gloriabantur. Vnde eſt illud Statii in Thebaide;

Arcades huic veteres, aſtris Lunaque priores
Agmina fida datis.

Et illud Senecæ in Hippolyto:

Sidus poſt veteres Arcades editum,

Atque item alibi ſic ait:

Flete Herculeos Arcades obitus,
Nondum Phœbo naſcente genus.

Ouidius in ſecundo Faſtorum:

Ante Iouem genitum terras habuiſſe feruntur.
Arcades, & Luna gens prior illa fuit.

Ergo, contriti & humiliati ſunt ab itineribus Æternitatis Dei, vetuſtiſſimi Palæſtinæ reges ac principes, qui multis ſeculis illam tenuerant. Vel, qui vetuſtiſſimos ſe iactarent: aut forſitan cognominarent æternos. Vel, qui fortitudine ac viribus, adeò firmi & ſtabiles videbantur; vt, non ſecus ac montes & colles, permanſuri crederentur æternò: nec veriſimile videri poſſet, amiſſuros poſſeſſionem hæreditatis ſuæ: maxime vero à paucioribus, neq; fortibus æque, patria expulſos ac deturbatos. Hocque magis illud Baruch ſonare & ſignificare videtur: Conſtituit Deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes. Bar. 5. 7.

62 *Incuruati ſunt*, dixit Habacuc, ꝓ humiliati ſunt & ſubiecti, venerationis & obedientiæ cauſa, ſe in humum humiliter demiſerunt. Quippe, antiquum morem referre videtur, quo olim procidentes in terram, adorare ac venerari ſunt ſoliti. Quem vetus prouerbium oſtendit: Procumbere ante milluum. Hunc namq; vere apparentem, hyeme pauperes liberari, adorare conſueuerunt ceu regem. Coram illo procident Æthiopes (canit Dauid) & inimici eius terram lingent. Iſaias vero: Erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Seruiant tibi populi (inquit Iſaac ad Iacob) & adorent te tribus: eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ. Deniq;, appropinquante Eſau, ancillæ Iacob, & filii earum, incuruati ſunt. Et fratres Ioſeph in Ægypto, incuruati adorauerunt eum. Ergo, mox vt Deus terram Pſa. 71. 9. Iſa. 49. 23. Gen. 27. 29. Gen. 34. 6. Gen. 43. 28.

Chananæorum ingreſſus eſt, quocunque cum populo ſuo eius Æternitas perueniebat, Chananæi ipſi aut gladio & internecione peribant & conterebantur, aut Dei ſolo aſpectu perterriti, vrbes, agros, aras, focos, ſeque ipſos Iſraëlitis dedebant. Vel, *Incuruati ſunt colles mundi*, præcedentis ſententiæ repetitio eſt: vt & Montes fuiſſe contritos, & Colles incuruatos, idipſum ſignificet. Id eſt, Eminentia quæque & excelſa; reges, principes, magnates, gigantes: fortiſſimos populos, munitiſſimas vrbes, editiſſimas & inſuperabiles arces; cuncta fuiſſe deiecta & proſtrata, diruta, demolita, & euerſa. Verbum enim *Incuruare*, omnimodam aliquando vaſti-

Iſa. 26.5. tatem atq; deſtructionem importat. Vt apud Iſaiam: Quia incuruauit habitantes in excelſo, ciuitatem ſublimem humiliabit: humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem.

Pſa. 68.24. Et illud Dauidicum: Dorſum eorum ſemper incurua: omnigenam deſolationẽ imprecari, quæ ſequuntur declarant, addit enim: Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos: fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Adde, quod pro dictione שְׁחוּת, id eſt, Incuruatio: Interitum vertit vulgatus interpres, Prouerbiorum capite vigeſimo

Prouc. 28. 10. octauo, cum ait: Qui decipit iuſtos in via mala, in interitu ſuo corruet. Hoc eſt, incuruationem & perniciem incurret, quam aliis fraudulentur parabat.

7 *Pro iniquitate, vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.*

PERGIT adhuc propheta Habacuc, enumerare beneficia diuina, quæ Deus olim populo ſuo, pro ſceleribus & iniquitate repoſuit: vt benignus eſt & beneficus, etiam erga ingratos & malos. Diximus autem in ſuperioribus: *Pro iniquitate*, cum ad ea quę narrata iam ſunt, tum ad ea quæ ſubſequuntur, referri. His porro non ſignificatur, Deum beneficia rependiſſe pro ſcelere, eo ſcilicet quod eſſent iniqui: ſed *Iniquitas* in hoc loco, pro pœna debita iniquitati, meritoque ſupplicio, poſita eſt, in qua ſignificatione, Chriſtus quoq; factus peccatũ, ab Apoſtolo prædicatur: id eſt, mundi peccatorũ piaculũ. Peccata quippe noſtra, hoc eſt, pœnas peccatorũ noſtrorũ, ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Vſurpantur autem

2. Cor. 5. 21.
1. Pet. 2. 24

64

autem frequenter Iniquitas atq; Peccatum, pro pœna iniquitatis atq; peccati. Huius enim ſignificationis eſt illud: Dominus tranſtulit peccatũ tuum. Et illud quoq; apud Ieremiam: Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Vnde Pagninus traduxit: Nos pœnas iniquitatum eorum portauimus. Et vbi legimus: Maior effecta eſt iniquitas populi mei peccato Sodomorũ, quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus. Pagninus paraphraſticè tranſtulit: Maior fuit pœna iniquitatis filię populi mei pœna peccati Sodom, quæ ſubuerſa eſt repentè, & non caſtrametata ſunt contra eam caſtra. Vt ſit nempe verborum ſententia: Maiori punitione, ac grauiori pœna, Deum vltum fuiſſe iniquitates Ieruſalem, quam fuerit Sodomorum flagitia. Quippe cum Sodoma in momento temporis conflagrauerit: at verò Ieruſalem diuturnis calamitatibus attrita ſit, prolixaq; obſidione conciderit. Mala namq;, ſi vitari non poſſunt, tantò ſunt tolerabiliora, quantò breuiora Et vrgentibus malis (vt eſt apud Sophoclem) celeritas optima eſt. Nihil enim moleſtius, quam animo diu diſcrutiari, vel longo dolore torqueri. Ex quo mercator ille Horatianus, inter militiæ compendia & vtilitates, mortis celeritatem annumerat dicens:

2. Reg. 12. 13.

Thrẽ. 5. 7.

Thr. 4. 6.

Militia eſt potior, quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Neque aliunde eſt illud Naſonis:

Mitius ille perit ſubita qui mergitur vnda.
Quam ſua qui liquidis brachia laſſat aquis.

Plinius, Naturalis hiſtoriæ libro ſeptimo, capite quinquageſimo tertio, repentina morte decedere, ſummam eſſe vitę felicitatem aſſeuerat. Zoraſtes (vt author eſt Suidas) deos eſt precatus vt cæleſti occumberet igni: quod etiam aſſequutus eſt. Vnde eſt illud Politiani in Nutriciis:

Aut qui magica fera murmura lingua
Ingeminans, liquido deduxit ab æthere fulmen.
In caput ipſe ſuum, propugnariq; bidental
Iuſſit, Achæmenium ſeruantia buſta tiaram.

Illud planè inter omnes ferè conſtitit (inquit Suetonius) talem Iulio Cæſari mortem ex ſententia obtigiſſe. Nam & quondam

cum apud Xenophontē legiſſet, Cyrum vltima valetudine man-
daſſe quędam de funere ſuo,aſpernatus tam lentum mortis genus
ſubitam ſibi celeremque optauerat, & pridie quam occideretur,
in ſermone nato ſuper cœnam apud M. Lepidum, quiſnam eſſet
finis vitæ commodiſſimus, repentinum inopinatumq; prætu-
Iob. 21. 13. lerat. Hæc ille. * Sed & id etiam quod dicitur in libro Iob: Du- 66
cunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt. He-
bręi omnes, & noſtratium nonnulli, in hunc ſenſum dictum fuiſ-
ſe decernunt:Impios ac ſceleratos in hoc ſeculo,poſtquam perpe-
tua felicitate,iugiq́ue rerum ſecundarum ſucceſſu,omnigenis de-
nique voluntatibus,& vitæ diuturnitate potiti, naturæ iam tan-
dem concedunt: leni plerumque ac facili exitu diſſolui,morte ſu-
bita,& doloris experte. Sic enim exponit Rabbi Abraham: In
puncto, id eſt,ſine doloribus. Rabbi verò Leui: Breui, inquit, ve-
lociq; tempore obeunt,non longo dolore decedunt. Septuaginta
verò interpretes, in hunc eundem ſenſum verterunt: Conſuma-
uerunt autem in bonis vitam ſuam, in requie autem inferni dor-
mierunt. Id eſt, Quietè ad ſepulcrum deſcendunt,vt transfert Pa-
gninus. Vocabulum enim רגע, & punctum,& ſubitò ſiue repen-
te,& quieſcere quoque ſignificat. Ergò in hanc ſententiam Vul-
gatus poſthæc ipſa, vertiſſe videtur: Veruntamen, quia non ſunt
in manu eorum bona ſua,conſilium impiorū longè ſit à me. Cum
in Hebræo ſit ad verbum: En non in manu eorum bonum eorū.
Iob. 21. 16. Editio verò Vulgata, coniunctione aduerſatina Verumtamen,nō
obſcurè nobis oſtendit, cuncta illa verba quæ pręceſſerunt,ad im-
piorum retuliſſe proſperitatem. Quod enim dicitur: Ad infernū
deſcendunt: moriuntur ſignificat,& occumbunt: Vel, vt antea
Gen. 37. 35 notatum eſt, Mortem oppetunt, & ad Inferū regem concedunt.
Nam & iuſtus patriarcha Iacob, Deſcendam, inquit,ad filium me-
um lugens in Infernum. Et rurſus: Deducetis canos meos cum
dolore ad inferos. Beneficii igitur loco ponit Ieremias, quod So-
doma inopinatò & repente ſubuerſa ſit, & maiorem fuiſſe iniqui-
tatem Ieruſalem,id eſt, pœnam iniquitatis affirmat. Sic itidem
apud Habacuc,Iniquitas pro punitione vſurpatur.

* Tota porrò Vatis narratio(vt iam diximus) Zeugmatica eſt: 67
ſingula namque beneficia diuina,populo olim Hebræorum exhi-
bita,

Digitized by Google

bita, quæ in exemplum diuinę miſericordiæ recenſet, cùm ea quę præcedunt, tùm ea etiam quæ ſubſequuntur, hac connexione & Zeugmate copulantur, *Pro iniquitate.* Fit namque Zeugma, cum plures ſenſus vna aliqua ſententia, vel verbo, nectuntur & coniugantur. Præponitur autem nonnunquam ſententia connectés, aut verbum, omnibus ſenſibus, quos annectit. Vt apud Prophetam Amos, vbi ait: Numquid currere queunt in petris equi, aut Amos 6.12
arari poteſt in bubalis? Quod enim præcedit, In petris: tam ad equos quàm ad boues refertur: quippè in ſaxis, ac præruptis vel prædutis ſilicibus, neque commodè equi currere, neq; boues arare queunt. Vnde, In ſaxis ſeminare, adagionis vicem obtinuit: quod hoc terræ genus ſterile ferè ſit, quia neque aratro proſcindi poteſt, neque quod inibi ſatum eſt, habet quò radices agat. Cæterùm in Hebræo apud Amos, non Bubali, ſed Boues ponuntur: dictio ſcilicet בְּקָרִים, pro qua Vulgatus interpres (qui Hierony- Gen.11.16.
mus in Prophetis eſſe creditur,) conſtanter reddidit vbique bo- Gen.20.
ues, quotieſcunque in libris diuinis hoc ipſum vocabulum inue- 14.
nitur. At verò dum apud Amos, figuratam dictionem non atten- Gen. 21.
dit, & arari in bobus, ſimpliciter inficiari Prophetam, abſurdum, 27.
imò impoſſibile ducit: Bouis ſignificationem deſerere coactus, Bubalos tranſtulit pro Becarim: quoniam indomiti ſunt (inquit Hieronymus in commentariis) vt iugum ceruicibus non recipiant, & cum ſyluestres boues ſint, propter feritatem nolint terram vomere ſcindere. Hactenus ille. At, vt diximus, figura Zeugmatis Amos, domeſticos ac placidos boues in ſaxis & rupibus arare poſſe, negat. Vnde Pagninus paraphraſticè tranſtulit: Numquid current in petra equi? Num arabit arans in petra bobus? Atqui ad verbum habent Hebraica: Numquid current in petra equi? Num arabit in bobus? Fit etiam Zeugma, verbo vel ſententia 1. Cor.5.9.
poſtpoſitis. cuiusmodi eſt illud: Neque fornicarii, neque idolis ſeruientes, neq; adulteri, neque molles, atque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Et illud Horatii in poëtica:

Muſa dedit fidibus diuos, puerosq́; deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,

Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Fit poſtremo Zeugma, ſententia aut verbo mediis ſenſibus interiecto. Vt apud Poëtam:

Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui tripedas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis,
Et volucrum linguas, & prapetis omnia pennæ.

Simili forma apud Habacuc, quę præceſſerunt, de aduentu Dei in Sinai, & de eius ingreſſu in terram Chanaan, cum his quę ſequuntur, de profligatione Madian, de diuiſione Iordanis ac Maris rubri, de Solis atq; Lunæ ſtatione, de populi eductione ex Ægypto, hac media interiectione notantur, *Pro iniquitate*.

* Scopus verò & finis totius narrationis hic eſt, vt oſtendat Vates, nunquam Deum adeò Iudęorum criminibus iratum & infenſum fuiſſe, quin eos magnis beneficiis affecerit: eque mediis periculis liberauerit. Hinc autem Propheta argumenta deſumit, quibus propoſitam confirmet ſpem: Chaldæos, non in mortem atque perniciem, ſed in correptionem & emendationem Iudæorum immittit, neque Deum in Babylone Iſraelitas deſerturum, & pariter cum ipſis Chaldæis extremo traditurum exitio. Quin potius, miſericordiarum antiquarum memorem, pro ſceleribus & iniquitate, beneficia priſtina redditurum, & ab interitu impendente Chaldæis, opus ſuum, id eſt, populum ſibi pecularem, miſericorditer erepturum & viuificaturum. Huiuſmet argumenti ſunt illa, quæ Dominus tradit per Ieremiam, dicens: Propter malitiam filiorum Iſrael & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipſi & reges eorum, principes eorum, & ſacerdotes eorum, & Prophetæ eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem. Et verterunt ad me terga & non facies, cum docerem eos diluculo & erudirem, & nolent audire vt acciperet diſciplinam. Et poſuerunt idola ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam. Et ędificauerunt excelſa Baal, quę ſunt in valle filii Ennon: vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum, vt facerent abominationẽ hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et nunc propter iſta, hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quod tradatur in manus regis Babylonis

68 (margin)

Ier. 32. 32. (margin)

Digitized by Google

bylonis in gladio, & in fame, & in peſte. Eccè ego congregabo eos de vniuerſis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum iſtum, & habitare eos faciam confidenter. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus: & bene ſit eis, & filiis eorum poſt eos. Et feriam eis pactum ſempiternum: & non deſinam eis benefacere. Hactenus Ieremias. Sunt etiam qui in hunc ſenſum exponant illud Iſaiæ quadrageſimo: Suſcepit Ieruſalem de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Namq; per duplicia nō pœnas, ſed verò beneficia, declarant. Quo autem pacto peccantibus identidem Iſraëlitis, Deus indeſinenter beneficia contulerit, prolixè pertractat Ezechiel in hæc verba. Quæ, quamuis longiora, tranſcribam: cum quia Habacuco cohærent aptiſſimè, tum vt lectori ad manum ac præſtò ſint, ne ſacrum Bibliorum fontem adire & conſpicere cogatur. Quamquam enim pro eò, quod tàm vernaliter fungimur officiis, nil, præter importuni & moleſti nomen, nobis repenſum iri ſperemus: ſic tamen miniſtramus lectori, quemadmodum apud autores, quos legimus, cuncta nobis integra tradi, &, vt aiunt, ſarta tecta, percupimus. Inquir igitur Ezechiel: Hæc dicit Dominus Deus, In die qua elegi Iſraël, & leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens: Ego Dominus Deus veſter: in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ eſt egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos, Vnusquiſq; offenſiones oculorum ſuorum abiiciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: Ego Dominus Deus veſter. Et irritauerunt me, noluerúntque me audire: vnusquisque abominationes oculorum ſuorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt: & dixi vt effunderem indignationem meam ſuper eos, & implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti. Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de terra Ægypti. Eieci ergò eos de terra Ægypti, & eduxi eos in deſertum. Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea oſtendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. Inſuper

Iſa. 40. 2.

Ezec. 20. 5.

Ioſ. 24. 14.

 ſuper

ſuper & ſabbatha mea dedi eis, vt eſſent ſignum inter me & eos: & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos. Et irritauerunt me domus Iſraël in deſerto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo, viuet in eis: & ſabbatha mea violauerunt vehementer. Dixi ergò vt effunderem furorem meum ſuper eos in deſerto, & conſumerem eos. Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in conſpectu earum. Ego igitur leuaui manum meam ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium: Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & ſabbatha mea violauerunt: poſt idola enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus ſuper eos, vt non interficerem eos: nec conſumpſi eos in deſerto. Dixi autem ad filios eorum in ſolitudine: In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego Dominus Deus veſter, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & facite ea: & ſabbatha mea ſanctificate, vt ſint ſignum inter me & vos, & ſciatur, quia ego ſum Dominus Deus veſter. Et exacerbauerunt me filii, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non cuſtodierunt, vt facerent ea: quæ cum fecerit homo, viuet in eis: & ſabbatha mea violauerunt, & comminatus ſum, vt effunderem furorem meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto. Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum, vt nõ violaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum meam in eos in ſolitudine, vt diſpergerem illos in nationes & ventilarem in terras: eò quod iudicia mea non feciſſent, & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbatha mea violaſſent, & poſt idola patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum. Ergò & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: & pollui eos in muneribus ſuis, cum offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta ſua: & ſcient quia ego Dominus. Quamobrem loquere ad domum Iſraël fili hominis, & dices ad eos Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc & in hoc blaſphemauerunt me patres veſtri, cum ſpreuiſſent me contemnentes: & induxiſſem eos in terram, ſuper quam leuaui manum meam vt darem eis: viderũt omnem

omnem collem excelſum,& omne lignum nemoroſum,& immolauerunt ibi victimas ſuas: & dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuæ, & libauerunt libationes ſuas. Et dixi ad eos, Quid eſt excelſum ad quod vos ingredimini? & vocatum eſt nomen eius Excelſum, vſq; ad hanc diem. Propterea dic ad domum Iſraël, Hæc dicit Dominus Deus: Certè in via patrum veſtrorum vos polluimini, & poſt offendicula eorũ vos fornicamini. Et in oblatione donorum veſtrorum, cum traducitis filios veſtros per ignẽ, vos polluimini in omnibus idolis veſtris vsque hodie: & ego reſpondebo vobis domus Iſraël? Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non reſpondebo vobis. Neque cogitatio mentis veſtræ fiet, dicentium: Erimus ſicut Gentes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in Brachio extento, & in furore effuſo, regnabo ſuper vos. Et edùcam vos de populis, & congregabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuſo, regnabo ſuper vos. Et adducam vos in deſertum populorum, & iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduerſum patres veſtros in deſerto terræ Aegypti: ſic iudicabo eos, dicit Dominus. Et ſubiiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Et eligam de vobis transgreſſores & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Iſraël non ingredientur, & ſcietis quia ego Dominus. Et vos domus Iſrael. Hæc dicit Dominus Deus. Singuli poſt idola veſtra ambulate, & ſeruite eis. Quod ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum pollueritis vltra in muneribus veſtris, & in idolis veſtris: in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi, & ibi quæram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris. In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos, cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas diſperſi eſtis: & ſanctificabor in vobis in oculis nationum. Et ſcietis quia ego Dominus, cum induxero vos in terram Iſrael, in terram pro qua leuaui manum meam, vt darem eã patribus veſtris. Et recordabimini ibi viarum veſtrarũ & omnium

Digitized by Google

ſcelerum veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis:& diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris, quas feciſtis. Et ſcietis, quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum,& non ſecundum vias veſtras malas, neque ſecundum ſcelera veſtra peſſima domus Iſraël, ait Dominus Deus. Hactenus Ezechiel propriè admodum Dei ingenium deſcribit, qui ſceleribus Iudæorum offenſus, non ceſſauerit de eis bene mereri: ſed quamuis minitabundus & querulus, tandem pro intentatis ſuppliciis, beneficia vel inuitis obtruderit. In hoc idem argumentum (vt diximus) Habacuc, & quæ ſuperius enarrata ſunt, & quæ ſequuntur, benefacta recenſet: iam autem quæ ſint hæc videamus.

* *Pro Iniquitate, vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ* 70
Madian. Sunt qui velint, Vatem his verbis, duas Iſraëlitici populi inſignes referre victorias: alteram ſub Othoniele, alteram ſub Gedeone, ducibus & iudicibus Hebræorum. Etenim, quo in loco noſtra verſio habet Æthiopiæ, habent Hebraica כושן Chuſan: viri
Iud. 3. 7. ſcilicet proprium nomẽ, de quo ſic legimus in Iudicum libro. Fecerunt filii Iſraël malum in conſpectu Domini, & obliti ſunt Dei ſui, ſeruientes Baalim & Aſtaroth. Iratusque contra Iſraël Dominus, tradidit eos in manus Chuſan-raſathaim regis Meſopotamiæ: ſeruieruntq; ei octo annis. Et clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem, fuitque in eo ſpiritus Domini, & iudicauit Iſraël. Egreſſusque eſt ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chuſan-raſathaim regem Syriæ, & oppreſſit eum. Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus eſt Othoniel. Hucusque Iudicum liber. At verò, quoniam כוש Chus, nomen eſt etiam proprium filii Cham, & nepotis Noe: cui poſt diluuium, habitanda ceſſit ea regio, quæ nunc Æthiopia vocatur, quæque ab eo nomenclaturam accepit, recentiores omnes doctiores, vocabulorum ſimilitudine factum putant, vt Septuaginta interpretes in hoc loco, hisque etiam Vulgatus conſentiens, pro rege Meſopotamiæ Chuſan, regionem reddiderint Æthiopiæ. Contigitque (ait quidam ex illis) vocabulorum Chus & Chuſan ſimilitudine, hunc locum ita obſcurum effici, vt niſi Hebraica exemplaria ſuccurrerent, non explicanda, ſed diuinanda nobis foret

Digitized by Google

ret interpretatio. Pagninus & Tigurina tralatio, nomen ipſum re-
liquêre Chuſan.

71 * Quod autem ſequitur: *Turbabuntur pelles terræ Madian*: cō-
muni cunctorum conſenſu, celeberrimam illam victoriam refert,
quam ſoli trecenti viri ſub Gedeone, & ne hi quidem manu con-
ſerta, ſed tantummodò comploſis lagenis, de infinita propemo-
dum turba Madianitarum conſequuti ſunt. Fecerunt quippè filii Iud. 6. 1.
Iſraël malum in conſpectu Domini: qui tradidit illos in manu Ma-
dian ſeptem annis, & oppreſſi ſunt valde ab eis. Cumq; ſeuiſſet Iſ-
rael, aſcendebat Madian & Amalec, cæteriq; Orientalium natio-
num: & apud eos figentes tentoria, ſicut erāt in herbis, cuncta va-
ſtabant, vsque ad introitum Gazæ: nihilq; omninò ad vitam per-
tinens relinquebant in Iſraël, non oues, non boues, non aſinos. Ip-
ſi enim & vniuerſi greges eorum veniebant cum tabernaculis ſuis,
& inſtar locuſtarum vniuerſa complebant, innumera multitudo
hominum & camelorum, quicquid tetigerant deuaſtantes. Hu-
miliatusq; eſt Iſraël valdè in cōſpectu Madian. Et clamauit ad Do-
minum, poſtulans auxilium contra Madianitas. Cumq; Gedeon
purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian, apparuit ei An-
gelus Domini, & ait: Dominus tecum virorum fortiſſime. Vade
in hac fortitudine tua, & liberabis Iſraël de manu Madian: ſcito ꝙ
miſerim te. Ego ero tecum: & percuties Madian, quaſi vnum vi-
rum. Igitur omnis Madian & Amalec, & Orientales populi con-
gregati ſunt ſimul, & tranſeuntes Iordanem, caſtrametati ſunt in
valle Iezraël. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens
buccina conuocauit domum Abie-zer, vt ſequeretur ſe. Miſitque
nuncios in vniuerſum Manaſſen, qui & ipſe ſequutus eſt eum: &
alios nuncios in Aſer, & Zabulon, & Nepthali, qui occurrerunt ei.
Igitur Ierobaal qui & Gedeon, de nocte conſurgens, & omnis po- Iud. 7. 1.
pulus cum eo, venit ad fontem, qui vocatur Harad: erant autem
caſtra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelſi.
Dixitq; Dominus ad Gedeon, Multus tecum eſt populus, nec tra-
detur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Iſraël, & di-
cat, Meis viribus liberatus ſum. In trecentis viris, qui lambuerunt
aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem
reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum. Sumptis itaque pro

numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua:& ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit. Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi, fuſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, ſicut arena quæ iacet in littore maris. Diuiſit igitur Gedeon trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenaſq; vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero ſectamini. Quando perſonuerit tuba in manu mea, vos quoq; per caſtrorum circuitum clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni. Ingreſſuſq; eſt Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partem caſtrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ: & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. Cumq; per gyrum caſtrorum tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonabant tubis, clamaueruntq;, Gladius Domini & Gedeonis: ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulanteſq; fugerunt: & nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes. Immiſitq; Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabant fugientes vſq; ad Beth-ſeca, & crepidinem Abel-mehula, in Tabbath. Conclamantes autem viri Iſraël de Nephtali & Aſer, & omni Manaſſe, perſequebantur Madian. Miſitque Gedeon nuncios in omnem montem Ephraim, dicens: Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſq; Beth-bera, atque Iordanem. Clamauitq; omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atq; Iordanem vſq; Beth-bera. Apprehenſoſq; duos viros Madian, Oreb & Zeb, interfecit Oreb in Petra-Oreb, Zeb verò in Torculari-Zeb. Et perſequuti ſunt Madian: capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

*Has igitur duas hiſtorias, neoterici omnes interpretes, Vatem 72
noſtrum referre, arbitrantur, multiplex videlicet argumentum diuinæ miſericordiæ, & benignitatis, in Iſraëlitas, commemorantē. Quibus aſtipulatur Targhum, quæ hunc locum in hunc modum exponit. Quando coluerunt, inquit, domus Iſraël idola, tradidi eos in

in manu Chuſan peccatoris. At cum reſipuerunt, vt facerent legẽ: feci eis ſigna & fortitudines, ac eripui è manu Midianitarum, per manum Gidhon filii Ioas. Porrò, veteres expoſitores vniuerſi, ꝙ dicitur: *Vidi tentoria Æthiopiæ*: partim de tetris dæmonibus, partim de ſceleratis hominibus, nigriſq; moribus, interpretati ſunt. Sed hæc pertinent ad allegoriam: nos hiſtoricũ perſequimur ſenſum. Et mihi quidem iuxta hunc etiam eundem, hic locus diuinatione haudquaquam indigere videtur, quamuis Hebraica exemplaria nullatenus opitularentur. Exiſtimo autem, Hebræis codicibus olim germanam lectionem fuiſſe Chuſim, non Chuſan: eſt autem כּוּשׁ Chus, Æthiopia, כּוּשִׁי Chuſi, Æthiops, כּוּשִׁים Chuſim, Æthiopes. Conſtat autem ex eorum verſione, Septuaginta interpretes legiſſe Chuſim, vertũt enim: τὰς σκηνὰς Ἀιθιόπων, id eſt, tabernacula Æthiopum. Quin etiam veriſimile mihi admodum fit, Aquilam, Theodotionem, & Symmachum, adde his quoq; Quintam & Sextam editionẽ, Æthiopum vertiſſe: cum Hieronymus, ſi eorũ aliquis aliter interpretetur, in Commentariis confeſtim annotare conſueuerit. At, nullius diuerſæ verſionis in hoc loco mentionẽ intulit: ſed cũ & ipſe legiſſet Chuſim: Æthiopiæ interpretatus eſt, nihil referre arbitratus, ſi æthiopum diceret, an Æthiopiæ. Quid ſi ſcriptum fuit olim Chuſi כּוּשִׁי id eſt, Æthiopis (Vidi, ſcilicet, Aethiopis tentoria) & poſtea deſcribentium incuria, factũ eſt כּוּשָׁן ex כּוּשִׁי, extrema litera deorſum ꝓducta? Nã & in aliis Scripturæ diuinæ locis, id nonnunquã contigiſſe putatur. Quod ſi antiquitus Hebraica exemplaria habuiſſent, vt nunc habent, Chuſan, credibile eſt, tã multis boniſq; ſuffragãtibus teſtimoniis, Aethiopiam ſignificare, ſicut & Chus: paragogẽq; ſyllabæ, An, factã fuiſſe, aut mẽſurę verſus, aut rhithmi cauſa, vt voci Madiã, ſiue Midiã, quę paulo poſt ſequitur, ex aduerſo reſonaret, & (ꝙ frequens eſt ſacris Vatibus) vtraq; carminis pars, vtrumq; hemiſtichium eodem ſono deſineret. Pro iniquitate, vidi tentoria Chuſan, turbabuntur
73 pelles terrę Madiã. *Inueniunt huiuſcemodi proſtheſes, epentheſes, paragoges, aphæreſes, ſyncopæ, apocopæ, & metatheſes poeticæ, in Pſalmis frequenter: vt à Genebrardo notatũ eſt, cum aliàs, tum in Pſal. 2. vers. 6. & in Pſal. 3. vers. 2. & 8. & in Pſalmi vndetrigeſimi vers. 9. & in verſum tertium Pſalmi quadrageſimi ſupra cẽ-

teſimum. Quinimò, ex eiuſdem Genebrardi ſententia, Chuſan
pluralis eſſe poteſt, ſicut & Chuſim: plurales namque ab Hebræis
ſæpè indifferenter per, ן, Nun, & per ם, Mem, terminari conſue-
ſcunt: vt Iamim, & Iámin, id eſt, maria: & Cherubim, ac Cherubin.
Quod etiam Genebrardus aſſeruit, in tertium decimum verſum
Pſalmi octuageſimi octaui. Eſt igitur Chuſin idem quod Chuſim:
quod enim nunc legitur in Hebræis codicibus Chuſan, inuentum
eſt Maſoretarum, qui poſt Hieronymi tempora circa annũ Chri-
ſti. 478. Simplicio Romano pontifice, puncta pro vocalibus exco-
gitarunt, cum nondum, vt communiter creditur, Hieronymi tem-
peſtate puncta vocalibus deſeruirent. Etenim (vt ait Stunica in
Iob) puncta per ſe, viſque ſua, ad Hebraicas dictiones non perti-
nent, & propterea extra ipſas ponuntur: Sed olim pro cuiusque
arbitratu, à legentibus apponebantur. Et, hac de cauſa Chriſtum
Luc. 10. 26 cuidam legiſperito reſpondiſſe, autumat: In lege quid ſcriptum
eſt? quomodo legis? Quod diuerſis fortaſsè modis Scriptura tũc
Sap. 7. 22. legeretur, id eſt, diuerſis punctis atq; vocalibus. Decuit enim, Scri-
pturam diuinam, multiplicis Dei Spiritus interpretem, hac ambi-
guitate vocalium ad multiplices intelligẽtias, veras propè ſemper
& aptas, aditum aperire lectoribus. Porrouerò, ſi abſq; vocalibus
ſcriptum fuit olim כושן, nihil vetat quin legas Chuſin, id eſt, Æ-
thiopum. * Præterea, Rex Meſopotamiæ, non tantum eſt dictus 74
Chuſan, ſed Chuſan raſathaim: at verò apud Habacuc, dumtaxat
Luc. 3. 24. inuenitur Chuſan. Quod nomen non magis exiſtimo, idem eſſe
Ier. 21. 1. quod Chuſan-raſathaim, quàm exiſtimo, idem eſſe Melchi, quod
1. Reg. 14. 49. Melchias, aut Melchiſua, aut Melchiel, aut Melchiram, aut deniq;
Gen. 46. 17 Melchiſedec. Et forſitan Rabinuli cuiuſpiam audacia, pro Chuſin
1. Par. 3. 18. vel Chuſim, irrepſit in Vatem noſtrum Chuſan: dum ignorat,
Gen. 14. 18 quid ſibi velit Propheta, neq; commoda illi Aethiopiæ vlla ſuccur-
rit interpretatio aut hiſtoria. Adhæc, animum quidem inducere
non poſſum, vt credam, Vatem in hoc loco, Othonielis hiſtoriæ
meminiſſe: nihil ſiquidem egregium in ea, nihil inſolitum & inui-
ſum, nil aliis Iudicum hiſtoriis præſtantius & excellentius, nil de-
mum admiratione dignius contigiſſe refertur: vnde hanc potius,
quàm præclariſſimas res geſtas Deboræ & Barac, vel Iephte, aut
facinora prodigioſa Samſon, in exemplum ſe legiſſe credamus.

Ego

75 * Ego igitur ſic exiſtimo, ſolius Madianiticæ expeditionis Habacuc intuliſſe mentionem, & *Tentiora Aethiopiæ* atq; *Pelles Madian*, eundem exercitum demonſtrare. Vt enim iam ſæpè admonuimus, huic Vati cum primis familiare eſt, quę ſubobſcurè aut interminatè prædixerat, apertius eueſtigiò repetere, & quæcunq; ambigua præmiſerat, certiorũ appoſitione declarare. Madianitas verò, dictos fuiſſe Æthiopes, vel ex eo ſat apertè cognoſcitur, ꝙ Sephora, filia Raguelis ſacerdotis Madian, vxorq; Moyſis, Æthiopiſſa à Scriptura vocatur. Etſi enim poſterioris ętatis homines, Æthiopum nomen ad eos duntaxat, qui iuxta Ægyptum habitant ad Meridiem, traduxerint: at, olim vocabulum hoc latius patuiſſe, perſpicuum eſt. Homerus, Æthiopes duplices fuiſſe, teſtatur, canens in hunc modum: Exo. 2. 16. 21. Nu. 12. 1.

Sed hic Aethiopas adierat procul exiſtentes:
Aethiopas, qui bifariam diuiſi ſunt extremi hominum,
Hi quidem ad occidentem Solem. illi autem ad orientem.

Agit porrò Homerus de Neptuno, qui ad Æthiopas conuiuatum ſeceſſerat. Homerum imitatus Seneca in Hercule furente, Iunonem in hunc modum de priuigno querulantem inducit:

Quæ bella? quicquid horridum tellus creas
Inimica, quicquid pontus, aut aër tulit
Terribile, dirum, peſtilens, atrox, ferum,
Fractum atque domitum eſt, ſuperat & creſcit malis,
Iraq; noſtra fruitur, in laudes ſuas
Mea vertit odia, dum nimis ſæua impero.
Patrem probauit inde, qua lucem premit
Apertiq; Tethys, qua ferens Titan diem
Binos propinqua tingit Aethiopas face.

Euripides in Phaëtonte, traditam eſſe Clymenen Meropi, & terræ eius imperium habere dicit:

Quam primam tellurem Sol quadrigis exoriens
Aurea flamma percutit.
Eam finitimi facie nigri homines, id eſt, Melambroti
Lucentem Auroram, & ſolarium equorum ſtationem appellant.

76 * Vergilius auxiliares copias Æthiopis Memnonis, cum quibus Troiam venit, Orientales vocauit:

quorum nomina & prouincias inſinuandas eſſe duximus. De Aethiopia Pirſes & Memnon. Et in alio poſtmodum loco: Achilles, inquit de prælio ſaucius redit. Memnon inſequi eum cæpit cum multis. Quem Achilles vt reſpexit, ſubſtitit: curato vulnere, & aliquandiu præliatus, Memnonem multis plagis occidit, & ipſe vulneratus ab eo ex prælio receſſit. Poſtquam ductor Perſarum occiſus eſt, reliqui in oppidum confugêre, prælium nox dirimit.
78 Hæc Dares. * Quintus etiam Calaber, libro ſecundo Paralipomenon, ſic ait: Cæterùm non multò poſt bellicoſus aderat Memnon: Memnon, inquam, qui nigris Aethiopibus imperitabat, & venit, ſecum ductitans infinitas copias. Et paucis poſt hæc interiectis, ſic refert: Priamus Auroræ filium egregiis donis, & feſtiuis delectationibus condecorat. At in conuiuio inter ſe ſermones conferebant: hic quidem commemorans, qui nam apud Græcos maximè virtute eniteſcerent, ac quanta mala perpeſſus ſit: ille verò patris & matris Aurorę vitam, & immenſa Tethydos fluenta, & vorticoſi Oceani ſacrum fluxum: deinde terminos terræ, & exortum Solis, & vniuerſi itineris ſui rationem, ab Oceano vſq; ad Priami vrbem, ac montis Idæ iuga. Fuerunt igitur & Orientales Aethiopes, quibus Memnon præfuit, Suſianis ex Diodoro finitimi. Eſt autem Suſiana Aſię regio, Perſicæ ditionis, quæ à Septentrione terminatur Aſſyria, ab Occaſu Babyloniæ adiacet, ab Oriente Perſidem habens, à Meridie partem Perſici ſinus. Imouerò ex Dicty Cretenſe, fuerunt Aethiopes & in Caucaſo, monte Indiæ editiſſimo ad Septentrionem verſus Scythas. Et Aethiopes dictos fuiſſe veteribus, qui Indiam incolerent, Seruius Grammaticus annotauit, in illud Maronis, libro quarto Aeneidos:

Oceani finem iuxta, ſolemq; cadentem
Vltimus Aethiopum locus eſt: vbi maximus Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Aethiopiæ duæ ſunt (inquit Seruius) vna circa ortum Solis: altera circa Oceanum in Mauritania, quam nunc dicit Vergilius. Et dicta Aethiopia à calore populorum, quos Solis vicinitas torret. Ille hactenus.

Hocq; Ouidium ſignificaſſe quidam volunt, cum ait:

Perſeus Andromeden nigris portauit ab Indis.

Et Sappho ad Phaonem, dicens:

Candida ſi non ſum placuit Cepheia Perſeo
Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ.

Author eſt Suidas, Gangẽ Æthiopum regem fuiſſe, & fluuium
poſtea ſibi cognominem, Indiam inundantem, in Rubrũ mare a-
uertiſſe. Æthiopes deniq; ad Indum fluuium primo habitaſſe fe-
runtur, relictiſq; ſedibus ſuis, iuxta Ægyptũ conſediſſe; & inde po-
ſtea paulatim ad interiora Africæ penetraſſe. Rumorq́; eſt (ait E-
phorus) apud Tarteſios, Æthiopes Africam vſque ad Occaſum in-
greſſos, partim ibidem manſiſſe, partim verò etiam maritima ma-
gno ſpatio occupaſſe: ita vt ab Ortu brumali vſq; ad Occaſum,
Æthiopum natio ſe extenderit. * Strabo, poſtquam de Homeri- 79
cis verſib⁹, quos paulò ſuperius retulimus, longiſſimã diſputatio-
nem contexuit, de Æthiopibus bipartitis ad extremũ in hunc mo-
dum decernit. Sicut Argiuos & Achæos, nõ cunctos dicimus, qui
aduerſus Ilium expeditionem ceperunt, Homerus autem omnes
ſic appellat, ſimile & quod loquor eſt de Æthiopibus bipartitis.
Omnes accipiendi ſunt, qui ad Oceani oras extenti incolunt, ab
Oriente vſq; ad Occidentem ſolem. Nam qui ſic appellantur Æ-
thiopes, bipartiti naturaliter ſunt ſinu Arabico, inſtar fluminis,
meridiani circuli partitione non contemnenda, longitudine fer-
mè ſtadiorũ ſupra quindecim millia, latitudine non multo maiore
quam mile, vbi maxima eſt. Inſuper & longitudini illud adeſt, iſti-
us ſinus ſucceſſum à Peluſiaco mari tribus vel quatuor diebus di-
ſtare, ꝙ terra ipſa interiacens, id eſt, Iſthmos continet. Sicut igitur
qui eruditiores Aſiam ab Africa diuidunt, hunc eſſe natura com-
modiorem terminum arbitrantur, vtriusque terræ ſinum, quam
Nilum. Illum enim omniformiter fere à mari ad mare peruenire:
Nilum verò multipliciter ab Oceano diſtare, ita vt minimè Aſiam
omnem ab Africa diuidat. Hunc in modum & ego poëtam ipſum
Homerum puto, omnes meridianas partes hoc ipſo ſinu per totũ
terrarum orbem bipartire, iure cogitaſſe. Hactenus verba Stra-
bonis. * Ergo, Æthiopum veteribus nomen latiſſimè, vt proba- 80
tum, patuit, duplicemq; fuiſſe Æthiopiam, Orientalem & Occi-
dentalem, abundè ex ſupradictis cognoſcimus. Occiduos Æthio-
pes peragrat Nilus, hæcque Æthiopa Libyæ eſt, maximum totius

Africæ

Africę latus. Altera ab Ortu maris rubri,longè lateq́; ſe verſus Orientem diffundit. Sicut enim geminę Scythiæ, Europæa videlicet & Aſiatica, Tanaidis ripis:Mæotidisq́; paludis,& Ponti Euxini littoribus,diſſecantur: ſic etiam & duæ Aethiopiæ, ſinu Arabico diffinduntur.Orientalisq́; Aethiopia adeò latè patuiſſe videtur vt ad mare mediterraneum pertigerit,& ipſammet Palęſtinã, aut
81 certæ regiones finitimas Paleſtinæ, complexa ſit. * Etenim, quoniam nullum omninò argumentnm negligendum eſt, in quo aliqua ſignificatio veritatis appareat,licetq́;(ex Plutarchi ſententia) repurgatas ratione fabellas obtemperare nobis,& hiſtorię faciem accipere: illud negligendum non erit: Andromedam à Poëtis communiter,& Aethiopiſſam fuiſſe, & in Aethiopia ad ſaxum alligatam,& belluæ marinæ expoſitam,decantari: Ouidius enim de Perſeo enarrans, ſic inquit:

Gentibus innumeris circumq́; infraq́; relictis,
Aethiopum populos, Cephæaq́; conſpicit arua.
Illic immeritam materna pendere lingua
Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat Hammon.
Quam ſimul ad duras religata brachia cautes
Vidit Abantiades, niſi quod leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu,
Marmoreum ratus eſſet opus.

Et tamen Andromedam in Ioppe, vrbe maritima Palæſtinæ, expoſitam fuiſſe marinæ belluæ, multorum,& occulatorum ferè, teſtimoniis haud reiiciendis tenemus. Solinus quippe ſic ſcribit: Deinde Ioppe, oppidum antiquiſſimum toto orbe, vtpotè ante inundationem terrarum conditum. Id oppidum ſaxum oſtentat, quod vinculorum Andromedæ veſtigia adhuc retinet, quam expoſitam belluæ non irritus rumor circumtulit. Quippe oſſa mõſtri illius. M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate ſua Romæ publicauit. Annalibus nota res eſt. Solinus hucusque: cui & Plinius & Pomponius Mela,& non tantum in vno loco diuus Hieronymus aſtipulantur. Hieronymus namq; in Paulæ epitaphio cõſenrit,& in Ionæ cõmentariis ſic inquit: Ioppen portum eſſe Iudææ: & in Regnorum & in Paralipomenon libris legimus, ad quem Hiran rex Tyri ligna de Libano ratibus transferebat, quæ

Ieruſalem terreno itinere perueherentur. Hic locus eſt, in quo vſque hodie ſaxa monſtrantur in littore, in quibus Andromeda religata, Perſei quondam ſit liberata præſidio. Hæc ille.

* Tenemus igitur antiquos Æthiopas etiam in Palæſtina, aut 82
certè Palæſtinæ conterminos: neque id ſolum ethnicorum poëtarum, & hiſtoricorũ relatu, ſed etiam diuinę Scripturæ indubitabili teſtimonio. Zara quippè & Æthiopem fuiſſe, & cum multis Æthiopum myriadibus aduerſus Iudæ regem Aſa expeditionẽ ſuſcepiſſe, liber Paralipomenon alter enarrat. Hunc autem Geraræ regnaſſe, Gerariticamque regionem Æthiopes illos incoluiſſe illud non obſcurè ſubindicat, quod in fugam Æthiopes conuerſi, in Geraram confugiſſe feruntur. Et perſecutus eſt eos Aſa, & populus qui cum eo erat, vſque Geraram: & tulerunt ſpolia multa. Et percuſſerunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ, & diripuerunt vrbes, & multam prædam aſportauerunt. Gerara porrò (vt ſcribit Hieronymus) ex cuius nomine Gerariticа regio nomen accepit, trans Daroma procul ab Eleutheropoli viginti millibus & quinque, ad Meridiem, terminus fuit Chananæorum ad Auſtralem plagam. Factique ſunt termini Chanaan (inquit Geneſis) venientibus à Sidone Geraram vſque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim vſque Laſa. Fuit autem ſita Gerara inter Cades & Sur, ſic enim habetur in Geneſi: Profectus inde Abraham in terram Auſtralem, habitauit inter Cades & Sur, & peregrinatus eſt in Geraris. * Et diuerſatus eſt Abraham apud Abimelech, regem Ge- 83
raræ. Sed & Iſaac, orta fame ſuper terram, abiit ad Abimelech regem Palęſthinorum in Gerara. Ex quibus, & aliis nonnullis, apertè conſtat, Geraram fuiſſe Palæſthinorum metropolim: Gerariticamque regionem Æthiopiam à Scriptura vocari. Auguſtinus in Quæſtionibus ſuper Numeros, hos ipſos Æthiopes, contra quos pugnauit Aſa, Madianitas fuiſſe confirmat. Nam in his locis inquit, eos dicitur perſecutus populus Iſrael, vbi Madianitæ habitant, qui nunc Saraceni appellantur. Sed nunc eos, Æthiopes nemo ferè appellat, ſicut ſolent locorum & gentium nomina plerunque vetuſtate mutari. Hactenus verba Auguſtini. Rabbi Dauid nominum Hebraicorum interpres, Madianitas & Iſmaelitas,

2. Paral. 14. 9. — Gen. 10. 19 — Gen. 20. 1. — Gen. 26. 1.

litas, Æthiopes vocari decernit. Conſtat autem è ſacris atque Gen. 16.
profanis libris, hos eſſe Arabas, Madian & Iſmael, Abrahæ fi- 15.
lios ex concubinis: quos pater adhuc viuens ſeparaſſe dicitur ad Gen. 25. 2.
Orientalem plagam. Filii Iſmael (authore Ioſepho) tenuerunt quicquid terrarum eſt inter Euphratem & Rubrum mare, Nabathææ nomine regioni indito. Filii verò Madian tenuerunt partes felicis Arabiæ, & Troglodytas: præter Epher, à quo Africa nomen ſortita eſt. Hieronymus Madian trans Arabiam conſtituit, in deſerto Saracenorum, contra Orientem Maris rubri.

84 * Porrò: Orientalem plagam Arabici ſinus Æthiopiam dici, Septuaginta interpretes manifeſtè prodiderunt. Etenim vbi in Pſalmis legunt Hebræi: Tu confregiſti capita Leuiathan, dediſti eum eſcam populo ſiccitatum vel deſertorum. (Pſal. 73.14.) (Eſt enim Hebraicè צִיִּים, quæ vox ſiccitates ſiue deſerta ſignificat, vt ſæpè transfertur in Vulgata editione) Septuaginta verterunt, Æthiopum, quos etiam Hieronymus ſecutus eſt, dicens: Dediſti eum eſcam populo Æthiopum. Cõmemorat autem Pſalmographus miraculum Maris rubri, & Ægyptiorum depreſſionem ac demerſionem. Et Leuiatan piſcis ingens, Pharaonē aſſimilat in mari demerſum, & ad littora Orientalia Arabici ſinus cum omni ſuo exercitu cõpulſum. (Ezech. 29.3) Qua etiam comparatione vſus eſt Ezechiel, dicens: Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti draco magne, qui cubas in medio fluminũ. Iſaias quoq; Pharaonem, draconē appellat, cum ait: (Iſa. 51. 9.) Numquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconē? Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis? qui poſuiſti profundum maris viam, vt tranſirent liberati? Cõpulſus eſt autē Pharao, & Ægyptiorum exercitus, in eam littorum partem, in qua erant Hebræi. Viderunt quippè (inquit Exodus) Ægyptios mor- (Exo. 14.31.) tuos ſuper littus maris, & manũ magnam q̃ exercuerat Dominus cõtra eos. Erant porrò Hebræi ad littus Orientale Maris rubri, verſus Palæſtinã, & Arabiæ montem Sinai. Tulit namq; Moyſes Iſrael de Mari rubro, & egreſſi ſunt in deſertum Sur. Hùc ergò canit Dauid eiectum piſcē ingentem ac ſuperbum: datumq; eſcam populo Æthiopum, id eſt, Arabũ: quos Æthiopes eſſe Orientales ſeptuaginta & Hieronymꝰ interpretati ſunt. Significat autē Dauid

Digitized by Google

cadauera Ægyptiorũ ad littus eiecta, prędam & paſtum fuiſſe A-
rabum beſtiarum. Nam & hoc ſignificat צִיִּים, feras beſtias & de-
Iſa. 23. 21. ſerta incolentes, hocq́; nomen ponitur apud Iſaiam, vbi legimus:
Iſa. 34. 14. Sed requieſcent ibi beſtiæ. Et apud eundem, vbi vertit Vulgatus:
Et occurrent dæmonia. Dediſti ergo eum (inquit Pſaltes) eſcam
populo ferarum beſtiarum, Arabiæ deſerta incolentium. Idem
vocabulum צִיִּים, Æthiopes verterunt Septuaginta & Hierony-
mus, Pſalmo ſeptuageſimo primo, dicentes: Coram illo proci-
Pſal. 71. 9. dent Æthiopes. Canit autem Dauid, Venturos finitimos populos
& gentes Dei inimicas, vt Meſſiam libenter adorent, & eius vltrò
iuſſa capeſſant. * Pagninus & Leo Iudę verterunt: Coram illo ꝓ- 85
cident accolę ſeu habitatores deſerti, quos Vatablus Troglodytas
fuiſſe autumat. Ego Arabas Scenitas intelligo, incolas Arabiæ de-
ſertæ: quippe vicinas Iudæis nationes Pſalmodus perſequit̃, quib.
per ſynecdochen & litotẽ totũ orbem terrarum intelligit. Sicut
Pſal. 86. 4. & Pſalmo octuageſimo ſexto, cum ait: Ecce Alienigenæ & Tyrus
& populus Aethiopum, hi fuerunt illic: gentes Iudæis finitimas
cõprehendit, haſq́; vſurpat pro nationibus vniuerſis. Eſt enim in
Hebræo ꝓ Alienigenę, פְּלֶשֶׁת, Hieronymus transtulit, Palæſtina.
Eſtq́; terra Philiſthinorum, quos Allophylos, id eſt, Alienigenas,
Septuaginta interpretes nuncuparunt. Illud quoq; Paralipome-
2. Para. 21. non, Philiſthinos, Aethiopes, & Arabas, propinquas eſſe gentes
16. oſtendit: Suſcitauit Dominus contra Ioram ſpiritũ Philiſthinorũ
& Arabum, qui confines ſunt Aethiopibus. Neq; ego quidẽ Tha-
4. Reg. 19. 9. racan, qui aduerſus Aſſyriorum regẽ expeditionẽ ſuſcepit, Libyæ
Iſa. 37. 9. Aethiopũ, ſed Orientalium, id eſt, Arabũ fuiſſe regẽ, exiſtimo. Fue
runt quippe Scenitæ, Arabiam incolentes, & Aſſyriis vicini, Chal-
Soph. 2. dæorũ infeſtatores acerrimi, vt Plinius tradit. Et Sophonias Pro-
12. pheta Aethiopes Aſſyriis coniungit, dicens: Sed & vos Aethiopes
interfecti gladio meo eritis. Et extendet manũ ſuam ſuper Aqui-
lonem, & perdet Aſſur. Vix porrò credibile videt̃, Aethiopes qui
ſunt vltra Aegyptum, bellum Aſſyriis intuliſſe, cum hàc, tota Ae-
gyptus interſit, & aliæ intercedant nationes: illàc verò, Mare ru-
brum interpoſitum ſit, & Arabia tota interiaceat.
* Nil autem mirũ ſi Arabes, Chuſitæ, id eſt, Aethiopes, ab ſcri- 86
ptura vocantur, cum in Arabia ſedes locauerit Saba, filius Chus,
à quo

Digitized by Google

à quo etiam appellantur Sabæi. Vnde nunc à filio & nationis conditore, Sabæi, nunc à patre, ob genus & originem, Chuſitæ dicuntur. Nam & iidem ipſi nonnunquam à patre, Iſmaelitæ, nonnunquam á filio, Nabathæi nuncupantur. Et Hebræi, quos nonnulli, & in iis Artapanus, ab Abraham Hebræos dictos volunt, modò Iudæorum, à Iuda Abraham pronepote, modò Iſraelitarum, à Iacob, Iudæ patre, & nepote Abraham, nomina in Scripturis accipiunt. Ægyptus Hebræis vulgò nominatur Miſraim, ab eiuſdem nominis filio Cham: & tamen terq; quaterque ab ipſo patre Pſalmographus eam appellauit, Terrã Cham, & Tabernacula Cham. Aſcenderuntque filii Dan, & pugnauerunt contra Leſem, ceperuntq; eam: & percuſſerunt eam in ore gladii, & poſſederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Leſem-Dan, ex nomine Dan patris ſui. Hac denominandarum regionum, gentium, & ciuitatum figura, ſæpiſſimè ethnici abuſi ſunt, vt à conditorum parentibus vocabula deducerent, aut de vicino nonnunquam mutuarentur. Quale eſt illud apud Maronem: Ioſ. 19. 47.

Punica regna vides, Tyrios; & Agenoris vrbem.

Et libro Æneidos tertio, Tarentum Herculeum appellat:

Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti Cernitur,

Quia Phalantus, octauus ab Hercule, Tarenti ciuitatem adauxerat, quam Taras Neptuni filius condiderat. Æſchylus in Tragœdia Agamemnone, Teſpiam, vrbem Teuthrantis appellauit, quã Theſpium, Teuthrantis filium, Pandioniſque nepotem, ædificaſſe, Euſtathius Homeri interpres ſcripſit. Annotauitque hoc Politianus, Miſcellaneorum triceſimo capite.

87 * Ergo, vt ad propoſitum recurrat oratio: *Vidi tentoria Æthiopiæ, & Turbabuntur pelles terræ Madian:* idem ſunt, & vnam atque eandem tantummodo hiſtoriam referunt Gedeonis. Ne enim de Occiduis & Libycis Æthiopibus illum agere putaremus, explicandi ſe cauſa, de more, Madianitarum mentionem ſubintulit Habacuc, ambigua & incerta priora, ex certiorum & apertiorum ſtatim appoſitione declarans. Ex eo autem, quod *Pelles & Tentoria* his gentibus Vates attribuit, indicari quidam cenſuerunt, hos Arabas Scenitas fuiſſe, ſub pellibus & tentoriis degentes. Vagi quippè ipſi & palantes, à tabernaculis cognominati ſunt, quæ ciliciis

 & pel-

terunt in hoc loco: Pro laboribus vidi tabernacula Æthiopum.
Significat etiam אָוֶן vanitatem, inutilitatem, ſeu nihilum. Sa-
nè Vulgatus interpres Iſaiæ capite quinquageſimo nono, Inutilia Iſa.59.6.7.
vertit pro Auen, dicens: Opera eorum opera inutilia. Et con-
feſtim verſu ſequenti: Cogitationes eorum cogitationes inutiles.
Et Amos capite quinto: Et Beth-el erit inutilis. Pro quo Sep- Am.5 5.
tuaginta verterunt: Et Beth-el non exiſtens. Tigurina, Pagni-
nus, & alii: Et Bethel erit in nihilum. Hinc eſt igitur, quod non-
nulli apud Habacuc in hoc loco, Pro nihilo, interpretati ſunt,
quibus Vatablus aſtipulatur, ſic inquiens: Pro nihilo, id eſt, eſſe
irrita & deſtructa, ſub aduentum Gedeonis. Sed & ſic Ego expo-
ni poſſe putarem: Vidi, pro nihilo, ſeu pro vanitate (id eſt, inani
concuſſa terriculo, &, vt aiunt, peluis fulgore) turbari tentoria
Æthiopiæ, pelles videlicet Madian. Quippè quæ à trecentis tan-
tummodo viris, ſolo lucernarum ſplendore, & ſonitu buccinarum
inſtructis, fugata & profligata perierunt. Ponuntur autem per ſy-
nechdochen *Pelles & Tentoria* pro omnibus caſtris: dicitur enim
in Iudicum libro, Vociferantibus Iſraëlitis, complodentibuſque Iud.7.22.
lagenas, omnia caſtra fuiſſe turbata. Sunt qui velint, Vatem allu-
dere ad id, quod quidam è Madianitis ſocio dixiſſe refertur. Cum
enim veniſſet Gedeon noctu in caſtra Madianitarum, narrabat
quidam ſomnium commilitoni, & in hunc modũ referebat quod
viderat. Vidi ſomniũ, & videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis Iud.7.13.
ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere: cumque perue-
niſſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ
funditus coæquauit. Reſponditq; is, cui loquebatur: Non eſt hoc
aliud, niſi gladius Gedeonis filii Ioas viri Iſraëlitæ: tradidit enim
Dominus in manus eius Madian.

89 * Verbum *Turbabuntur* (vt diximus) tàm ad ea quæ præce-
dunt, *Tentoria Æthiopiæ*, quàm ad ea quæ ſequuntur, *Pelles Ma-
dian*, Zeugmatis figura coaptatur. Quod ſi diaſtole non ponatur
poſt nomẽ *Æthiopia*, ſed poſt verbũ *Turbabuntur*, in hunc modũ:
Vidi tentoria Æthiopiæ turbabũtur: pelles terræ Madian. manifeſtior
fieret ſententia, quæ ex prædictis talis eſſe colligitur: Cũ populus
Iſraël omni facinorũ & impietatis genere flagraret, vidi ego, dum
antiqua Dei beneficia, hiſtoriaſq; veteres mecum recolo, vidi inq̃

nullum tibi fuerat cum aquis ipſis negotium, quæ à ſuæ conditionis exordio obſequentiſſimè tibi paruerunt. Verùm ſuſcitans atq; renouans, implensq́ue iuramenta & promiſſa, patribus noſtris & eorum poſteritati depacta, exercebas potẽtiam tuam, & arcum tuum denudabas, aſcendebas quadrigas & equos tuos, id eſt, omnigenis atq; fortiſſimis pugnæ inſtrumentis validiſſimè decertabas. Non vtiq; aliam ob cauſam, quã vt populo tuo fieres ſaluatio, & vt firma rataq; fieret, facta ad patres de hæreditate promiſſio. Hac ſanè ratione, non aquarum odio, fluuios terræ ſcidiſti, & velut iratus & indignabundus, tonitru, ceu increpatione, diſſecaſti. Senſerunt quippè fluuii præſentiam tuam, vidit Iordanis arcam teſtamenti ac fœderis tui cum filiis Iſraël, in qua, velut in ſolio quodam regio, vel curru triumphali, vehebaris: moxq́ue vt ſacerdotes, qui illam portabant, alueum eius ingreſſi ſunt, quaſi tremebundus ac dolẽs ob increpationem tuam, pars in excelſos veluti montes & cumulos aquarum intumuit, dum in arcam tuam, & in populum tuum transmeantem, incurrere veretur: pars verò præcipiti fuga, ingentiq; fragore decurrens, quaſi quæ locum cederet Iſraëli, in ſalſum mare defluxit. Inferior etenim aquarum abyſſus, profundiſſimiq; vndarum gurgites, magno clamore & ſtrepitu, in mare ſolitudinis ſe dederunt præcipites: altior verò, ſuperiorq; fluuii pars, vndarũ decurſus coërcuit, longasq́ue illas & extentas fluctuum manus & brachia, quibus ripas antea attrectabat, ac veluti complectebatur, tunc autem intumeſcentes etiam & exundantes, in cœlum, tamquam Dei ſupplices, extulit, & venerabunda leuauit. Hæc ipſa (ſi quid valet mea) eſt Vatis in hoc loco ſententia.

91 * Abyſſus igitur, vt ego puto, Altitudini opponitur per antitheſin, inferioremq; arca & populo partem Iordanis, in hoc loco ſignificat, vt in Pſalmis imam telluris partem, vbi dicitur: Et de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. Et in Geneſi: Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum. Et in Deuteronomio: De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atq; abyſſo ſubiacente. In quibus locis Abyſſus, non tam aquarum aut terræ profunditatem, quam ſitum inferiorem ſignificat.

Pſ. 70. 20.
Gen. 49. 25
Deu. 33. 13.

92 * Pro Dictione *Gurges*, Hebræis eſt זֶרֶם Zerem, id eſt, Impetus,

aut fluxus impetuoſus & rapidus, vt apud Iſaiam iteratò reddidit
Iſa.28.2. Vulgatus interpres, dicens: Eccè validus & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis: turbo confringens, ſicut impetus aquarū multarum. Pagninus & Vatablus apud Habacuc, vnanimes Inundatio verterunt. Tranſiit igitur gurges aquarum, id eſt, ima aquarum & inferior pars, magno impetu & fragore defluxit.

* Altitudo verò, Iordanis partem arca & populo ſuperiorem 93
deſignat. *Manus* autem, aquarum termini laterales, ripas pulſantes vel littora, dicuntur: quoniam iis, tanquam brachiis aut manibus, terras attrectent & complectantur. Hac vtitur translatione
Pſ.103.25. Dauid, dicens: Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus. Id eſt, Capaciſſimum atque latiſſimum: quodque omnia complectitur, totumque, veluti manibus, ambit ac continet terrarum orbem. Manus quippè proprium eſt munus, contrectare, capere, & comprehendere. Vnde Hebræi ſepè Manus vocabulo, pro ſpatio, menſura, proque loco, abutuntur. Nam vbi legimus in Nu-
Nu.2.17. meris: Singuli per loca & ordines ſuos proficiſcentur. Et in Deu-
Deu.23.12 teronomio: Habebis locum extra caſtra, vtrobique in Hebræo, pro Loco & Locis, habetur יָדוֹ, id eſt, manus. Hac eadem metaphora vſus eſt etiam Naſo, cum maris deſcriberet ambitum, mundique originem, ſic canens:

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan,
Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe,
Nec circumfuſo pendebat in aëre Tellus
Ponderibus librata ſuis, nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Superior igitur Iordanis influxus, & altior ſacerdotibus aquarum decurſus, profluere deſiit ac progredi, ſimul ac ſacerdotes,
Ioſ.3.13.15. qui arcam Domini baiulabant, in aquis Iordanis pedum ſuorum veſtigia poſuerunt: ſteteruntque aquæ deſcendentes in loco vno, & inſtar montis intumeſcentes (vnde Habacuc eas Montes appellat) apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom, vsque ad locum Sarthan. Quæ autem inferiores erant, in Mare ſolitudinis deſcenderunt, vsquequo omninò deficerent. Vt narrat hiſtoria libri Ioſue.

* Notandum Eſt autem, pro *Doluerunt*, Hebræa habere יָחִילוּ. 94

Ver-

Verbum verò חול, inter alia plurima, ſignificat etiam Quieſcere, morari, expectare, manere, reſidere. Vt apud Ieremiam vertit Vulgatus interpres, dicens: Eccè turbo Domini, furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum conquieſcet. Eſt enim pro Conquieſcet, יָחוּל. Et apud Oſeam: Quieſcent pauliſper ab onere regis. In libro autem Iob: Iudicare coram illo, & expecta eum. Et in Geneſi: Expectatis autem vltra ſeptem diebus. Eſt enim pro Expectantis, יַחֵל. Ergò, meo iudicio, aptiſſimè poſſet intelligi: Viderunt te Domine fluuii, quos diſſecuiſti, viderunt te, id eſt, tanquã te viderent, & perſentiſcerent. partim in montes excelſos, congeſtis & aggeratis fluctibus, conquieuerunt ac reſederunt: partim, conglomeratis gurgitibus, ſeque inuicem detrudentibus ac propellentibus vndis, magno impetu & perſtrepero ſonitu, ſeſe in mare præcipitarunt. Vel ſic: Viderunt te fluuii, & expectauerunt, & populi tranſitum præſtolati ſunt: dumque Iſraëlitarum & arcæ tranſitionem morantur, quaſi natiuæ fluxibilitatis obliti, aut ingenti quapiam mole oppoſita detenti, ſubſiſtentes ſtagnauerunt, & in montes altiſſimos excreuerunt. Ier. 30. 23. Oſeę. 8. 10 Iob. 35. 14. Gen. 8. 10.

95 * *Dedit Abyſſus vocem ſuam*, Inferiorem partem (vt diximus) Iordanis defluxiſſe ſignificat. Vox enim aquarum, in diuina Scriptura, illarum mobilitatem & fluxibilitatem ſolet indicare: quod plerunque cum ſonitu coniuncta ſit. Hucque illud refertur in Pſalmis: Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam: eleuauerunt flumina fluctus ſuos, à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Pſaltes quippè (vt ſæpè aliàs, de miro Naturæ rerum ordine Philoſophari conſueuit) in illo Pſalmo, à contrariis terræ aquarumque naturis & proprietatibus, pulchritudinem ac fortitudinem omnipotentem Dei, diſertiſſimè argumentatur. Vtpotè, quæ à fine in finem pertingat, & diſcordia ac pugnantia inter ſe, tàm mira concordia nexuerit, ſicque ordinem Mundanæ ſtructuræ, tanquam pulcherrimum carmen (vt ſuffurer verba Auguſtini) his rerum creatarum diſſidiis, velut antithetis, honeſtauerit. Quippè qui Tellurem firmauit, & æterna immobilitate ſtabiliit, ac perinde prorſus vocis exortem, ſoniq; penitus expertem effecit. At contra, naturam aquarum, fluxam & irrequietam, conti- Pſal. 92. 3.

 nuis

nuis motibus circumuolui,& perpetuò,alternantibus vndis, colliidi & agitari tribuerit. Neque id porrò abſq; fragore & tumultu, altè frementibus ac perſtrepentibus fluctuum nonnunquam voluminibus:aut, ſi leniter illabantur,placido murmure inſuſurrantibus.Hæc duo, Tellurem videlicet immotam & fixam, Aquamq; mobilem inconſtantem, fidedigna eſſe teſtimonia, affirmat Pſalmographus,Dei incomparabilem decorem,& inexhauſtam poteſtatem ac fortitudinem teſtantia:clamantiaq; manifeſtè: Mundanam hanc machinam, domum Dei eſſe, eiuſque ſanctitate decorari & ornari,ab eaque regi ſapientiſſimè & vegetari, longæua firmitudine ſtabilitam,concordi diſcordia ferruminatam.

* Quod verò Vulgatus interpres, *Doluerunt*, tranſtulit pro 96
וַתָּחִילוּ, hunc ſenſum habere videtur. Scidiſti Domine fluuios terræ: ii quippè (quaſi te vidiſſent, inſtar bellatoris indignabundi ac furentis,aſcendētem & agitantem quadrigas tuas, ipſoſque laceſſentem & increpantem : & quaſi ob id eſſent metu atque dolore perculſi)pars præceps ſe dedit in fugam:pars verò conuerſa eſt retrorſum,&,vt tecum congredi metuens, viamq; tuis exercitibus cedens,ſe in montes & cumulos exaggerauit. Idemmet Vulgatus
Pſ.76.17. in Pſalmis, iuxta Septuaginta editionem, pro hoc eodem verbo וַתָּחִילוּ, Timuerunt,interpretatus eſt,dicens: Viderunt te aquæ Deus,viderunt te aquæ, & timuerunt. Hieronymus tranſtulit, Par-
Pſ. 47.7. turierunt : Id eſt, inſtar parturientis doluerunt. Iuxta vulgatiſſi-
Iſa. 13. 8. mam Scripturarum phraſin, quæ dolentes & cruciatos acerrimè, parturientibus aſſimilare conſueuit. Niſi mauis, aquas Iordanis, parturientium modò, intumuiſſe, & in cumulos ſe ſubleuaſſe. Nam & montes olim pregnantes vulgatum prouerbium confinxit:

Parturient montes, & naſcetur ridiculus mus.

* Aquas porrò, Dei aſpectu deterritas, aufugiſſe,& diſcindiſſe 97
Pſ.113.5 ſeſe,ſæpè meminit Scriptura diuina. Quid eſt tibi mare, quod fugiſti (inquit Pſaltes) & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? A facie Domini mota eſt terra,à facie Dei Iacob. Deus enim quaſi iratus & furibundus, aquas increpaſſe deſcribitur: quod aut germinatione tellurem,aut trāſitu populum prohiberent.Dauid primæuā rerum conditionē pertractās, terræq; & aquarū diſiunctionem

nem

Digitized by Google

nem & ſeparationem depingens, ſic inquit: Abyſſus ſicut veſtimentũ amictus eius (telluris nempe) ſuper montes ſtabunt aquæ. Pſal.103. 6
Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt. Id eſt, Ab horrifica tua voce, ab efficaciſſimo tuo imperio, quibus aquas, veluti commoda telluris impedientes, increpare videbaris, quaſi territę ac trepidantes, in fugam ſe ſubitò coniecerunt, Pſalmo quoque centeſimo quinto, in quo (vt iam diximus) Vati noſtro Habacuco eodemmet argumento concinit regius Vates, ſic canit: Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ. Et irritauerunt aſcendentes in mare, Mare rubrum. Et ſaluauit eos propter nomen ſuum, vt notã faceret potentiam ſuam. Et increpuit Mare rubrum, & exiccatum eſt, & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto. Neque enim placidè aut blandè Deus Mare rubrum diuiſiſſe narratur, ſed tumultuosè potius, cum ſtrepitu magno & perturbatione, cum ingenti vociferatione & clamore, qualia irati & indignabundi, excire & cõmouere ſunt ſoliti. Dauid hunc tumultum atq; fragorem, quo Mare rubrum diſſectum eſt, graphicè deſcribit in hęc verba: Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: Pſa.76.17.
& timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi. Multitudo ſonitus aquarum, vocem dederunt nubes. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, commota eſt & contremuit terra. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur. Ergo, quod ſimpliciter dicitur iu Exodo: Abſtulit mare Dominus flantę vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum, diuiſáq; eſt aqua: Exo.14.21
procelloſum ventum ſignificat, negotiumq́; iſtud (vt declarat Pſalmographus) coactis horrificis nubibus, tonitrua & pluuias, atque grandines eiaculantibus, inſtarq́; rotarum currilium ſtridentibus peractum eſt. Idq́; idem ſubindicat Habacuc, dicens: *Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminib. furor tuus? vel in mari indignatio tua? q aſcendis ſup equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.*

98 * Quod autem legimus: *Fluuios ſcindes terra:* aptiùs, (ni me fallit opinio) verteretur per ablatiuum: Fluuios ſcindes terra: vel Fluuios ſcidiſti terra. Vt ſit ſenſus: Ita fluuios diſſecaſti, vt ibi antea erat aqua, terra appareret arida, & in medio fluminum via ſine im- Sap. 19. 7.

Digitized by Google

pedimento, vt dicitur in libro Sapientiæ. Alioqui enim, & is fluuios ſcindere dicitur, qui vado vel nauigio amnem traiicit, aut alio quouis modo transmittit. Cuiusmodi eſt illud Naſonis:

Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas.

Ergò explicationis cauſa, non verborum redundantia, Sciditi terra, poſitum eſt: vt ſciſſionis modum monſtraret. Nempe, ſic fluuios ſcidiſſe, vt ſolum atq; terra pateret, iterq; terreſtre prodiret. Sanè Septuaginta ſeniores à nobis ſtant in hac parte, vertũt enim: Ὁ ποταμὸς σχίζεται τῇ γῇ. Id eſt, Fluuius ſcinditur terra. Erit porrò eademmet Vulgatę lectionis ſententia, ſi, *Terra*, non genitiuum, ſed datiuum eſſe dicamus, vt ſit ſcilicet verborum mens: Sciditi fluuios in vſum terræ, in apparitionem telluris, in aluei & fundi denudationem. *Fluuios* porrò, & *In fluminibus*, cum dixit Habacuc, pluralem pro ſingulari vſurpauit, tritiſſimo cunctarũ nationum, nedum ſacrarum Scripturarum, tropo. Et in iure paſſim offendimus, pluralem in ſingularem reſolui. Vel ſignificat, torrentem Arnon eadem cum Iordane fuiſſe perpeſſum. Legimus enim
Nu. 21. 14. in Libro Numerorum: Sicut fecit in Mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. Aut ipſum Mare rubrum appellauit fluuium, di-
Ion. 2. 4. uinis authoribus nõ inſueta figura. Nam & Ionas in mari demerſus, aiebat; Proiecisti me in profundum in corde maris, & flumẽ
Pſal. 73. 15. circumdedit me. Et quod dicitur in Pſalmis: Tu ſiccaſti fluuios Ethan, de mari rubro videtur intelligi. Alluebat quippe Mare ru-
Nu. 33. 8. brum deſertum Ethan, iuxta id quod in Numeris dicitur: Profecti de Phi-hahiroth, tranſierunt per medium mare in ſolitudinẽ, & ambulantes tribus diebus per deſertum Ethan, caſtrametati
Iſa. 18. 1. ſunt in Mara. Sed & illud apud Iſaiam: Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ. Et quod bis è veſtigio ſubſequitur: Cuius diripuerunt flumina terram eius, indicare videtur Oceanum, vniuerſa littora Æthiopiæ pulſantem (Diximus autem, Æthiopiæ vocabulo, totam Aſiæ, Africęque, meridianam ac maritimam plagam, à Gangetico vſque ad Atlanticum mare, fuiſſe à veteribus comprehenſam) Quod enim in Abdiæ commentariis Luyſius Legionenſis exiſtimat, ſatis nobis conſentaneum videtur. Illud ſcilicet Iſaiæ vaticinium, ad Indos Americæ pertinere, quam regionem, ob vaſtitatem immenſam, iure quidem Nouum orbem

99 bem appellant. * Vetuſtiſſimi Græcorum poëtæ Homerus & Heſiodus, Oceanum quoque fluuium appellauerunt, Homerus namque ſic canit:

Oceani fluxum fluuii cum cymba reliquit.

Heſiodus verò ſemel atq; iterum, de Doryde & Idya:

Oceani fluuii perfecti gnata puella.

Pauſanias in Atticis eſt author, Oceanum olim, amnem appellari ſueuiſſe ſic inquiens: Phidias Nemeſis ſignum fecit, in cuius capite corona ceruos habet, & Victoriæ ſigilla. Ipſa læua fraxini ramũ, dextra phialam tenet. In phiala Æthiopes cælati ſunt, de quibus, neque quid ipſe coniiciam habeo, neque eorũ tamen, qui ſe rem intelligere profitentur, opinioni aſſentior. Æthiopes in phiala factos, ad Oceanum amnem ſignificandum: ad ipſum enim Æthiopas accolere, & eundem Nemeſis patrem eſſe. Xerxes (quod ſcribit Herodotus) vt ex Aſia in Europam traiiceret, ponte Abidum Seſto coniunxit. Sed cum pons tempeſtate marina eſſet conquaſſatus ac dirutus: Xerxes Ponto & verbera infligi, & iniici compedes, & incuti colaphos, & ſtigmata iuſſit inuri, & à pœnæ veſanæ miniſtris hæc veſana verba proferri. O aqua amara, dominus tibi hanc irrogat pœnam: quod eum læſiſti, qui de te nihil male meritus erat. Te tamen rex Xerxes, velis nolis, transmittet. Meritoque nemo hominum tibi ſacrificiat: vt doloſo pariter & amaro fluuio. Sic igitur fortaſſe Habacuc, cùm fluuios diſciſſos affirmat, fluuii nomine Mare rubrum intelligit.

100 * *Quadrigas* Dei dici, nubes; *Equos* porrò, ventos, vocari, apertè manifeſtat Dauid, cùm ipſum in hunc modum alloquitur: Pſa. 103. 3.
Qui ponis nubem aſcenſum tuum, qui ambulas ſuper pẽnas ventorum. Eſt enim in Hebræo pro Aſcenſum רכובו, id eſt, Currum ſiue quadrigas, vt ibi Hieronymus trãſtulit, & Vulgatus interpres plus centies. Eadem dictio habetur in Cantico canticorum, vbi Cant. 3. 10
legimus: Aſcenſum purpureum. Dicitur autem Aſcenſus ſeu Currus ibidem, illa ſellæ aut lecticæ pars, in qua flexis ſedetur poplitibus. Hanc dicitur Salomon feciſſe purpuream, id eſt, purpura conſtrauiſſe. Fuit quippe principibus veteribus mos, ſedilia purpura ſternere, vel Homero teſte, qui libro Iliadis nono, Agamemnonis

Digitized by Google

memnonis legatos; Phœnicem, Aiacem, & Vliſſem, purpureis tapetibus ab Achille exceptos commemorat, dicens:

Sedere autem fecit in ſedibus, tapetibusq́; purpureis.

Rurſusque idem in Odyſſea, vbi domus inſtruitur procorum aduentui, Eurycleam ſic loquentem inducit:

Agite, partim quidem ornateq́; feſtinantes
Aſpergiteq́;: in ſedibus benefactis tapetes
Iacite purpureos.

Eſt ergo ad verbum Hebræis in Cantico, Currum purpureum: Currusq́; ſedile vocatur, ſicut etiam & apud Græcos, Currum ſedis genus fuiſſe, idem met Homerus demonſtrat, cum ait:

Telemachus autem Vliſſem ſedere fecit aſtutias cogitans,
Intra bene ordinatam domum, apud lapideum pauimentum,
Currum indecentem apponens, paruamq́; menſam.

* Annotauit hoc Athenæus, libro quinto Dipnoſophiſtarum, 101
capite tertio. Eſt autem pro Curru Δίφρον, apud Homerum: cuius vocis etymon eſſe videtur, quod duos ferat, aurigam nimirum, & bellatorem. Quamquam ſint qui ita bigas vocari velint, quod ab equis duobus trahantur. Accipitur in propria ſignificatione apud eundem, libro Iliadis tertio, vbi dicitur:

Apud autem ipſum Antenor perpulcrum aſcendit currum.

Accipitur rurſus pro ſella, eodem libro tertio, cum ait:

Huic autem currum capiens amans riſum Venus
Contra Alexandrum dea poſuit, ferens.

In hac eadem ſignificatione Plato hoc vocabulum vſurpauit, libro primo de Republica, dicens: Καθεῖσο ἐπὶ δίφρον. Id eſt, Sedit in curru. Et Theocritus Eidyllio decimoquinto, cui titulus eſt, Syracuſiæ, pro Sella poſuit, ſic inquiens: ὅρη δίφρον Εὐνοᾶ αὐτῆ: Id eſt,
Ezech. 27. Diſpice currum Eunoe illi. Vulgatus interpres apud Ezechielem,
20. Currus eſſe ſellarum genus, intellexiſſe videtur, vbi ait: Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum. Eſt enim ad verbum Hebræis: Dedan inſtitores tui in pannis libertatis pro curribus, vt vertit Pagninus: vel, ad currus, vt Vatablus. Eſt autem Hebraicè לְרִכְבָּה. Ergo in Cantico canticorum, Aſcenſus ſedile ſignificat: non gradus, per quos aſcenderetur in ferculum, vt vulgus interpretum imaginatur. Eſt enim idem vocabulum in Hebræo,

Hebræo, quod etiam & apud Habacuc, *Quadrigas* vertit Vulgatus.

102 * Dicuntur autem nubes, Dei currus ſiue quadrigæ, quę ventis hàc & illàc, velut equis alatis, trahantur: quoniam, dum è nubibus modo hìc pluit, modo ningit illìc, interdum verò digrandinat, fulgurat, fulminat, & omne cœlum tonitribus ciet, Deus ſe præſentem vbiq; mortalibus maximè manifeſtat, eorumq; mentes religione imbuit, & pauore trepidos animos, ac nonnunquam ſuperſtitione, conterritat: Ioue quippè fulgurante aut tonāte, haberi comitia, nefas fuit. Nonne perſpicuum eſt (inquit Cicero) ex prima admiratione hominum, quod tonitrua, iactusque fulminum extimuiſſent, credidiſſe ea efficere omnium authorem Iouem? Quò & illud pertinet Horatianum.

Cœlo tonantem credidimus Iouem
Regnare.

Veteres quidem Poëtę, non aliunde magis verendam Dei potentiam hominibus ſe oſtentare putarunt, quam cum Iouem fulguratorem, nubicogum, tonantem, perterricrepum, & grandiſtrepum vocitarunt: vt Lucianus in Miſanthropo iocatur. Hinc eſt illud Terentiani Chereæ in Eunucho:

At quem deum? qui templa cœli ſumma ſonitu concutit.

Hinc etiam eſt & illud Naſonis:

Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes
Iuſſit, & humanas motura tonitrua mentes.

Nec inuenuſtè puerulum Chriſtum, gremio Virginis inſidentem, ſalutauit, qui dixit:

Aue puelle paruule,
Mellitule, elegantule:
Cui mater eſt virguncula,
Cui magnus eſt Tonans pater.

Anna vxor Elcanæ, in Hiſtoria Regum, ſic canit: Dominum formidabunt aduerſarii eius, ſuper ipſos in cœlis tonabit. Tonitrua (inquit Ariſtoteles) & fulmina non timere, non eſt fortis ſed furentis viri. Tales fuerunt iuxta nomen ſuum Manichæi, de quibus Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi ſexta ſic inquit: Tonat Deus, & nos omnes tremimus, Manichæi autem blaſphemant: 1. Reg. 2. 10.

Zz fulgu-

fulgurat Deus, & omnes ad terram inclinamur; illi verò nefandas
in cœlum mouent linguas. Sanior quidem in hac parte Caligula,
qui (teſte Suetonio Tranquillo) cum deos tantoperè contemne-
ret ad minima tamen tonitrua & fulgura conniuere, caputq́ue
obuoluere, ad verò maiora proripere ſe è ſtrato, ſub lectumq́ue
condere ſolebat.

Pſal. 67. 35 Magnificentia Dei, & virtus eius in nubibus, canit Pſalmogra-
phus. Et Nahum ex his, quæ Μετάρσια vocantur (& Ariſtoteles ap-
pellauit μετέωρα, cum id etiam de ſtellis dicatur, vt annotauit Io-
Nah. 1. 3. ſephus Scaliger in Manilium) Dei potentiã Niniuitis oſtentat, cũ
ait: Dominus in tempeſtate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis
pedum eius. E nubibus perſæpè Deus ſuo ſe populo præſentẽ ex-
hibuit: è nubibus illos allocutus eſt, quid plura? è nubibus in ho-
ſtes illorum (vt principes ſolebant è curru) validiſſimè decertauit.
Cumq; fugerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Bethorom, Do-
Ioſ. 10. 11. minus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo vsq; ad Azeca, &
mortui ſunt multo plures lapidibus grandinis, q̃ quos gladio per-
1. Reg. 7. cuſſerant filii Iſrael. Intonuit quoq; Dominus fragore magno ſup
10. Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filiis Iſrael. Hinc eſt for-
ſitan quod Iuuenalis ſcripſit, Iudæos nubes colere. ait enim:

Quidam ſortiti metuentem ſabbatha patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant.

* Ariſtophanes in comœdia, quam Nepheles inſcripſit, Socra- 103
tem nubes venerantem inducit, deaſq; appellat. Meritò igitur
Habacuc horriſonas nubes, procelloſum ventum eiaculantes, quo
Rubrum mare exiccatum ac diſſecatũ eſt, *Quadrigas Dei* appella-
uit. Neq; has ipſas aquarum odio aſcendiſſe declarat: ſed verò vt
populo ſuo vindex fieret atq; ſaluatio. Pagninus, Quadrigas, ap-
poſitè tranſtulit, in hunc modum exponens: Quia aſcendiſti ſu-
per equos tuos, & quadrigas tuas, ad ſalutem. Eius autem Expur-
gatores ad verbum: Quia equitabis ſuper equos tuos, quadrigas
tuas ſalutem. Conuenienter etiam ab illis, Quia ꝑ Qui, poſitũ eſt
cum ſit in Hebræo particula כִּי. Et fortaſsè ſcriptorũ incuria, Qui
Pſal. 108. ꝑ Quia, in codices Latinos irrepſit, hoc loci: ſicut & Pſalmo 108.
31. vbi pro eo quod vulgo legimus: Qui aſtitit à dextris pauperis. כִּי
eſt Hebræis, & Græcis eſt ὅτι. Quod & Sixti nunc Vulgata repo-
ſuit.

fuit. Neque deſunt Latina exemplaria, quæ cum Hebraicis, Chaldaicis, ac Græcis legant Quia apud Habacuc. Louanienſis Bibliorum cenſura, duos vetuſtos codices manu ſcriptos hanc lectionem prætuliſſe, teſtatur. Certè particula hæc כִּי, propè ſemper ab interprete Vulgato transfertur Quia: magnasq; non rarò, orationi tenebras offundit, ſi lector non præmonitus fuerit, diuinos Scriptores hac voce, non ſolùm ad expoſitionem cauſarum, ſed etiam ad orationis ornatum, aut ad rem aſſeueranter firmandam, aut in alios itidem vſus, frequenter abuti conſueſſe. Hieronymus in epiſtola conſolatoria ad Pammachium, ſuper obitu Paulinæ vxoris, ſic vertit: Aſcende ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus. Series itaque & ſententia verborum eſt: Non fluminibus iratus aut mari, ex nubibus quaſi ex equis & curru, tanto ſtrepitu aduerſus ea decertaſti: ſed verò vt populo tuo, vindex fieres atq; ſaluatio.

104 * *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum*: dixit Habacuc, quoniam, cùm tot annis Iſraelitæ in Ægypto miſerè premerentur, cùm Dei fortitudo & potentia, qua pro ſuis propugnare conſueuit, tum facta patribus iuramenta, dormire quodammodo videbantur. Verbum enim *Suſcitans ſuſcitabis*, his etiam, q̃ ſequuntur, debere coniungi; *Iuramenta tribubus quæ locutus es*: illud Ieremię oſtendit aperte, vbi etiam quæ ſint iuramenta, patribus præſtita, conſequenter declarat. Hæc dicit Dominus Iſrael (inquit Ieremias) Ier. 11. 3. Maledictus vir, qui non audiuerit verba pacti huius, quod præcepi patribus veſtris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: Vt ſuſcitem iuramentum quod iuraui patribus veſtris, daturum me eis terram fluentem lacte & melle. Dicuntur autẽ *Iuramenta* promiſſiones patribus factę de poſſidenda terra Chanaan, non ſolùm ob firmitudinẽ promiſſionis diuinæ, ſed etiam, quoniam reapsè percuſſo fœdere, Deus Abraham de his certiorẽ effecerit. Dixit enim Abraham Domine Deus, vnde ſcire Gen 15. 8. poſſum ꝙ poſſeſſurus ſim eam? Dominus autem, vt certum eum redderet, vaccam triennẽ, & capram trimã, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam, in fœdus ferire præcepit.

 Cum

Cum verò iuramenta hæc Patriarchis facta fuiſſent, Habacuc facta Tribubus aſſerit, quoniam non patribus ipſis; ſed eorum poſteritati, erat facienda traditio promiſſæ hæreditatis terræ Chanaan.

Deu. 7. 13. Iuxta id ꝙ legimus in Deuteronomio: Terram pro qua iu-

Act. 7. 5. rauit patribus tuis, vt daret eam tibi. Teſtatur enim prothomartyr Stephanus, Abraham in terra ꝓmiſſa neq; paſſum pedis habuiſſe.

* Porrò autem quod alii verterunt: Denudatione denudabitur 105
arcus tuus: inde eſt, quod verbum Hebraicum ת ר deducunt à radice ערה, quę nudare & diſcooperire eſt: cum Vulgatus deduxerit à dictione עור, quæ expergiſcere & ſuſcitare ſignificat.

Illud denique: *Iuramenta tribubus dictum*: ex phraſi Hebræorum prolatum eſt, qui non vitant numerorum diſcordiam. Verũ diſpari numero, gentile habent, adiectiua ſubſtantiuis nominibus

Ioſ. 24. 19. & verbis ſuppoſita coniugare. Nam vbi legimus in libro Ioſue: Non poteritis ſeruire Domino: Deus enim ſanctus, & fortis æmulator eſt: ad verbum habent Hebræi, Quia Dii ſancti ipſe. Et vbi

Iſa. 19. 4. Vulgatus interpres tranſtulit apud Iſaiam: Tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium: Hebręis eſt ad verbum, Concludã

Iſa. 2. 18. Ægyptum in manu dominorum duri. Et pro eo, ꝙ eſt apud eundem: Idola penitus conterentur: in Hebræo ad verbum habetur,

Gen. 49. 22. Idola penitus concidetur. Et in Geneſi, vbi vertit Vulgata: Filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Hebraica exemplaria ſic habent, Filiæ incedebat ſuper murum. Hoc interdum & in Græcis offendi-

Pſal. 36. 15. mus. Etenim vbi habetur in Pſalmis: Arcus eorum confringatur: Arcus Græcis pluralis eſt numeri, Confringatur eſt ſingularis. Et

Pſal. 36. 23 ibidem vbi nos legimus: Apud Dominum greſſus hominis dirigentur: Greſſus Græcis pluralis eſt numeri, Dirigetur eſt ſingularis. Quinetiam (vt annotauit Priſcianus) interdum apud Latinos authores, diuerſi numeri conſtruuntur. Nam Saluſtius in Catilinario ſic ait: Interea ſeruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. Tibullus verò in hunc modum:

Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris,
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Et Baptiſta Mantuanus in Æglogis:

Hæc armenta, quibus caput a tellure leuatur
Altius, & cui ſunt longa internodia crurum.

Antece-

Antecedenti enim pluralis numeri, alterum relatiuum pluralis, alterum ſingularis ſubiecit. Non ergò malè vertit Vulgatus, *Iuramenta quæ locutus es*, nam Dictum iuramenta Hebraiſmo, pro Dicta iuramenta vſurpatur. Neque etiam malè in Pſalmis, cum ait: Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum: pro his quæ Hebræi habent ad verbum, Iuſtus es Domine, & rectum iudicia tua. Hæc autem idcircò annotauimus: quod velle videantur nonnulli, Dictum haudquaquam ad Iuramenta, ſed ad ſequens referri *Selah*, quod Hebræi in hoc loco interponunt. De cuius incertiſſima vi, in ſuperioribus annotatum eſt. Pſal.137.

11. Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.

12. In fremitu conculcabis terram, in furore obſtupefacies gentes.

106 REm geſtam ſub Ioſue ſuperioribus exemplis adiungit, quæ, in diuinæ clementiæ argumentum erga perfidos Iſraëlitas Vates precabundus obtenderat. Porro verò hiſtoria ſic habet. Cum audiſſent quinque reges Amorrhæorum, transfugiſſe Gabaonitas ad Iſraël, eiſq; fuiſſe confœderatos, congregati aſcenderunt ſimul cum exercitibus ſuis, & caſtrametati ſunt circa Gabaon, oppugnãtes eam. Habitatores autem Gabaon vrbis obſeſſæ, miſerunt ad Ioſue, vt ferret præſidium poſtulantes. Aſcenditq; Ioſue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortiſſimi: irruitque repentè ſuper Amorrhæos, tota nocte aſcendens de Galgalis. Et conturbauit eos Dominus à facie Iſraël, contriuitq; plaga magna in Gabaon: ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Beth-horon, & percuſſit vſq; ad Azeca & Maceda. Cumq; fugerent filios Iſraël, & eſſent in deſcenſu Beth horon, Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cœlo vſq; ad Azeca: & mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percuſſerant filii Iſraël. Tunc locutus eſt Ioſue Domino, in die qua tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorum Iſraël, dixitq; coram eis. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe Gens de inimicis ſuis. Stetitque Sol in medio cœli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei. Hoc Ioſ. 10. 1.

cabas & conterebas Amorrhæos, timoreque & admiratione, adeò Ioſ. 11. 11.
illos reddebas ſtupidos: vt eorum nullus in poſterum contra filios Iſraël vel mutire auſus ſit.

110 *Porro verò, cum in hoc loco, tum verſu octauo ſuperius, vbi Hab. 3. 8.
Vulgata editio habet: Aut in fluminibus furor tuus? Hebræi pro, *Furore*, habent vocem אף Aph, quæ propriè ſignificat Naſum. Fit hoc manifeſtum ex Pſalmis, vbi dicitur: Nares habent, & non odorabunt. Pſal. 113. 6.
Hinc eſt igitur ꝙ expurgatores Pagnini Naſum vtrobiq; repoſuerunt. Vertunt enim: Num in flumina naſus tuus? Et, In ira incedes terram, in naſo triturabis gentes. Nequaquam tamē eſt dubitandum, tàm in hoc, quàm in aliis compluribus Scripturæ diuinæ locis, Naſum pro indignatione vſurpari. Ducta, vt nonnulli voluerunt, metaphora ab animantibus iram flatu narium ſignificantibus, qualia ſunt taurus & equus: aut à canibus, vt alii arbitrantur: qui naribus in rugam contractis, iram produnt atq; ringuntur, Ego autem, homini quoque nares excandeſcentia intumeſcere, ſpirituque concitatiore, ac feruida reſpiratione agitari, ignorare nullum exiſtimo. Et paſſim vſurpamus Hiſpani, Hincharſe las narizes, pro iraſci. Vndecumque verò dicatur, ira naſo quidem ineſſe, paſſim ab omnibus perhibetur. Vetuſque adagium eſt (inquit Soſia Plautinus in Amphitryone) Fames & mora bilem in naſum conciunt. Et Thyrſis apud Theocritum, Eidyllio primo, Pana deum in hunc modum deſcribit:

Eſtq́, amarulentus,
Et illi ſemper acerba bilis in naribus ſedet.

Conſonat & illud Perſianum, in quinta Satyra:

Diſce: ſed ira cadat naſo, rugoſaq́, ſanna.

111 *Pro verbo, *Obſtupefacies*, Hebræis eſt תדוש. Id eſt, triturabis, aut conteres. Vt Pagninus & Leo Iudæ in hoc loco, & Vulgatus apud Iſaiam, tranſtulerunt. Triturabitur Moab (inquit Vulgatus) Iſa. 25. 10.
ſub eo, ſicut teruntur paleæ in plauſtro. Ergò ſolita repetitione Habacuc, eadem quæ dixerat, expolit, & exornat, ſentētiaśq; eiuſdem reciprocatione, & varietate verborum, rem illuſtriorē & ampliorem facit. Vt vi & energia epanalepſis, iterum atq; iterum dicta, auditori penitius inſideant, & illum vehemētius commoueāt. *In fremitu cōculcare terrā, &, In furore triturare gentes*, idē ſunt eandemq;

demque videntur habere ſignificationem: ita tamen, vt poſterior periodi pars ſit prioris interpretamentum.

13. *Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.*

MIraculis in Ægypto patratis ſub Moyſe, teſtimonia diuinæ clementiæ & benignitatis erga improbos Iſraëlitas, Vates noſter tandem concludit, è multis tantummodo duo, vt potiora & illuſtriora, commemorans. Necem ſcilicet primogenitorum Ægypti, & ſubmerſionem exercitus Pharaonis. Eſt ergò ſententia Habacuc, & perinde eſt, ac ſi dixiſſet. Introduxeras Domine populum tuum hunc in Ægyptum, non ſolum vti fami ſuccurreres: ſed etiam vt principatu donares: vt terræ medullam comederet, vniuerſiſque Ægyptiorum opibus potiretur. Cum autem eſſet mortuus Ioſeph, vniuerſique fratres eius, & vniuerſa cognatio eius, nouuſque Rex ſurrexiſſet, cui non cognitus fuerat Ioſeph: Iſraëlitæ, qui in immenſum excreuerant, vt gratiam ab Ægyptiis inirent, Ægypti ſimulachra coluerunt. At Pharao, nihil inde placidior (tua impietatem vlciſcente iuſtitia) duris illos operibus luti, & omni famulatu premebat, vniuerſos maſculos filios Iudæorum internecari præcipiens. Vnde breui videbatur futurum, genus eorum penitus extinctum iri. Sed tu Domine, cum res Iudæorum deploratæ ſic viderentur, in ira miſericordiam non cohibens, Moyſen mirabiliter reſeruaſti. Eumque vngens atque deſignans in tui populi prophetam & ducem: qui in id temporis á populo tuo elongatus videbaris & abſens, cum eius oppreſſionem negligeres: egreſſus es tandem cum Moyſe, non greſſibus vtique, ſed effectibus, vt illi ſalutem afferres, ſeruitioque rigido liberares. 112

Gen. 45. 18 / Exod. 1. 6. / Ezech. 20. 7. 8.

* Videretur porrò Habacuc alludere ad id, quod Dominus promiſerat Moyſi: Ego ero tecum. Et rurſus: Perge igitur, & ego ero in ore tuo, & docebo te quid loquaris. 113

Exod. 3. 12. / Exo. 4. 12. 15.

Vocatur autem Moyſes *Chriſtus*, id eſt, Vnctus: quòd populi dux eſſet atq; propheta, etſi vnguento reipſa perunctus atq; delibutus non fuerit: quoniam Reges poſtea & Prophetæ, iuxta cum Sacerdotibus vngerentur. Ex quo etiam vetuſtiſſimos Patriarchas, Abra-

Abraham, Iſaac, & Iacob, Chriſtos Scriptura compellat, cum ait: Nolite tangere Chriſtos meos. Fuerunt autem Chriſti, id eſt, Vn- Pſ. 104. 15.
cti, hi patres & Moyſes vnguento illo, quo Chriſtorum Chriſtus Ieſus, vnctus præ cæteris perhibetur. De ipſo quippè canit Pſalmographus: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea Pſal. 44. 8.
vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Vnde meritò hi quoque, Dei ſpiritu imbuti & ſanctificati, veri reges & Gen. 20. 7.
ſacerdotes, hac vnctione facti fuiſſe creduntur. Namq; & Prophetas eos fuiſſe, non ſemel Scriptura teſtatur. Et Dauid, cum Chri- Ge. 27. 40.
ſtos vocaſſet, confeſtim appellauit Prophetas. Addit enim, ſe for- Gen. 49. 1.
taſsè declarans: Et in Prophetis meis nolite malignari.

114 * Inuenimus, Cyrum regem Perſarum, Chriſtum à Deo nun- Iſa. 45. 1.
cupari: quod ab ipſo fuiſſet præelectus, vt captiuum populum Iſraël Babylone, in libertatem aſſereret, eiusq; oppreſſores & hoſtes Babylonios vlciſceretur, ac diuinam voluntatem in omnibus, Iſa. 44. 28.
ſtrenuè atq; perfectè compleret. Quæ quidem Moyſes ante alios, ad vnguem iugiter executus eſt: vt Chriſtus non iniuria dicatur.

13. Percuſſiſti caput de domo Impii, denudaſti fundamentum eius vsque ad collum.

115 QVidam in hunc ſenſum exponunt: Percuſſiſti caput de domo ac regno Ægyptiorum impiorum, dum Pharonem impium perdidiſti. Denudaſtique domus illius fundamentum ab imo vsque ad collum, cum ſimul cum principe ſuo impium populum ſubuertiſti. Per *Fundamentum* enim, infimam plebem: per *Collum*, regem ſupremum, aut regi proximos principes, regnique magnates, intelligunt. Sunt etiam qui in hunc modum explanant: In gratiam populi tui percuſſiſti primogenitum Pharaonis (hunc enim *Caput* eſſe decernunt) Nudaſti fundamentum regni Ægyptiorum. Id eſt, funditus euertiſti & vaſtaſti. Nimirum interimens Pharaonis exercitum, in quo robur & fortitudo, ac veluti fundamentum Ægyptiorum regni conſtiterat; ſubmergens vsque ad collum, hoc eſt, vsque ad primores & magnates, quod collum ſit ſecundæ à capite dignitatis. *Fundamentorum denudatione* (ait quidam) omnem hoſtis potentiam, omnem poteſtatem præciſam, ademptamque, ſignificat Habacuc. Nam vt ar-

borum radices,quibus terræ hærent,ad capitis in animantibus vicem accedunt, & quæ his radicibus continua eſt trunci pars,collũ refert, vtraq; autem hæc ſi præcidantur, & circumducta terra nudentur, arborem perire neceſſe eſt: ita ſi quis maximarum ædium fundamenta à primis firmitudinis initiis ad collum vſque, hoc eſt, ad eam partem,quæ ad pauimentum vſque pertinet,diruat,totius ædificii ruinam ſequi,pronum atq; promptum eſt.Ille hactenus.

*Ego verò, morem antiquum à Propheta referri arbitror,quo 116
priſci multis de cauſis capillos, barbam, ac villos, tondere aut radere conſueuerunt. Et barbam quidem præcidi, Alexandri temporibus fuiſſe repertum, cum prius non raderetur, Chryſippus philoſophus tradidit: vt Athenæus teſtatur. Et fortaſsè verum fuit apud Græcos: apud alias autem nationes multo vetuſtiora comperimus. Alexis vetus poëta, multis de cauſis iam olim barbam radi conſueuiſſe,declarat,ſic inquiens:

Si quem reciſa fortè barba videris,
Tonſaũe, facturum quid horum dicito:
Mihi videtur militare velle,vel
Feciſſe barba cuncta quæ contraria.
Ingenſue contigiſſe prorſus huic malum.
Quid per deos villi moleſtia afferunt?
Ob quos viri videmur eſſe ſinguli.
His quid putas feciſſe niſi contrarium?

Mollis quippè olim atque effœminati habitum eſt, capillos aut barbam raſiſſe:quoniam (vt eſt apud Naſonem) cæſaries, barba,atq; villi, quãplurimum exornent virũ. Laudat autem ſe Polyphemus à barbitio,protenſáq; coma,hirtisq; pilis,in hunc modũ:

coma plurima toruos
Prominet in vultus,humeroſq; vt lucus obumbrat.
Nec mea quòd duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora,turpe puta,turpis ſine frondibus arbor,
Turpis equus,niſi colla iubæ flauentia velent.
Pluma tegit volucres,ouibus ſua lana decori eſt.
Barba viros,hirtæq; decent in corpore ſetæ.

*Radebant igitur barbam impudentiſſimi adoleſcentes ob- 117
ſcœniſſimique cinædi:hæcq; indecora prorſus & execrabilis tondendi

dendi ratio, dicta fuit Mœchus: qua infamatur in comœdiis poëta Cratinus. Vnde cum quendam mentum ita habere vidiſſet Diogenes, dixit: Numquid naturam accuſas, quia te virum, non autem mulierem effecerit. Cumq; alium quendam vidiſſet, hoc eodem pacto ſe habentem, odoribusq; perfuſum, & mollibus veſtimentis indutum. Quid ſcortum foret immane, ſe prius quæſiuiſſe affirmauit, & tandem nunc reperiſſe. Sed & alium videns ex iis, cum venderetur, magno & forti animo dixit: Veni adoleſcens, eme tibi virum. Ancipiti nempè oratione fornicatorium eius vitæ corrigens inſtitutum: vt Clemens Alexandrinus exponit. Huc illud Iuuenalis refertur:

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati.

118 * Mos item veteribus fuit, vt ex ephebi primam barbam cum capillo deponerent, ſolemnique quodam ritu cuipiam numini conſecrarent. Id porrò Curotrophon vocabant: dicebatur etiam Threpterius. Græcis autem Threpta dicuntur, quæ Latinis appellantur Nutritia. Nero Cæſar (inquit Suetonius) inter buthyſie apparatum barbam primam poſuit, conditam in auream pixidem, & pretioſiſſimis margaritis adornatam Capitolio conſecrauit. Martialis de Earino, Domitiani liberto, qui crines ſuos aurea in pixide reconditus Æſculapio miſerat, ſic ludit:

Accipe laudatos iuuenis Phœbeie crines,
Quos tibi Cæſareus donat habere puer.

Et in alio loco, Æſculapium in hunc modum alloquitur:

Latonæ venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras penſa, breuesq; colos:
Hos tibi laudatos dominorum voce capillos
Ille tuus Latia miſit ab vrbe puer.
Addidit & nitidum ſacratis crinibus orbem,
Quo fœlix facies indice tota fuit.
Tu iuuenile decus ſerua: ne pulchrior ille
In longa fuerit, quam breuiore coma.

Verum Recentiora ſunt hæc, vetuſtiora tradit Plutarchus in Theſeo, ſic inquiens: Vigebat illis temporibus cõſuetudo, vt qui ex ephebis exceſſiſſent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent. Acceſſit igitur in Delphos Theſeus, & priorem capitis partẽ

ſolam abraſit, vt de Abantibus ſcribit Homerus atq; hoc tonſuræ genus Theſeis ob illum nuncupatum eſt. Abantes verò primi hoc tondendi more vſi ſunt: quem quidem non ab Arabibus, vt quidam exiſtimant, didicerunt: nec Myſios imitati. Sed quod natura bellicoſi eſſent, & cominus pugnandi, ac præter cæteros manus cum hoſtibus conſerendi, peritiam tenerent, vt Archilocus teſtatur his verſibus:

Nec crebros tendunt arcus, nec verbera funda
Expediunt, ſæuas quoties Mars æquore cædes
Infert, at rigido geritur res cominus enſe.

Ne igitur vllas hoſtibus ad capiendum anſas darent, tondebantur. Hoc & Alexandrum illum Macedonem, cum excogitaſſet, ſuis ducibus imperaſſe ferunt, vt Macedonum barbas abraderent: quippè quæ in præliis anſæ promitiſſimæ forent. Hæc Plutarchus. Ex quibus aliam iam cauſam, cur olim raderentur, habemus: & apertè claret, cur Chryſippus dixerit, temporibus Alexandri barbam radi fuiſſe repertum.

* Sed & qui patria longius proficiſcerentur, comam alere con- 119
ſueuerunt, quam incolumes redeuntes, cuipiam flumini conſecrabant. Quod Achillis verba demonſtrant, cum ſic inquit apud Homerum, Patrocli funus adorans.

Sperchi aliter tibi pater ſupplicauit Peleus,
Illic me redeuntem dilectam in patriam terram,
Tibiq́; comam tondere, ſacrificareq́; ſacram hecatombem.
Quinquaginta autem maſculas illic oues ſacrificare
In fontes, vbi templum altareq́; odoriferum.
Sic ſupplicauit ſenex: tu autem ei mentem non perfeciſti.
Nunc autem poſtquam non redeo dilectam in patriam terram,
Patroclo heroi comam præbeo portare.
Sic dicens, in manibus comam dilecto ſocio.
Poſuit. his autem omnibus luctus deſiderium mouit.

Notauit autem Martialis, non primam comam Patroclo Achillem mærentem præbuiſſe: illam quippè lætus abraſerat. Sed Martialis verba ſubnectam:

Quid non cogit amor? ſecuit nollente capillos
Encolpus domino, nec prohibente tamen.

Per-

Permiſit, fleuitq́, Pudens: ſic ceſſit habenis.
Audaci queſtus de Phaëtonte pater.
Talis raptus Hylas, talis deprenſus Achilles
Depoſuit gaudens, matre dolente, comas.

Primam igitur Achilles comam, cum muliebri veſte depoſuit in Scyro: at quam ex voto nutriebat Sperchio Theſſaliæ fluuio, apud Troiam in funere Patrocli deraſit. Pauſanias in Atticis, patrium morem Græcis omnibus fuiſſe, tondendi fluminibus crinem, ex prædictis Homeri verſibus argumentatur: & iuxta fluuium Cephiſum, Mneſimachi pueri ſimulacrum fuiſſe refert, capillos Cephiſo tondentis. Idem in Arcadis eſt author, Leucippum, Oenomai Piſæ regis filium, cum Daphnidem virginem deperiret, nec ſperaret ſe illam vxorem obtinere poſſe (abhorrebat namq; virgo à marium conſuetudine) ad dolos animum conuertiſſe: & comæ productioris auxilio, quam Alpheo fluuio nutriebat, ſumpta itidem
120 veſte muliebri, ſe illi comitem adiunxiſſe, ſicq; eius gratiam iniiſſe.

* Nazarei quoq; apud Hebræos, ex voto capita raſitabant, ſic enim legimus in libro Numerorum: Vir ſiue mulier cum fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare: omni tempore conſecrationis ſuæ nouacula non tranſibit per caput eius vſque ad completũ diem quo Domino conſecratur. Sanctus erit creſcente cæſarie capitis eius. Cum dies, quos ex voto decreuerat, complebuntur, adducet eum ad oſtium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem eius ſacerdos Domino. Tunc radetur Nazaræus ante oſtium tabernaculi fœderis cæſarie cõſecrationis ſuæ: tolletq́; capillos eius, & ponet ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorũ. Contrario ſuperioribus voto ſe Argiui apud Herodotum obſtrinxerunt. His interciderat cum Lacedæmoniis contentio de agro, qui Thyrea dicebatur. Cumq; ex contentione pugnaſſent, tandemq; Spartiatæ viciſſent: Argiui tonſis capitibus, cum anteà criniti eſſent, neceſſariò lege ſanxerunt, ne prius viri comã nutrirent, neúe aurum fœminæ ferrent, quàm Thyreas recuperaſſent. E contrario Lacedæmonii legẽ tulerunt, vt in poſterum comati eſſent, cũm anteà non fuiſſent. Num. 6. 2. 18.

121 * Sed & eos, qui maris tempeſtatem euaſerant, ex voto capita

raſitaſſe, indeq; capillum exſectum cuipiam numini conſecraſſe, autumo, hincq; Iuuenalem dixiſſe:

Tunc ſtagnante ſinu gaudent ibi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Si non de remigibus agit Poeta, qui tum etiam, vt nunc quoq; fit, capita deraſa geſtarent. Quæ interpretes commentantur, non placent.

Aulus Gelius, ſiue mauis Agellius, Noctium Atticarum libro tertio, capite quarto, annotauit: P. Scipionis Africani temporib⁹, viros nobiles ante ætatē ſenectam, barbam & genas radere conſueuiſſe. Idq; circò pleraſq; imagines veterum, non admodum ſenum, ſed in medio ætatis, imberbes confictas videri.

* Tondebantur etiam & ſeruorum capita: vnde prouerbium 122
eſt natum, quod Ariſtophanes in Auibus vſurpauit: Seruus cum ſis, comam geris? Hinc quoque Seruilis capillus adagionis locum obtinuit. Et Plato in Alcibiade, quoſdam ſeruiles pilos in animo geſtare dixit, id eſt, breuiſſimos & ſquallidos: indoctos & ſtupidos eos eſſe ſignificans. Mox ergò vt in ſeruitutem quis venerat, capillos, vt nunc remiges faciunt, abraſo capite deponebat. Quoniam (vt inquit Ariſtoteles in Rhetoricis ad Theodocten) non eſt facile, ſeruile aliquod opus facere crinitum hominem. Sunt plurima Scripturæ diuinæ loca, quæ hunc morem ſapere videantur, quæque vocibus Caluitii, aut Tonſionis, vel Raſuræ, captiuitatem, atque duram ſeruitutem minantur. Cuiusmodi eſt illud
Iſa. 3. 17. apud Iſaiam: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium. Deſcribit namque Iſaias captiuarum habitum, ſordiumque ſeruilium pœdorem. Sed apertius adhuc Michæas, dicens: Decaluare,
Mich. 1. 16 & tondēre ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te. Quamquam hoc Michææ teſtimonium ad aliam radendi cauſam referri poſſit, nēpe ex dolore tondentium, de qua poſterius dicemus. *Huius por- 123
rò moris, tondendi ſeruos, Moyſes apertiſſimè meminit in Deu-
Deut. 32. 42. teronomio, cum Dominum ſic loquentem inducit: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de

cruore

cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis. Quem locum Interpretes (dum incerti ſunt, quid capitis nudatio ſignificet, quod ingenuè Eugubinus fatetur) in varias ſententias detorquent. Quippè Pagninus ſic vertit: Et captiuitatis à capite vltionum inimici. Volunt quippè Hebræi in hoc loco, verbum פַּרְעוֹת vltionẽ ſignificare, etiam ſi nuditatẽ ſignificat aliàs. Tigurina translatio ſic reddidit: Imbuam ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes: propter ſanguinem occiſorum, propterq; captiuos, vt hoſti ſummatim vltiones rependam. Vatablus tranſtulit: De capitibus hoſtium in vltionis inimici. Aut: In principio vindictarum inimici. Caietanus porrò ſic: Et præda de capite in vltiones inimici. Et fortè, quando Hebraicè dictiones polyſemæ ſunt, hæc omnia Spiritus ſanctus dictauit: attamen vt mihi videt, planior atq; magis cohærẽs, eſt verſio Vulgatæ editionis, habent quippè Hebraica in hunc modũ: מֵרֹאשׁ פַּרְעוֹת אוֹיֵב מִדַּם חָלָל וְשִׁבְיָה. quæ ad verbum ſic poſſunt transferri: De cruore occiſorum & captiuitate, de capite nudationum inimici. Id eſt, de capite nudato inimici. Vtuntur enim Hebræi genitiuis ſubſtãtiuis loco adiectiuorum: vt Deus vltionum, potentiarum, miſericordiarum, pro eo ꝙ eſt Deus vindex, potens, miſericors. Verbum porrò Hebraicum פָּרַע, quamuis ſit vindicare & vlciſci, frequentiùs tamen & propriùs, nudare & diſcooperire ſignificat. Vulgatior atq; notior res eſt, quam vt teſtibus & exemplis indigeat. Dixerat ergò Dominus: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes: de cruore occiſorum & captiuitate. Mox quam minetur captiuitatem explanat, nempe abiectiſſimam, deſpectiſſimamq; omnium ſeruitutem, abraſi deniq; & nudati capitis: hoc enim deſignat adiungens: De capite nudato inimici. Mei inimici, videlicet: pręmiſerat enim: Reddam vltionem

124 hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. * Cõtextus itaq; verborum Moyſis, iuxta Hebraicam proprietatẽ, is eſt: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes: Inebriabo eas de cruore occiſorũ, & de captiuitate, de capite nudato inimici. Eſt autem ſenſus verborum: Satiabo & explebo arma mea, id eſt, vindicem iuſtitiam meam, occiſione inimicorũ meorum, aut captiuitate abiectiſſima: ſatiabo illa capitibus nudatis meorũ

Digitized by Google

hoſtium. Abſumam oſores meos, partim nece, partim captiuita-
te, hacq; etiam viliſſima & contẽptiſſima, vtpotè nudati & abraſi
capitis. Chaldæus paraphraſta, quamquam ſubobſcurè aliquantũ
in hunc ſenſum vertiſſe videtur: Inebriabo ſagittas meas ſangui-
ne, & gladius meus occidet populos: de cruore occiſorum & ca-
ptiuorum: vt auferam coronas de capite hoſtis & inimici. Coro-
Ezech.24.17. tas quippe dixit pro Comis, nõ inſueta diuinis ſcriptoribus trans-
latione. Quod enim legimus apud Ezechielem: Mortuorum lu-
ctum non facies, corona tua circumligata ſit tibi: de coma non
Iob.19.9. abſcindenda nonnulli interpretati ſunt. Et illud Iob: Spoliauit
me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo. Et illud quoq;
Thr.5.16. Threnorum: Cecidit corona capitis noſtri: inter alias expoſitio-
nes, hanc etiam non ineptè patiuntur. Mens igitur vulgatæ verſio-
nis, atq; ſeries verborum, hæc eſt: Inebriabo ſagittas meas ſangui-
ne, & gladius meus deuorabit carnes. Inebriabo, inquam, ſagittas
meas de cruore occiſorum, & captiuitate inimicorum capita nu-
datorum: id eſt, viliſſimis addictorum ſeruitiis. Hi, teſtibus Pri-
Gen.39.4. Gen.15.2. ſciano & Budæo, Mediaſtini nuncupabantur: ſed Turnebus, non
Gen.24.2. infimæ ſortis, verùm mediæ, Mediaſtinos fuiſſe autumat. Erant
enim ſeruorum tres ordines. Imi, ſcilicet, vt compediti, & extre-
mæ notæ; Summi autem, vt Atrienſes, & diſpenſatores: qualis fuit
Ioſeph Plutiphari, qualis etiam Eliezer Abraham.

* Tondebantur igitur ſerui olim, maximè verò abiectiora man- 125
cipia. Vnde apud Romanos eſt factum, vt ſerui, cum manumit-
tebantur non ſolùm veſtis albæ nitore, & aurei anuli honore, &
patroni nomine, ac tribu menſaq; honorarentur: vt in libro de
Reſurrectione carnis, Septimius Tertullianus edocuit: ſed etiam
præter hęc omnia, pileum raſo capite acciperent. Quod vel illud
ex Amphytrione Plautina, ſub perſona Soſiæ ſerui declarat:

Quod ille faciat Iupiter,
Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum.

Id eſt, vt manumiſſus pileum capiam capite, quod modò, quia
ſeruus ſum, raſum quaſi caluus gero. Declarat & illud Plutarchi,
in vita T. Quintii Flamminii, vbi inquit: Et ſi qui ex captiuis in
bello, libertatem fuiſſent adepti, hi (qui mos ſeruorum eſt cum li-

bertate

Digitized by Google

bertate donantur) pileati in triumpho victorem ſunt conſectati. Huc pertinet quod idem Plutarchus retulit in Apophtegmatis Scipionis. Qui non prius ſuſtinuit agere de pace cum Carthaginenſibus, quam L. Terentium, quem captiuum habebant, reducerent. Terentius autem Scipionem triumphantem ſubſecutus eſt pileatus, ſe veluti libertum Scipionis profeſſus. T. Liuius Decadis quintę libro quinto, loquens de Pruſia, Bithyniæ rege, ſic ait: Polybius, eum regem indignum maieſtate nominis tanti, tradit: pileatum capite raſo obuiam ire legatis ſolitum, libertumque ſe populi Romani ferre, & ideo inſignia ordinis eius gerere. Et Appianus in Mithridatico ſic: Pruſias ad Romanorum duces peruenit raſo capite pileatus: quo more nonnulli libertati redditos ex decreto inceſſiſſe, memorant. Itaque ad Romanos delatus, Romanis verbis ſe eorum libertum profeſſus eſt. Hinc eſt quod Pilei vocabulum, apud primæ claſſis authores, interdum pro libertate vſurpatur, ad pileumque ſeruos vocari, vocari ad libertatem ſignificat, cuius eſſet pileus inſigne. Liuius libro quarto Punici belli: Poſtero die ſerui ad pileum vocati, & carcere vincti emiſſi. Suetonius verò in Tiberio, Seruis ad pileum fruſtra vocatis, in Siciliam profugit.

126 * Ex hoc more conſtitutio illa Iuſtiniani Imperatoris eſt nata, quæ in eius Codice habetur ſub titulo, De Latina libertate tollenda, inquit autem in hunc modum: Sed & qui domini funus pileati antecedunt, vel in ipſo lectulo ſtantes cadauer ventilare videntur: ſi hoc ex voluntate fiat, vel teſtatoris, vel hæredis, fiant ilicò ciues Romani. Et ne quis vana liberalitate iactare ſe concedatur, vt populus qui eum quaſi humanum reſpiciat, multos pileatos in funus procedentes aſpiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in priſtina ſeruitute publico teſtimonio defraudati: fiant itaque & hi ciues Romani. Iuſtinianus hucusq;. Ex quo facile poteſt intelligi, quid Perſius ſignificare voluerit, cum de diuite ob gulam defuncto ſic inquit:

Hinc tuba, candelæ, tandem beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſiſq; lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit, at illum
Heſterni capite induto ſubiere quirites.

Brutus Cæſaris interfector, vt à ſe & Caſſio patriam liberatam oſtenderet, numiſma decudit, pileum habens oblongum inter duos pugiones erectos. Vt à Dione hiſtorico relatum eſt. Et Andreas Schottus Antuerpianus, in Notis ad caput ſexageſimum nonum libri De viris illuſtribus, Eſt apud me, inquit, nummus æreus, in quo pilei forma apparet, cum hac inſcriptione, LIBERTAS AVREA.

*Scribit porrò A. Gellius, ſeruos eos venire ſolitos pileatos, 127
quorum nomine venditor nihil præſtaret. Eius rei Cæcilius Sabinus hanc fuiſſe cauſam aſſeruit, quod eiusmodi conditionis mancipia, inſignia eſſe in vendendo deberent, vt errare emptores atq; capi nō poſſent, neq; lex vendundi operienda eſſet: ſed oculis iam perciperent, quodnam eſſet mancipiorū genus. Sunt qui putent, hinc morem illum defluxiſſe, vt qui Magiſtri vel Doctoris titulo decorantur, & ij, quibus beneficia eccleſiaſtica conferuntur, pileum accipiant, quoniam pileus priſcis temporibus, nō ſolum ſymbolum libertatis, ſed inſigne quoq; fuerit ſpectatæ virtutis.

*His adde, quod qui pœnitentiam agebant, capita radere con- 128
ſueuerunt, iuxta id quod legimus apud Iſaiam. & vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum ſacci: & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. (Iſa. 10. 12.) Reprehendit enim Iſaias Ieroſolymitanos, qui cum hoſtes inſtarent, & omnia in circuitu ciuitatis hoſtilia eſſent (quæ cuncta velut voces Dei ſunt, quibus homines ad lamentum impellit, & obſeſſos ad pœnitentiam inuitat) illi nihilo meliores id temporis, quaſi contemnentes Dei minas, impendentiumq; malorum ſecuri, ventri & epulis ſe totos tradebant, vanaq; inſanientes lætitia, carnes opiparè comedebant, & vino ſe auariter ingurgitabant. Hæc, in aduerſisq; pręcipuè, quamplurimum Domino diſplicere, interdiciq; ieiunantibus, nec licere pœnitentiam agentibus, Iſaias manifeſtè declarat. Vt, quam ſint recentes hæretici in delectū ciborum iniqui, & in ieiunantium inediam, vel ex ſolo hoc loco Iſaiæ, apertiſſimè percipi queat.

*Et quoniam Alia ex aliis, vt dixit Euripides: etſi ex occaſione leuiuſcula, annotare tamen collibet: Ieiunantes olim Chriſtianos 129
vt

Digitized by Google

(vt indicat Iſaias de Iudæis: neq; obſcurè nos edocet Daniel) non Iſa. 22. 12.
ſolùm à carnibus, vt in præſens, ſed etiam à vino abſtinuiſſe. Quod Dan. 10. 3.
apertè oſtendit Chryſoſtomus, homilia ſexta ad populum Antio-
chenum, ſic inquiens. Conſuetudo res eſt tam facilis & expedita,
quod adueniente ieiunio, etſi millies quis exhortetur, & infinita
crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid ieiunii lege non
conceſſum guſtare: omnia quis mallet pati, quam prohibitum
tangere nutrimentũ. Hæc ille. Theophilus etiam Alexandrinus
Epiſcopus (cuius libros paſchales, in Latinum ſermonem Hiero-
nymus tranſtulit) libro tertio idipſum teſtatur, ſic dicens. Nequa-
quam diebus Quadrageſimæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini
poculum ſuſpiremus, neq; in procinctu & prælio, vbi labor & ſu-
dor eſt neceſſarius carnium edulio delectemur. Idem aliquibus
interpoſitis, ſic rurſus ſcribit: Qui autem legũ pręcepta cuſtodi-
unt, ignorant vinum in ieiuniis, carnium eſum repudiant. Con-
cilium quartum Carthaginenſe, Canone octuageſimo quinto, ba-
ptizandis in hunc modũ pręſcribit. Baptizandi nomen ſuum dent
& diu ſub abſtinentia vini & carnium, ac manus impoſitione, cre-
bra examinatione, baptiſmum percipiat. Cyrillus Ieroſolymita-
nus Catecheſi quarta ſic ait: Ieiunamus à vino & carnibus abſtinẽ-
tes: non ꝙ hæc tanquam abominationes oderimus. Sed ꝙ præmi-
um expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpirituali deinceps, &
intellectuali menſa fruamur, & nunc ſeminantes in lachrymis, in
futuro ſeculo in exultatione metamus. His confine videtur & cõ-
ſonũ, ꝙ Septimius Tertullianꝰ ſcribit, in lib. de Cultu fœminarũ,
ſic inquiens: Quidam ipſam Dei creaturam ſibi interdicunt, ab-
ſtinentes vino, & animalibus exultanes. Quorũ fructus nulli pe-
riculo aut ſolicitudini placẽt, ſed humilitatem animæ ſuæ, in vi-
ctus quoq; caſtigatione Deo immolant. Perſarum Magos, Sacer-
dotes Ægyptios, & Philoſophos Pythagoræos, vt venerem ener-
uarent, mero & carnibus abſtinuiſſe perpetuò, authores grauiſſi-
mi tradiderunt, & meminit diuinus Hieronymus, libro aduerſus
Iouinianum ſecundo. Vbi etiam de Eſſenis affirmat, vino & car-
nibus abſtinentes perpetuò, quotidianum ieiunium in naturam
vertiſſe.

130 * Hæc obiter haud ingratus admonui, quod mirer, nullũ ſcho-

laſticorum doctorum (ſi modo memoria non fallit) in diſputationibus de ieiunio, tàm digni recordatione vetuſti moris vllam penitus intuliſſe mentionem. Sed etiam vt ex parte monſtrarem, Eccleſiaſticam noſtri temporis diſciplinam, ſi cum illa veteri conferatur, eſſe planè mollem ac laxam. Quamquam non omninò apud omnes Chriſtianos iſte mos exoleuit: nam in toto imperio Æthiopiæ, Abyſſini nunc, cum ieiunant, à vino abſtinere dicuntur. Sed & illud prætermittendum non eſt, quod Rabanus Maurus ſcribit, libro ſecundo De inſtitutione clericorum, capite vigeſimo ſeptimo. Non omnium carnium edulium à patribus olim fuiſſe prohibitum, verùm quadrupedum tantum. Auium verò fuiſſe permiſſum, quod ex eodem elemento quo piſces, aqua nimirum, generatę ſint. Sed iam ad propoſitum redeamus.

* Apud aliquas olim nationes, raſura capitis pœnæ loco, maioribus etiam criminibus, decreta fuit. Apud Indos (inquit Stobæus) ſi quis mutuo, depoſitoúe, fraudauerit, non venit in iudicium, ſed ſeipſum accuſat is qui credidit. Cæterùm qui artificem aliquem manu aut oculo priuauerit, morte damnatur. Illum autem, qui maximum aliquod delictum perpetrauit, Rex tonderi iubet: tamquam extrema talis ſit ignominia. Apud Germanos (quod Tacitus retulit) adulteram acciſis crinibus nudatam corā propinquis, maritus expellebat domo, & per omnem vicum verbere agebat. Apud priſcos etiam Hiſpanos, tonſura plecti ſontes conſueſſe: vetuſtum prouerbium oſtendit. Tresquilen me en cōcejo, y no lo ſepan en mi caſa. Legimus quoq; in libro Nehemię, depilatione in Iudæos, vice pœnæ, animaduerſum fuiſſe. His nēpe verbis: Sed in diebus illis Iudæos ducentes vxores Azoridas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filii eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & neſciebant, loqui Iudaicè: & loquebantur iuxta linguam populi & populi. Et obiurgaui eos, & maledixi. Et cecìdi ex eis viros, & decalcaui eos. 131

2.Eſd.13.23.

* Paratilmos pœnæ fuit genus, quo tenuoribus in adulterio deprehenſis, nates ac pudenda depilabantur: nam ditiores pecunia ſe redimebant. Quò illud pertinet Ariſtophanis Nubibus: Quid ſi rhaphanis perfoſſus fuerit ſua voluntate, cinereq; vulſus? Vbi Græcus ſcholiaſta ſic inquit: Hoc modo deprehēſos in adulterio, 132

Digitized by Google

rio puniebant. Raphanos ſumebant, & in podicem eorum immittebant, & depilantes ipſos, calidum cinerem aſpergebant. Pertinet huc etiam & illud Ariſtophanis eiuſdem in Pluto: Alius autẽ quidẽ mœchus propter te aliquando depilatur. Sunt porrò Chremyli verba, Pluto ipſi diuitiarum deo, effectus ipſius referentis. Vbi rurſus Scholiaſta ſic ait: In more poſitum erat, vt deprehenſus in adulterio depilaretur, aut pecuniam pœna conſtitutam pendẽs, abſolueretur. Depilatur igitur, glaber efficitur, vexatur, pili ei podicis euelluntur. Huiuſmodi pœna definita eſt adulteris pauperibus, Rhaphanizatio, & Depilatio: nam diuites pecuniam exhibentes, abſoluebantur. Hæc ille. Depilatur igitur propter te mœchus, quod pecuniã nõ ſuppeditaueris, qua ſe poſſet á iudicio redimere.

133 * Huic Tondendi, pœnæ loco, rationi affinis illa fuiſſe videtur, qua ignominiæ ac dedecoris ergò, aut etiã cauſa irriſionis, aliquibus capita radebantur, & interdum cum capillis & barba, inferiores corporis partes, pudenda videlicet, nudabantur. Rex quippè Ammonitarum Hanon, Dauid nuncios decaluauit & raſit? & tunicas eorum præcidit, ad imos vsq; pedes à natibus. Magno autem fuiſſe olim probro, apud Barbaros, conſpici nudum, autor eſt Herodotus in Clione. Hinc eſt illud apud Ieremiam: Propter multitudinem iniquitatis tuæ, reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ. Et paulo poſt: Vnde & ego nudaui femora tua cõtra faciem tuam, & apparuit ignominia tua. Apud Ezechielem verò: Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commiſta es, & omnes quos dilexiſti, cum vniuerſis quos oderas: & congregabo eos ſuper te vndiq;, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. Sed & apud Nahum: Ecce ego ad te, dicit Dominus, exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et proiiciam ſuper te abominationes, & contumeliis te afficiam. Declarauit de more Prophetarum Nahũ, quid ſibi nuditas ignominiæ, & reuelatio pudendorum, voluerit. Proiiciam nimirum abominationes ſuper te, & te contumeliis afficiam.

1.Par.19.4. Ier. 13. 22. Eze.16.36. Nah.3.5.

Neq; nuditas tantũmodò corporis, verum capitis quoque raſura, probro ac turpitudini fuit. Vnde dixit Sulmonenſis poëta:

Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus,
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.

Circumtondere comam, Græcis in prouerbio eſt, vt Hiſpanis, Treſquilar à cruces: pro ludibrio habere, & illudere. Et Germanus, Conſtantinopolitanus epiſcopus, in ſua myſtica Theoria, & Beda in Anglorum Hiſtoria, libri quinti capite viceſimo ſecundò, Tondere capita ſacerdotum, ideò volunt ab Eccleſia receptũ: quod Petro coryphæo Apoſtolorum, caput ab improbis abraſum fuerit, vt cunctis haberetur ludibrio.

*Ex hac cauſa videri poterat, eos qui religioni ſe addicunt, capita 134.
tadere conſueuiſſe: aut certè quia ſe ſeruos agnoſcerent. At verò diuinus Dionyſius, libro de Eccleſiaſtica hierarchia, de Ordinibus qui initiantur ediſſerens, myſteriumq; monaſticæ conſecrationis pertractans: Capillus, inquit, attonſus, nudam nullaque figura fucatam indicat vitam: quæ non fictarum figurarum ſiue colorum inductione, deformitatem mentis exornet: ſed per ſeipſam non humana pulchritudine, verum ſingulari & vnica, ad diuinam excitet. Hæc Dionyſius Areopagita. Abbas porrò verò Ceolfridus, apud Bedam loco citato, Pictorum regi Naitano, de coronis in hunc modum ſcribit: Neque verò ob id tantum in coronam attondimur, quia Petrus ita attonſus eſt: ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ paſſionis ita attonſus eſt. Idcircò & nos, qui per eandem paſſionem ſaluari deſideramus, ipſius paſſionis ſignum cum illo vertice, ſumma videlicet corporis noſtri parte, geſtamus. Sicut enim omnis eccleſia, quæ per mortem ſui viuificatoris eccleſia facta eſt, ſignum ſanctæ crucis eius in fronte portare conſueuit: vt crebro vexilli huius munimine à malignorum ſpirituum defendatur incurſibus: & crebra huius admonitione doceatur, ſe quoq; carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigere debere: ita etiam oportet eos, qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habentes, arctioribus ſe neceſſe habent pro Domino continentiæ frænis aſtringere, formam quoque coronæ, quam ipſe in paſſione ſua ſpineam portauit in capite, vt ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, id eſt, exportaret & auferret à nobis, ſuo quẽque in capite per tonſuram præferre: & ſe etiam irriſiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo ſufferre, ipſo etiam fron-

frontiſpicio doceant: vt coronam vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſe ſemper expectare, proque huius perceptione, & aduerſa ſe mundi & proſpera contemnere deſignent. Ceolfridus venerandus hucusque. Cui Concilium Triburienſe conſentit. Docet enim viceſimo capite, in Chriſti coronæ ſimilitudinem, clericos coronas geſtare. Sed hæc iam honori fuerunt, ad tonſuram ignominioſam redeamus.

135 * Domitianus Imperator Romanus, Neruam, vt imperio inſidiantem, pepulit: & Appollonium Tyanæum, vt amicum Neruæ, totondit. Anaſtaſius, & ipſe Imperator, Euphemio epiſcopo Conſtantinopolitano (quod Nicephorus Calliſtus ſcribit) tanquam dedecus maximum & opprobrium, tonſionem capitis interminatus eſt. Arichpertus (vt Sabellicus retulit) Rhotarim captum totōdit: quod maximum eſſet Longobardis opprobrium. Demoſthenes cauſa ſtudiorum, ſæpè duos vel tres menſes continuos, domi incluſus, abraſa capitis parte, exeundi ſibi præripiebat facultatem: neque interea quemquam ad ſe accedere patiebatur: ne ſe turpem conſpiciendum præberet.

136 * Ad hunc igitur vetuſtum morem, radendi capita cum dedecore, & nudandi corpora ignominioſè, Habacuc fortaſsè reſpexit, cum ait: *Percuſſiſti caput de domo Impii, denudaſti fundamentum vsq, ad collum*, vt ſit mens & ſententia verborum: Maximis opprobriis & ignominiis affeciſti Ægyptum: haud ſecus quam ſi caput raſiſſes, imasque corporis partes, à pedibus vsque ad collum Nah.3.5. nudaſſes. Nimirum vt ſit illud Nahum: Proieciſti ſuper eam abominationes, & cuntumeliis eam affeciſti. *Caput* autem in ſingulari, pro cunctis Ægyptiorum capitibus poſitum eſt: quoniam de vna Impii domo & familia, metaphoram per proſopopæiam ſingulariter configurauerat. Aut certè per numeri ſynecdochen, *Caput* pro Capita vſurpauit Vates: vt Pſalmo centeſimo nono. Vbi loco Pſ.109.6. eius, quod legitur iu Vulgata editione: Conquaſſabit capita in terra multorum: Caput in ſingulari legunt Hebræi.

137 * Domum *Impii* Ægyptum vocari, non eſt cur in dubium vocetur. Quem auté *Impii* nomen deſignet, non mihi ſatis eſt manifeſtum. Interpretes cōmuni conſenſu, Pharaonem deſignari conſtituūt: vtpotè qui in patriam, in Deū, tàm fuerit inſigniter impius.

Digitized by Google

Nec abeſſe à ratione videtur, vt *Impius* dicatur ab Habacuc, quemadmodum ab Iſaia, Superbus antonomaſticè nuncupatur. Namq; de Pharaone intelligitur: Numquid non tu percuſſiſti Superbum, vulneraſti draconem? Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis? qui poſuiſti profundum maris viam, vt tranſirent liberati? Imò etiam libro primo Samuel, apertè videtur Ægyptus, domus Pharaonis vocari. Venit enim vir Dei ad Heli, & ait ad eũ: Hæc dicit Dominus: Numquid non apertè reuelatus ſum domui patris tui, cum eſſet in Ægypto, in domo Pharaonis?

Iſa.51.9.

1.Reg.2.27

* Ego nihilominus ſuſpicor, Ægyptum *Domum Impii* vocari, 138
quod filius impiiſſimi Cham, Meſraim illam primus incoluit, in illamque deduxit colonias: vnde & ab ipſo denominata eſt. Nam Ægyptus in diuina Scriptura, conſtanter Meſraim appellatur. Et vsq; ad ſuam ætatem Ioſephus hoc nomen retinuiſſe teſtatur. Ex quatuor, inquit, Chamæ liberis, Chuſo nihil detrimenti tempus attulit. Æthiopes enim, quibus præfuit, nunc quoq; tàm à ſeipſis, quàm ab Aſianis omnibus, Chuſæi nominantur. Meſræis etiam ſua manſit appellatio. Ægyptum enim Meſren, & Meſræos Ægyptios vocamus, quotquot eam regionem incolimus. Ioſephus hucuſque. Iure autem antonomaſticos, Cham *Impium* ab Scriptura vocari, non ægrè concedet qui legerit, quæ de eo Beroſus ſcribit, vetuſtus atque probatus in primis, & multæ autoritatis hiſtoricus. Habent autem in hunc modum: Erat Noæ filius ex tribus primis adoleſcentior Chem: qui ſemper magicæ ac veneficæ ſtudens, Zoroaſtis nomen conſecutus erat. Is partim Noam odio habebat, quia alios vltimo genitos ardètius amabat, ſe verò deſpici videbat: potiſſimè verò idem infenſus erat patri ob vitia. Itaque nactus opportunitatem, cum Noa pater madidus iaceret, illius virilia comprehendens, taciteque ſubmurmurans carmine magico, patri illuſit, ſimul & illum ſterilem perinde atque caſtratum effecit: neq; deinceps Noa fœmellam aliquam fœcundare potuit. Ob beneficium inuentæ vitis & vini, dignatus eſt cognomento Iano, quod Aramæis ſonat Vitifer & Vinifer. At verò Chem cũ publicè corrumperet mortale genus, aſſerens, & reipſa exequens, congrediẽdum eſſe, vt ante inundationem, cum matribus, ſororibus, filiabus, maſculis, brutis, & quouis alio genere: ob hoc eiectus à Iano piiſſimo.

piiſſimo, & caſtimonia atque pudicitia refertiſſimo, ſortitus eſt cognomentum Chemeſenua, id eſt, Chem infamis, & impudicus, incubus propagator. Eſt enim Eſen apud Scythas Aramæos, Infamis & impudicus. Enua verò, tum impudicus, tum propagator. Beroſus Babylonius hucuſque.

139 NEC me latet hunc Beroſi libellum à Viue, à Volaterrano, à Fabro Stapulenſi à Gyraldo, à Blondo, à Rhenano, à Goropio, à Vergara, à Cano, à Ribera, à Benedicto Pererio, & nouiſſimè à Poſſeuino: atque ab aliis exſibilari & explodi. Quippè fictum atque ſimulatum exiſtant: ſuntq; ex ipſis qui aſſeuerare non dubitent, vnà cum Metaſthene, cumque Manethone, fuiſſe excuſum in officina Anniana. Quî nam (aiunt) fragmenta hæc, quæ Beroſi nomen circumferunt, conficta & commentitia non ſint, quæ ſcriptis collata Beroſi, illis contraria deprehendantur? Beroſus (autore Ioſepho) Gręcos mendaciorum accuſat, quod opera Babylonis clariora reginæ Semiramidi attribuant. At iſte Pſeudo Beroſus magnis laudibus Semiramidem effert, Babylonemque ex oppido, maximam vrbem effeciſſe aſſerit: vt illam magis ædificaſſe, quam auxiſſe, dici poſſe videatur.

Quid etiam, quod iſte Beroſus ſacris literis manifeſtè repugnat? Scribit enim: Noem præter primores tres filios, Sem nempe, Cham, & Iaphet, plures alios poſt diluuium genuiſſe. Cham ebrio patri illuſiſſe, perindeque ſterilem rodidiſſe, aliaque id genus commenta, quæ facilè ex diuina Scriptura eſſe fabuloſa arguũtur.

140 * Ad hæc (addunt) iſte Beroſus, Chencrem Ægypti regem, in mari Hebræorum magia periiſſe, narrat. Quod verus ſi retuliſſet Beroſus, Ioſephus non præteriiſſet. Contra verò, hic PſeudoBeroſus nuſquam meminit Abrahami: cum verus (vt Ioſephus affirmat) implicitè fecerit mentionem.

Quid deinde, quod apud priſcos autores, Beroſus non Ægyptiorum, Lybicorum, Celtiberorum, Italorum, & Germanorum: ſed verò Chaldæorum hiſtoriam ſcripſiſſe tantummodò, perhibetur? nullusq; probatus exiſtit, qui Beroſum, niſi in rebus Chaldaicis, teſtem excitet veritatis.

Quo demum pacto Beroſus Annianus cõmentitius non eſt? qui in Alcatade, duodeuiceſimo rege Aſſyriorum, hiſtoriæ ſuæ finem

imponat, cum vel Metaſthenis Anniani, nedum Ioſephi & Clementis Alexandrini teſtimonio, verus Beroſus multò fuerit progreſſus vlterius? Quippè Metaſthenes Annianus, cum triginta octo reges Aſſyriorum numeraſſet, à Saturno vſq; ad Sardanapalū, tempuſque etiam regni cuiuſq; eorum notaſſet: Beroſum ſe in iis omnibus ſequi, voce publica profeſſus eſt. Ioſephus aduerſus Apionem, Beroſum Sennacheribi, quin etiam Nabuchodonoſoris & Nadunedi (quem Cyrus regno priuauit) mentionem ingeſſiſſe teſtatur. Clemens autem Alexandrinus, ex libro tertio Beroſi, Artaxerxem Ochi nepotem, primum regem fuiſſe commemorat, qui Perſis, quibus imperitabat, ſtatuas ad colendum erexerit. At noſter hic antiquarius (inquit Becanus in Croniis) cum omnia illa, quæ à Dardano ad Cyrum vſque contigerunt, ab hiſtoria ſua excluſiſſet, quinque tamen libros expleuit: cum Beroſus ille Chaldæus, tribus libris omnia concluſerit.

* His telis autores, quos dixi, Beroſum Annianum conficiunt, 141
his fictum argumentis oſtendunt. Quin viris doctis (ait Canus) ipſamet lectio libelli, ſatis magna perſuaſio eſt: indoctis perſuadere, nil attinet. Suo Beroſo fruantur licet. Quem ſolum de temporibus inſcriptionum quarundam, per annos quadringentos octoginta, ante Ninum & Phoroneum, ſupputaſſe, Annius ait, Plinium tetigiſſe. Cum Plinius tamen nihil aliud tradat, quam Beroſum vſque adeò aſtrologia enituiſſe, vt Athenienſes ei, ob diuinas prędictiones, publico in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuerint. Fruantur itaque vt dixi (inquit Canus) Beroſo ſuo: ſed Plinii autoritate non fruantur. Hæc ille. Qui deceptus ex hoc, quod Annius incuria fortaſsè, aut typographus per incogitantiam, Plinii verba falsò citauerit ex poſtremo capite libri ſeptimi, vbi minimè reperiuntur: mox Annium excogitaſſe arbitratur, nusquamq; teſtimonium eiuſmodi apud Plinium inueniri decernit. At Annius, etſi caput oblitus, verba tamen fideliter retulit: habentur namq; apud Plinium, capite quinquageſimo ſexto, libri ſeptimi Naturalis hiſtoriæ. Ergò, quia Cano non illicò, aut in libro, aut in indice libri, Plinii teſtimonium fuit obuiam: vt malè erat animatus in Anniū, illum illicò falſitatis inſimulat. Adeò facilè in ſuſpicionem adducimus, aut vitio quoque damus quæcunque ab eo dicta vel facta

fuêre:

Digitized by Google

fuēre:cui ſemel probitatis, & veritatis fidem & opinionem detraximus. At nos animæquiores in Annium,argumenta quibus impetitur, quid virium habeant, quid non, ratione, non opinione, penſemus. Nam ſi res opinione penſanda ſit, æquum eſſe mihi videtur,& non ſolum pietas Chriſtiana,ſed moralis quoque prudẽtia exigit: vt Annius eximius theologus,ordinis prædicatorũ,profeſſor hiſtoriarum,quotquot fuerunt,exactiſſima cognitione percelebris:qui tot egregiis editis monumentis, tum diuina Scriptura illuſtranda,tum rebus vetuſtiſſimis eruendis, ſuum nobis ingenium atque ſolertiam, & multigenam eruditionem probauit, ſibique decus & nomen fecit: æquum eſt, inquam,& conſentaneum rationi,vt ab hac preſtigiarum & impoſturarum calumnia,vnde nihil ſperare potuiſſet, alienus & integer habeatur. Non cadit vtique, non cadit, inquam, in hos mores, non in hunc pudorem, non in hunc hominem iſta ſuſpicio.

142 * Sane Leander Albertus(vt iam dixi)Annium de crimine hoc iniuria ſuſpectum haberi aſſerit. Quippè cum ipſi Leandro Viterbi videre contigerit ipſamet vetuſta exemplaria, ex quibus hos omnes libellos Annius in vſum reipublicæ, & in gratiam ſtudioſorum ediderit. Sed Annii autoritate ſepoſita,argumenta oppoſita perpendamus. Quamuis enim multi viri doctiſſimi huic libello, tanquam veri Beroſi,fidem magnam & honorem detulerint,& ex eo prima Gentium exordia, & colonias populorum deduxerint: at,quoniam id credulitate magis, quàm perpenſo iudicio, feciſſe, ab aduerſariis putantur (quando nec confirmant rationibus, nec amouent obiectos ſcrupulos)non ſolum à calumnia non eximũt, neque ei autoritatem adiiciunt: ſed & ipſi ſimul cum eo,oſtentui atque deriſui habentur,& incogitantiæ,aut inſcitiæ, aut vecordiæ & ſtupiditatis damnantur. Nos igitur argumentis oppoſitis ſatis pro virili faciamus.

143 * Illud autem examinatione non indiget: Hoc in libro Chencrem induci, cum Hebræis de magia decertantem: quod quidem ſi narraſſet Beroſus, Ioſephus non præteriiſſet. Hoc inquam, examinatione non indiget: quippè quod non ſolum expenſum, ſed expulſum quoque ab Eccleſia, & exploſum olim iam eſt. Quamuis enim hiſtoriam Iudith, hoc, hæretici tanquam fictam

Digitized by Google

eluderent, Eccleſia tamen identidem, vt certam atque veram probauit, & canonicis Scripturis attexuit.

* At, opponunt, iſte libellus Beroſo de Semiramide contradicit. Sed quid habet contradictionis, illam hoc nomine commendare, quod ampliter Babylonem adauxerit: & tamen Græcos carpſiſſe, quod opera Babylonis præclara, quæ poſt illam alii reges fecerunt, eius quoque prima fundamina, vni huic dumtaxat attribuant? Vt taxate quoq; poſſet eoſdem, quod Herculûm plurimorum res geſtas, vni filio Amphitryonis aſcribant. Nec tamen ſibi foret contrarius, ſi poſtmodum hunc ipſum laudaſſet, miraque patraſſe dixiſſet. Quod ſi etiam concederemus, hunc librũ ab his, quæ Beroſus dixerit aliàs de Semiramide, diſſentire: numquid illicò ſequetur ex hoc, falsò titulum præferre Beroſi? quaſi nuſquam grauiſſimis viris ſibi ipſis aduerſari contigerit? Fuerunt multi non infimæ claſſis, qui ex eodem hoc argumento, libros rhetoricos Ad Herennium, eſſe Ciceronis negauerint, quod & vulgo receptum iam eſt. Quoniam pugnent interdum cum his, quæ in aliis rhetoricis libris à Cicerone præcepta ſunt. At Nicolaus Angelius Bucinenſis, & Marinus Becichemus Scodrenſis, doctis editis apologiis, opus eſſe Ciceronis defendunt. Et frequenter Ciceronem ab his, quæ in aliis ſcripſerat libris, in aliis diuerſa & contraria dixiſſe & ſcripſiſſe, demõſtrant. Peripateticis vtriq; nullus durior datus eſt labor, q̃ conari, ne dogmatis Princeps ſibi ipſi repugnare videatur. 144

* Sed quid, aiunt, quod hicce Beroſus diuinæ Scripturæ aduerſatur? Eſto: ſed aduerſatur & Trogus, aduerſantur & alii complures: neq; tamen commentitii cenſentur. Quin & verus (vt appellant) Beroſus, teſte Ioſepho contra Appionem, Ieremiæ vaticinio
Ier.27.7. aduerſatur: cum, durante captiuitate Iudæorum, quinque reges in Babylone, non tres tantum imperaſſe, decernit. Aduerſatur & Da-
Dan.5.30. nieli: ſiquidem Balſaſarem à Cyro, non occiſum, ſed conſeruatũ, affirmat: exactumque Babylone in Carmaniam, ibi vitam exegiſſe commemorat. Laudatur quidem Beroſus, quod fuerit inſignis aſtrologus, quod multa luculenter ſcripſerit, de aſtronomia, de ſapientia Chaldæorum: attamen non Vates habetur, qui in multis allucinari non quiuerit. Quod iſtorum argumentum inſinuat: qui iuraſſe in eius verba videntur. 145

Sed

Digitized by Google

146 * Sed adde, quod cum inquit Beroſus, Noe filios poſt diluuium genuiſſe (vt argutè Caietanus aduertit) Scripturæ non aduerſatur, Gen. 9. 18.
Etenim quod Moyſes ſcribit: Et fuerunt filii Noe egredientes ex arca. Sem, & Cham, & Iaphet: in hoc dictum fuiſſe videtur, vt alios ei fuiſſe indicaret, quos poſt exitum ex arca genuiſſet. Et quod Moyſes eueſtigio ſubiungit: Tres iſti filii Noe. Et ab iſtis diſperſa Gen. 9. 19.
eſt omnis terra (nam ad verbum ſic habent Hebraica) pronomen Iſtis tàm patrem, quàm tres filios ſignificare, acutiſſimus Caietanus exiſtimat. Neque obſiſtit, quod trium tantum filiorum progenies Scriptura recenſet: nam alii ſub iſtorum nominibus, & familiis recenſeri putantur. Quale eſt illud quod de filiis Ioſeph Iacob ſtatuiſſe cognoſcimus. Duo, inquit, filii tui, qui nati ſunt Gen. 48. 5.
tibi in terra Ægypti, ante quàm hùc venirem ad te, mei erunt. Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autem, quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis.

147 * Neque illud Achilleum argumentum, inſolubile & ineluctabile quidem eſt, quo obiiciunt, hunc Pſeudo Beroſum in Alcatade defuiſſe; cùm verus (vt appellant) Beroſus multo vlteriùs fuerit progreſſus. Nam Diodorus (vt Suidas teſtatur) quadraginta libris bibliothecam abſoluit: & tamen vix decem aut vndecim, & hi trunci, ad nos peruenerunt. Et Liuius hiſtoriam Romanam libris centum quadraginta concluſit: ex quibus ferè centum periere, magna pòl ſtudioſorum iactura. Curtius acephalus circumfertur, nam ex decem libris hiſtoriæ, quam de rebus Alexandri compoſuit, toti duo interciderunt priores.

148 * Sed replicant (vt iuridicè dicam) Quid, quod iſte Pſeudo Beroſus finem hìc facere profitetur? Sanè benè: at non totam hiſtoriam, ſed quam de primoribus regnis, atq; de deductis coloniis in diuerſas orbis regiones à filiis & proſapia Noë, inſtituerat, ſe finire teſtatur. Porrò verò, Chaldæorum hiſtoriam in ſequentibus libris contexuit. Sed Beroſum ipſum audiamus. Itaq; inquit, qui reges & tempora traduntur à noſtris, de primoribus regnis orbis, à Iani diluuio primo, vſq; ad Dardaniæ regnum conditum, his noſtris breuiſſimis annotationibus ſint hactenus dicta.

149 * Hanc prouinciam indice breui, quaſi lampade recepta à Be-

 roſo,

roſo, ſeorſum à copioſiore ſua hiſtoria, Manethon poſt Beroſum ſubiuit, & quod iſte per reges Aſſyrios, ille per Ægyptios prouexit. Neque Manethon affirmat, Beroſum hiſtoriam inibi finiuiſſe, ſed hiſtoriam de potioribus regnis: nam Manethonis verba ſic habẽt. Beroſus, inter Chaldæos hiſtoricos probatior, deflorauit breuiſſimis annotationibus omnia Chaldaica, de potioribus regnis orbis, á diluuio maximo, quod eorum maiores ſcribunt fuiſſe ante Ninum, vſque ad præcipuum regnum Troiæ conditũ. Nos quoq; vbi ipſe reliquit, proſequemur ea, quæ ex noſtris hiſtoricis, vel eorum relationibus, conſecuti ſumus: per noſtros Ægyptios reges progrediendo, vt ipſe egit ſub Aſſyriis. Ergò Manethon imitatus Beroſum, à Troia, vbi ille deſierat, hoc anguſto & perexiguo libello, eodem charactere & ſtylo, hiſtoriam primorum regnorum, per reges Ægyptios proſecutus eſt, & tamen latiorem ſeorſum, vt apparet ex Ioſepho, contexuit, in qua multa, Troia
antiquiora multis annis, attigiſſe narratur. * Vt Chronicon Eu- 150
ſebii Hieronymus, ab anno Conſtantini viceſimo, vſque ad conſulatum Valentis & Valentiniani, eodemmet & tenore protraxit. At reliquum tempus, Theodoſii nimirum & Gratiani, hiſtoria prolixiore reſeruit. Et tamen in Valente & Valentiniano, Hieronymus ſe finiiſſe teſtatur. Sic enim ſcribit, præfatione in Chronicon Euſebii, ad Vincentium & Galienum. A Nino & Abraham vſque ad Troiæ captiuitatem, pura Gręca translatio eſt. A Troia vſque ad viceſimum Conſtantini annum, nunc addita, nunc miſta ſunt plurima: quæ de Tranquillo, & cęteris illuſtribus hiſtoricis, curioſiſſimè excerpſimus. A Conſtantini autem ſupradicto anno, vſque ad conſulatum Auguſtorum Valentis & Valentiniani, iterum totum meum eſt. Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani & Theodoſii, latioris hiſtoriæ ſtylo reſerui. Hieronymus hactenus.

* Quod autem Peretius incuſat, Manathonem Annianum 151
multo ſecus de regibus Ægyptiorum, quam ſcripſerit vetus, ſcribere: & à Danao ad cladem Troianam, paulò plures annis triginta & trecentis enumerare: cum Ioſephus ex vero Manethone, ſexcentos præteriiſſe collegerit. Hoc, inquam, vſque adeò non probat, Annianum Manethonem eſſe fictum, vt ingenium econ-

trariò

tratiò Manethonis, ad viuum exprimere videatur. Quippè qui (vt Ioſephus oſtendit) à ſeipſo interdum diſſentiens, innumera mendacia inſeruerit. Cumque filios Iſrael ex Ægypto, à Themuſi rege pulſos narraſſet: Oblitus ſe hoc prius iutuliſſe, poſt quingentos octodecim annos, ab Ægypti rege Amenophi, bello victos atq; fugatos, in Syriam conceſſiſſe retulerit. Nos libros hos Annianos, non vt ſacros ac diuinos recipimus. Sed id vnum inficiamur duntaxat, ex rationibus, quibus impugnari videmus, commentitios & ſimulatos conuinci. Si quid ergò in eis inuenitur, ꝙ omninò cum ratione non litiget, præcipuè ſi diuinæ Scripturæ explicandę deſeruire videatur, id ex iis, vt ex aliis authoribus, libenter & alacriter adoptamus. Sin minus, vt cæteros quoſque, hos quoque floccifaciendos cenſemus. Ad Beroſum veruntamen redeamus.

152 * Dicebamus autem, non illum id ſuis verbis ſignificaſſe, quod eius impugnatores intelligunt. Nimirùm totam hiſtoriam Chaldeorum inibi finiiſſe, ſed quam de primoribus regnis, & de gentibus exteris intexuerat. Vt librum Georgicorum ſecundum Maro his verbis & peroratione concluſit:

Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor,
Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla.

At non mox inſtitutū poëma Georgicorū ſe abſoluiſſe conſtituit: ſed continuò tertium & quartum, ſuperioribus libris adiungit.

153 * Verùm adhuc inſtat Becanus, & vrget argumento, ſic inquiens: Videmus item non benè quadrare, ꝙ hic noſter antiquarius cùm omnia illa quæ à Dardano ad Cyrum vſq; contigerunt, ab hiſtoria ſua excluſiſſet, quinq; tamen libros expleuit: cùm Beroſus Chaldæus tribus libris omnia concluſerit. Quod nos Tatiani, prius philoſophi Aſſyrii, poſt Chriſtani verbis didicimus: qui Beroſum Beli ſacerdotem fuiſſe ſcribit, & hiſtoriam Chaldæorum tribus libris compoſuiſſe, in gratiam Antiochi eius, qui tertius fuit poſt Seleucum Et Clemens Alexandrinus in Protreptico, è libro tertio Chaldaicorum Beroſi (quem vltimum eſſe idoneo teſte declaraui) commemorat, Artaxerxem Darii eius filium, cui pater fuit Ochus, primum fuiſſe Perſarum regem, qui ſtatuas erexerit ad colendum. Becanus hucuſque. Sed hæc ratio (ſi quid ego iudico)

non concludit magis aut probat, hoc opuſculum non eſſe Beroſi, quam monſtrat, non ab ipſo Beroſo quinq; in libros fuiſſe diuiſum. Et hoc tamẽ collegiſſe, q̃ illud, humanius quidẽ multo fuiſſet Et forſam cùm hoc ſolũ fragmentũ ex Beroſi ſupereſſet hiſtoria, ab interprete latino, aut ab alio, Gręco fortaſsè, quinq; partitũ eſt.

* Nam & Moyſes totum legis volumen, à Geneſi vſque ad 154
Deuteronomium, perpetua ſerie verborum, & continuò narrationis contextu, vno tantum libro conſcripſit (quod etiam Caietanus notauit, in primum caput Deuteronomii, & Lindanus ex Iudæorum ſententia, libri primi capite tertio, de optimo genere interpretandi) & tamen poſt ab Hebræis, non ſolùm in quinque volumina, ſed & in titulos quinquaginta duos, & in peſuchim, id eſt, verſus, quinque mille octingentos triginta, fuit diuiſum atque diſſectum. Eſdræ ſermones & Neemiæ, ab Hebræis (vt teſtatur Hieronymus in epiſtola ad Paulinum, & præfatione in libros Regum, & in prologo in Eſdram & Neemiam) in volumẽ vnum coarctantur, & tamen apud Latinos & Græcos, in duos libros diuiſi ſunt. Et continuos Ariſtotelis libros (nam continuos ſcripſiſſe compertum eſt) interpretes, vnusquiſq; pro arbitrio, tum Gręci, tum etiam Latini, is in textus, alius in membra, alii in capita diuiſerunt. Et Auerroës libros in ſummas, vnãquamq; ſummam in capita, & hæc quoque rurſum in textus, trifaria partitione diſſecuit.

* Et forſitan non omnia exemplaria hunc libellum in quinque 155
partiuntur: quippè quo Pererius eſt vſus, vnico conſtitiſſe videtur. Sic enim Pererius ſcribit, in caput vndecimum Danielis: Adiice, quod Beroſus Annianus vnum modò librum ſcripſit de hiſtoria Aſſyriorum: veri autem Beroſi, Ioſephus in libro primo contra Appionem, etiam tertium de rebus Chaldaicis nominat. Hęc Pererius. Quæ etiam Poſſeuinus affirmat, libro primo Bibliothecæ ſelectæ, capite decimo ſexto.

* Ergo ex argumentis iſtorum non video, cur huncce libel- 156
lum, opus eſſe Beroſi diffiteatur: cum ſint alia non his leuiora, quæ fœtum eius eſſe ſuadeant. Nam vt illud ſilentio prætercam, quoniam proprium deſideraret ſyntagma: huic libro cum primariis authoribus in pluribus optimè conuenire: Sanè quæ ex Beroſo

Ioſephus

Digitized by Google

Ioſephus libro primo Antiquitatum ſcribit, de diluuio & arca Noë, ex hoc libro manifeſte promuntur. Habent autem in hunc modum: Huius diluuii & arce meminerunt omnes barbaricæ hiſtoriæ ſcriptores, & in his Beroſus Chaldæus. Narrans enim de hoc diluuio, ſic fermè ſcribit: Fertur autem & nauigii huius pars in Armenia, apud montem Cordyæorum ſupereſſe, & quosdam bitumen inde abraſum, ſecum reportare: quo, vice amuleti, loci eius homines vti ſolent. Ioſephus hucusque. Quæmet verba Hieronymus retulit, in libro de locis Hebraicis, in voce ſeu dictione Ararat. Sed apertiùs adhuc Ioſephus, libro primo aduerſus Appionem, hunc librum tamquam prolem Beroſi, ſuis coloribus & lineamentis depingit. Ait enim: Teſtis autem horum eſt Beroſus. Vir genere quidem Chaldæus, notus autem eis, qui doctrinæ eruditionique congaudent: quoniam de aſtronomia, & de Chaldęorum philoſophia, ipſe Græcas conſcriptiones edidit. Igitur Beroſus antiquiſſimas ſecutus hiſtorias, de facto diluuio, & hominum in eo corruptione, ſicuti Moſes ita conſcripſit: ſimul & de arca, in qua generis noſtri princeps ſeruatus eſt, deuecta ſcilicet ea in ſumitatem montium Armeniorũ. Deinde ſcribens eos, qui ex Noë progeniti ſunt, & tempus eorum adiiciens, vſque ad Nabulaſſarum peruenit. Hęc Ioſephus: quibus verbis effigiem huius libri delineauit, & ſummatim materiam perſtrinxit.

157 * At hęc ratio ridicula eſt (ait quidam, vel inter doctos doctiſſimus) Hieronymum Beroſi huius verbis quandoque vti. Quaſi verò commento locus eſſe poſſet, niſi Beroſus iſte fictus, veri Beroſi quædam verba compilaſſet. Hæc ille, ſanè audentior ingenium atque mores neſcio cuius ſugillans: nam Annii ſuſpicari, non conuenit. Cum eiusdem profeſſionis Chriſtianæ, eiusdem diſciplinæ theologicæ, eiusdem quoque conſors familiæ vterq; prædicatorum extiterit. Verùm pudet profectò pigetq;: hoc dici à viro pio, docto, & theologo. Callida quippè calumnia eſt, quæ cunctorum æque librorum & fidem & authoritatem conquaſſat: tum verò a comitate morali nedùm à charitate Chriſtiana, quæ malum non imputat, eſt aliena. Quid putas iſtos fuiſſe dicturos, ſi nullus huius libri ſententias, nullus eius verba citaſſet? quando leuibus argumentis permoti, grauiſſima de eo teſtimonia his

1. Cor. 13. 5.

Digitized by Google

technis atque verſutiis eludunt? Profectò, Protei in morem, in omnem ſpeciem vertuntur: nec eſt nodus, quo teneri queant: nam Metaſthenem inde reiiciunt, quòd nullus eius fecerit mentionem. Sed verò propoſitum peragamus.

*Itaq; Chaldaicam hiſtoriam Beroſus tribus libris concluſit:in 58 quibus(vt ex Clemente colligitur) vltra Cyrum narrationẽ prouexit. Horum trium primus fuiſſe videtur is,quem bono quodam Genio ſuperſtitem, Canus,Becanus, Pererius atque alii, quos diximus, extinctum volunt. Porrò autem in ipſo Beroſus, tamquam Prologmenûm vice, de temporibus ante diluuium pauca quędam ab initio præfatus, ab ipſo cataclyſmo exorditur. Recenſitiſque filiis Noe, nonnulliſque eorundem nepotibus, & quo quiſque locorum abierit, quaſque terras inhabitandas ſuſceperit, origines recenſet ac tempora, atque eorum reges regnorum, quæ tunc temporis haberentur clariora. In Aſia videlicet Babylonicum, cuius per totos tres libros, ex profeſſo narrationem molitur. In Europa verò Celtiberum, Italicum, Germanicum, & Ionicum. In Africa Lybicum, & Ægyptium: quæ, quoniam vnum primò fuerunt, ſub vna narratione coniungit. Cumque, per parergon, de his omnibus, cum regibus & ſub regibus Chaldæorum, vſque ad Troiam conditam retuliſſet, primo huic libro colophonem imponit: exterarum gentium deinde, aliorumque regnorum hiſtoriam, præter vnici Babylonii, proiiciens. Quoniam operis videretur immenſi, ad omnes diuertere nationes. Aut quoniam quæ poſt Troiam fuerunt, Græcis hominibus eſſent notiora. Aut quod nihil ad Chaldæorum hiſtoriam, ſibi propoſitam, pertinerent. Porrò autem duobus libris ſequentibus, huic vni operi ſeriò totus incubuit: ita officiosè inſtitutum exornans, vt aliorum populorum ſecurus, nihil omninò interſeuerit alienum. Adeò, vt cum Sardanapalo interempto, imperium Chaldaicum fuerit diuiſum: Medorumque & Perſarum ſeorſum Arbaci dominatus obtigerit, Chaldęorum verò Belochus principatum fuerit adeptus: de Medorum atque Perſarum principibus Beroſus conticuiſſe videatur, Chaldæorum perſecutus monarchas.

* Quod

Digitized by Google

159 * Quod à Metaſthene non obſcurè docemur. Nam cum re-
gum is Perſarum catalogum, & indicem texere decreuiſſet, à di-
luuio cum Beroſo auſpicatus, ſeriem eorum ad Sardanapalū per-
duxit: profeſſus, eatenus ex Beroſo, quæcunque retulerat, excer-
pſiſſe. At exin, cùm regum Perſarum ſeriem continuare ſtuderet,
deſtitui ſe à Beroſo demonſtrat, quippe cum ſe oſtendat compul-
ſum, ad Suſianam Bibliothecam confugere. Beroſum imitatus
in hoc, quod non alia quam publica fide, hiſtoria conſcribenda
vſus ferit. Huius bibliothecæ authoritate Metaſthenes, Perſarum
catalogum proſecutus eſt, enarrans, apud Perſas & Medos, qui re-
ges poſt Sardanapalum extiterint. Quibus enumeratis ex ordine,
reges deinde Babylonis adiungit: verumtamen vt non ita Beroſo,
addictus ſicut anteà videatur. Quæ Beroſus enim narrauerat, à
Nabuchodonoſor vſque ad Cyrum, Metaſthenes longè ſecus e-
narrat. Nec mirum, cum fuerit teſtatus, Perſas non ſemper Bero-
ſum, ſed verò maximè Beroſum ſequi. Non igitur affirmat Meta-
ſthenes, Beroſum in Sardanapalo hiſtoriam Chaldæorum finiiſſe.
160 * Cum hoc Chronicon ipſe Beroſus, Chaldaicorum inſcripſiſ-
ſe dicatur, quid mirum ſi non Italorum, Lybicorum, & aliarum
nationum, ſed hiſtoricus Chaldæorum vocatur? Nam quod is,
quem cum iurgio tenemus, liber, Antiquitatum inſcribitur, in-
uentum interpretis eſſe reor. Vt etiam Septuaginta ſeniores,
quinque libros legis Moſaycæ, Geneſis, Exodi, Deuteronomii,
iuxta propriam cuiuſque Materiam, Grȩcanis titulis prænotarūt.
Neque enim Philonis ſententia, quȩ Moyſi hoc attribuit, viris
doctis probatur.
161 * Cæterum, quod Ioſephus ſcribit, Beroſum Abraham memi-
niſſe, tamquam ſcientiæ ſideralis experti: cum librum non indi-
catit Ioſephus, magis mihi fit veriſimile, hæc in libris de Aſtrono-
mia, aut in libris de Chaldȩorū ſapientia, quam in Chronico po-
ſuiſſe. Quin & ipſa verba Beroſi hoc ipſum inſinuare videnť: nam
Ioſepho teſte ſic habent. Poſt diluuium autem decima ætate, apud
Chaldæos erat quidam iuſtitiæ cultor, vir magnus, & ſideralis ſci-
entiæ peritus. Quippè ſi in hiſtoria Beroſus, in qua tam exactè ra-
tionem, & ſupputationem annorum, regūChaldȩorū notauit, ſub
aliquo eorum, de more, mentionem Abraham intuliſſet: ſuper-

fluò adiecіſſet profectò, Abraham poſt diluuium Noë, ætate decima claruiſſe. Cum ex tempore regum ipſorum, non ætatis modo rationem, ſed & minuatim annorum, ſubducere facilè licuiſſet.

* Ergo, vt reuertamur eo loci, vnde tam longè diuagari ſumus, 162
hunc librum, cum videatur eſſe Beroſi, non, vt fictum, ſpernendũ putamus. Quin ex eius authoritate & hiſtoria, *Impii* vocabulo apud Habacuc, Cham poſſe ſignificari, non temerè nec ſine ratione ſtatuimus. Quid ni enim contemptorem Dei iuſtiſſimi patris oſorem, corruptorem humani generis, magnum, maleficum, triueneficum, ſentinam omnium malorum, *Impium* antonomaſticè vocaret Vates?

Ægyptum porrò, Domum Cham appellari, idendidem manifeſtat Dauid, nam recenſens eius plagas, ſic ait: Et percuſſit omne
Pſal. 77. 51 primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in
Pſal. 104. 23. tabernaculis Cham. Et in Pſalmo 104: Intrauit, inquit, Iſrael in
Pſal. 104. 27. Ægyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham. Et paulò inferius, agens de Moyſe & Aaron: poſuit in eis verba ſignorum ſuorum,
Pſal. 105. 22. & prodigiorum in terra Cham. Et rurſus in Pſalmo ſequenti: Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham. Cur autem ſic vocetur Ægyptus, obiter in ſuperioribus annotatum eſt.

* Fundamentum, pedes fortaſsè, imaque corporis vocauit Vates, quoniam fundamenti inſtar, ſupportent corporis altitudinẽ. 163
Act. 3. 7. Vt non abſimili tranſlatione, Baſes dicuntur, in actibus Apoſtolorum. Et apprehenſa (inquit Lucas) manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ.

* Nudare apud diuinos authores, tondere nonnunquam ſigni- 164
Iſa. 3. 17. ficat. Vt apud Iſaiam: Declinauit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Coma quippè, barba, villique, velut quoddam indumentum ſunt corporis. Vnde barbam (vt Seruius exponit) veſtem appellauit Vergilius, cum de Gallis agens, ſic inquit:

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis.

Et Lucretius libro quinto de Natura rerum, cum ait:

Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte.

Veſti-

Veſtiriq́ue iuuenes perhibentur, cum primum barbam emittunt iuxta illud Poetæ:

Tunc mihi prima genas veſtibat flore iuuentas.

Et illud quoque Lucretii:

Tum demum puerili æuo florente iuuentas
Occipit, & molli veſtit lanugine malas.

Veſticipites iidem ipſi dicuntur. Econtrariò autem Inueſtes, qui ſunt imberbes. Porro verò, conſentaneum eſſe videtur, vt qui barba veſtiri dicuntur, ii, cum eam abradentes deponunt, è conuerſò nudari dicantur.

165 * Fuit alia denique priſcis, quæq́ue nobis erit poſtrema, pilorum radendorum occaſio, cum ingens cuipiam contigiſſet malũ: in morte verò præcipuè, & in funere cognatorum vel amicorum. Capilluſq́ue eo tempore exectus, Pentheterius dicebatur, à luctu: & hanc tonſionis ſpeciem, πενθητηρίαν vocabant, id eſt, luctuoſam. Hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Accianus, vt inquit Cicero:

Scindens dolore identidem intonſam comam.

Achilles, vt ſuperius iam diximus, in iuſtis exequiarum Patrocli, comam totondiſſe deſcribitur. Et Piſiſtratus apud eundem Homerum, libro Odyſſeæ quarto, lugens Antilochum fratrem, à Memnone occiſum, ſic ait:

Hic certè, & honor vnicus miſeris mortalibus,
Tondereq́, comam, fundereq́, lachrymam à genis.

In ſuburbano Dymes agro (inquit Pauſanias in Achaicis) ad viæ dexteram, Soſtrati ſepulchrum extat. Fuit hic indigena adoleſcentulus, Herculi, vt aiunt, in amoribus. Et ſuperſtitem illi Herculem ipſum, tumulum puero feciſſe memorant, capillumq́ue inferias miſiſſe. Apud Sophoclem frequentiſſima eſt huius conſuetudinis mentio. Chorus in Aiace flagellifero, in hunc modum Tecmeſam alloquitur, Aiacis videlicet concubinam: qui tum demum præ furoris pudore, mortem ſibipſi conſciuerat.

O fortis infauſta miſera Tecmeſa, ades:
Vide quid adferat tibi iſte nuntii.
Cutem iſta radunt: gaudia penitus iacent.

166 * Eſt autem hæc dicendi figura, à Scythis forſitan mutuata, qui

capitis cutem cum pilis (vt autor eſt Suidas) pariter reſecabant. Aut petita fortaſsè à tonſoribus, qui quoſdam per pectinem radunt, relictis pilorum ſtirpibus: citra pectinem alios, ad viuam cutem. Plautus in Captiui duo: Sed vtrum ſtrictim-ne dicam attonſurum eſſe, an per pectinem, neſcio: verum ſi frugi eſt, vsque admutilabit probè. Teucer apud eundem Sophoclem, in eadem tragœdia, ſic inquit:

Atqui per opportunè adeſt cum coniuge
Huiusce filius viri, exequias vti
Miſero parenti cadaueri. O puer huc ades,
Et propius aſſiſte, inquè ſupplicis modum
Corpus parentis, quo ſatus es, attingito.
Flexiſq; procumbe genibus, manu tenens
Comas meas, huiuſq;, & vnà etiam tuas.
Theſaurus hic eſt ſupplicantium.

Chryſotemis apud eundem, his verbis ſororem alloquitur:

Abs te digreſſa antiquum vt acceſſi ad patris
Tumulum, repletos lacte riuos conſpicor
Fuſo recens, variiſq; buſtum floſculis
Quaquà pates ſparſum vndiq;. Obſtupui videns
Circumq; ſpectans, num quis in propinquo ibi
Loco lateret abditus mortalium,
Vbiq; ſolitudo, vbiq; ſilentium.
Accedo tumulum propius, extremo loco
Pyra reſectas conſpicor recens comas.

* Helena apud Euripidem in Oreſte, Hermionem filiam mittens ad Clytemneſtræ ſororis ſuæ tumulum, ſic ait: 167

O filia Hermione prodi foras,
Et ſume libamina hæc in manus, comaſq; meas.
Profecta verò ad Clytemneſtræ tumulum,
Mulſum effunde lactis, lixiuumq; rorem,
Et ſtans in ſummo tumulo, dicito hæc.
Helena te ſoror hiſce muneræ libaminibus.

Et Chorus ſic, in eadem tragœdia:

Atqui huc ſenili contendit pede
Spartanus Tyndareus, pulla gerens pallia,

Raſura

Raſura ob filiam lugubri raſus.

Ferè paſſim apud Euripidem, huius moris fit commemoratio. Bion Smyrnæus in Adonidis epitaphio, hunc eundem expreſſit, cum ait:

Recubat tener Adonis purpureis in veſtibus:
Circa eum lugent, cum gemitu Amores,
Tonſi capillos propter Adonidem.

168 * In huius Adonidis ſacris, Biblii (Luciano teſte in Dea Syria) & ſe verberibus cædere, & capita radere conſueuerunt. Hæc autem cum luctu à mulieribus celebrari quoque ſolere, autor eſt Ezechiel, dicens: Et introduxit me per oſtium portæ domus Domini, Eze. 8. 14. quod reſpiciebat ad Aquilonem: & eccè ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem. Radebant itaque & fœminæ capillos in luctu, vt etiam Pauſanias oſtendit, nam in Atticis in hunc modum ſcribit: Ad Iphinoes Alcathoi filiæ tumulum, quam virginem è vita diſceſſiſſe memorant, patrio ritu puellæ ante nuptias inferias mittunt, criniſq; primitias detondent: non aliter quàm Hecaergæ Deliorum filiæ. Hoc eodem forſitan ritu, mos increuit in Iſraël, vt quotannis fœminę conuenirent, vt plangerent filiam Iephte Galaaditæ. Idem Pauſanias in Corinthiacis, Hippolyto virgines ante nuptias, ſucciſum capillum conſecraſſe commemorat. Cuius meminit & moris Euripides, moribundum enim Hippolytum Diana in hunc modum alloquitur:

Tibi verò ò miſer pro hiſce ærumnoſe malis,
Honores maximos in vrbe Træzenia
Dabo. Puellæ enim innuptæ ante nuptias,
Comas abradent, tibi per longum annum,
Luctus maximos lachrymarum peragentes.

169 * At Lucianus in Syria dea, non ſolum virgines, ſed adoleſcentes quoque maſculos, hoc ex lege feciſſe teſtatur. Ait enim: Træzenii virginibus & adoleſcentibus legem ſtatuerunt, ne quis ipſorum connubio ſeſe illigaret, prius quàm Hippolyto comas totondiſſent: faciuntq; hoc pacto. Suetonius in Caligula, de morte Germanici diſſerens, ſic refert: Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubuerſæ deûm aræ, Lares à quibuſdam familiares in publicũ abiecti partus cõiugum expoſiti. Quin & barbaros ferũt, quib*

capitis cutem cum pilis (vt autor eſt Suidas) pariter reſecabant. Aut petita fortaſsè à tonſoribus, qui quoſdam per pectinem radunt, relictis pilorum ſtirpibus: citra pectinem alios, ad viuam cutem. Plautus in Captiui duo: Sed vtrum ſtrictim ne dicam attonſurum eſſe, an per pectinem, neſcio: verum ſi frugi eſt, vſque admutilabit probè. Teucer apud eundem Sophoclem, in eadem tragœdia, ſic inquit:

Atqui per opportunè adeſt cum coniuge
Huiusce filius viri, exequias vti
Miſero parent cadaueri. O puer huc ades,
Et propius aſſiſte, inquè ſupplicis modum
Corpus parentis, quo ſatus es, attingito.
Flexisq; procumbe genibus, manu tenens
Comas meas, huiusq;, & vnà etiam tuas.
Theſaurus hic eſt ſupplicantium.

Chryſotemis apud eundem, his verbis ſororem alloquitur:

Abs te digreſſa antiquum vt acceſſi ad patris
Tumulum, repletos lacte riuos conſpicor
Fuſo recens, variisq; buſtum floſculis
Quaquà patet ſparſum vndiq;. Obſtupui videns
Circumq; ſpectans, num quis in propinquo ibi
Loco lateret abditus mortalium,
Vbiq; ſolitudo, vbiq; ſilentium.
Accedo tumulum propius, extremo loco
Pyra reſectas conſpicor recens comas.

*Helena apud Euripidem in Oreſte, Hermionem filiam mittens ad Clytemneſtræ ſororis ſuæ tumulum, ſic ait: 167

O filia Hermione prodi foras,
Et ſume libamina hac in manus, comasq; meas.
Profecta verò ad Clytemneſtræ tumulum,
Mulſum effunde lactis, lixiuumq; rorem,
Et ſtans in ſummo tumulo, dicito hac.
Helena te ſoror hiſce munerat libaminibus.

Et Chorus ſic, in eadem tragœdia:

Atqui huc ſenili contendit pede
Spartanus Tyndareus, pulla gerens pallia,

Raſura

Digitized by Google

Raſura ob filiam lugubri raſus.

Ferè paſſim apud Euripidem, huius moris fit commemoratio. Bion Smyrnæus in Adonidis epitaphio, hunc eundem expreſſit, cum ait:

Recubat tener Adonis purpureis in veſtibus:
Circa eum lugent cum gemitu Amores,
Tonſi capillos propter Adonidem.

168 * In huius Adonidis ſacris, Biblii (Luciano teſte in Dea Syria) & ſe verberibus cædere, & capita radere conſueuerunt. Hæc autem cum luctu à mulieribus celebrari quoque ſolere, autor eſt Ezechiel, dicens: Et introduxit me per oſtium portæ domus Domini, Eze. 8. 14. quod reſpiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem. Radebant itaque & fœminæ capillos in luctu, vt etiam Pauſanias oſtendit, nam in Atticis in hunc modum ſcribit: Ad Iphinoes Alcathoi filiæ tumulum, quam virginem è vita diſceſſiſſe memorant, patrio ritu puellæ ante nuptias inferias mittunt, crinisq; primitias detondent: non aliter quàm Hecaergæ Deliorum filiæ. Hoc eodem forſitan ritu, mos increuit in Iſraël, vt quotannis fœminę conuenirent, vt plangerent filiam Iephte Galaaditæ. Idem Pauſanias in Corinthiacis, Hippolyto virgines ante nuptias, ſucciſum capillum conſecraſſe commemorat. Cuius meminit & moris Euripides, moribundum enim Hippolytum Diana in hunc modum alloquitur:

Tibi verò ò miſer pro hiſce ærumnoſe malis,
Honores maximos in vrbe Træzenia
Dabo. Puellæ enim innuptæ ante nuptias,
Comas abradent tibi per longum annum,
Luctus maximos lachrymarum peragentes.

169 * At Lucianus in Syria dea, non ſolum virgines, ſed adoleſcentes quoque maſculos, hoc ex lege feciſſe teſtatur. Ait enim: Træzenii virginibus & adoleſcentibus legem ſtatuerunt, ne quis ipſorum connubio ſeſe illigaret, prius quàm Hippolyto comas totondiſſent: faciuntq; hoc pacto. Suetonius in Caligula, de morte Germanici diſſerens, ſic refert: Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubuerſæ deûm aræ, Lares à quibusdam familiares in publicũ abiecti partus cõiugum expoſiti. Quin & barbaros ferũt, quib*

inteſtinum, quibusque aduerſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico communique mœrore, cōſenſiſſe ad inducias. Regulas quoſdam barbam poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus. Hæc Suetonius. Plutarchus verò, Alexandrum illum magnum, in funere Hephæſtionis, equos etiam & mulos totondiſſe tradit: ſibi autem, ſuorumque fortiſſimis, abraſiſſe capita, autor eſt Ælianus. Et Perſæ qui Maſiſtium lugebant, & ſe, & equos, & alia iumenta, iuxta patrium morem raſerunt. Vt Herodotus in Calliope teſtatur. Et Admetus apud Euripidem, in Alceſte, lamentans ſic ait:

Omnibus verò Theſſalis, quibus ego impero,
Luctus mulieris huius particeps iubeo,
Tonſura raſili, & atro veſtitu,
Et quadrigas iungite, & iubatos
Equos ferro ſecate ceruicis ſecundum crines.

* Ægyptiis ipſis poſtremo (de quibus eſt ſermo Habacuc: & 170
quibus, referente Luciano, in Nauigio ſiue de votis, coma fuit nobilitatis inſigne) hunc quoque morem fuiſſe, Plinius manifeſtat, ſic inquiens: Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Inſigne ei, in dextro latere candicans macula, cornibus Lunę creſcere incipientis. Nodus ſub lingua, quem Cantharum appellant. Non eſt fas eum certos vitæ excedere annos, merſumque in ſacerdotum fonte enecant, quæſituri luctu alium quem ſubſtituant: & donec inuenerint mœrent, deraſis etiam capitibus. Aſtipulatur & Plinio Lucianus in dea Syria. Et in Opuſculo de Sacrificiis ſic ait: Apis ille, qui quidem deus apud illos eſt maximus: ſi quādo moriatur, quis vſque adeò magnifaciat cæſariem ſuam, qui non eam detondeat, ac nudo capite luctum præ ſe ferat: etiam ſi vel purpuream Niſi comam habuerit? Sphines gymnoſophiſtę, qui Calanus appellatus eſt, pyram vltro moriturus aſcendens, poſtquam adoratis prece numinibus ſibi ipſi parentauit, tonſum crinem in rogum coniecit. Quod quidam, quaſi offerret primitias, perpetraſſe, interpretati ſunt.

* Sunt multa Scripturæ diuinæ loca, hunc vetuſtum morem te- 171
Iob. 1. 20. ſtantia. Iob, audito filiorum interitu, tonſo capite corruit in ter-
Leu. 14. 1. ram. Non vos incidetis (inquit Leuiticus) nec facietis caluitium
ſuper

Digitized by Google

ſuper mortuo. Ieremias verò: Et morientur grandes & parui in Ier.16.6.
terra iſta: non ſepelientur neque plangentur, & non ſe incident,
neque caluitium fiet pro eis. Ezechiel aſſumens lamentum ſuper Eze.27.31.
Tyrum, ſic ait: Et radent ſuper te caluitium, & accingentur cilici-
is, & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amariſſimo: ad
nihilum deducta es, & non eris vſque in perpetuum.

172 * Neque tantum crines & barbam, ſed pilos quoque pedum,
raſiſſe veteres in magnis malis videntur. Nam cum tibias nudas
geſtarent, hirtis illæ pilis horrebant. Quod autem iurat in Geneſi, Gen.14.23
regi Sodomorum Abram: A filo ſubtegminis vſque ad corrigiã
caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, non de ligamine
tibialium, ſed de calcei corrigia, intelligendum eſt. Habent enim
Hebraica pro Caligæ, נַעַל naal, id eſt, calcei vel calceamenti: vt o-
mnes interpretes tranſtulerunt. Et Vulgatus apud Iſaiam, Cal-
ceamentum reddidit, vbi dicitur: Nec rumpetur corrigia calcea- Iſa.5.27.
menti eius. Ex quo loco non obſcurè cognoſcitur, cuius calcearii
corrigiam ſe accepturum inficietur Abram. Sed apertius adhuc ex
Exodo, vbi Dominus ſic inquit ad Moyſen: Solue calceamentum Exo.3.5.
de pedibus tuis. Neque obſcurius ex Deuteronomio, vbi legimus: Deu.25.9.
Tollet calceamentum de pede eius. Et ex aliis innumeris locis, in
quibus pro Calceamento, Hebræis eſt hæc dictio Naal. De calcei
ergò corrigia intelligit Abram: quam Ioannes ille Baptiſta, Chri-
ſto ſoluere, indignum ſe iudicabat. Angelus præterea in Actis A- Ioan.1.27.
poſtolorum, non crurules ſed pedules caligas, Petrum ſe calceare
præcepit, cum ait: Calcea te caligas tuas. Eſt enim Græcè Sanda- Act.12.8.
lia, quæ pedum erant ſubſtramen, non crurum integumentum.
Hocque vno calceamenti genere Apoſtolis vti fuiſſe permiſſum, Mar.6.9
Marcus Euangeliſta teſtatur. Conſtat autem ex Auguſtino, libro
ſecundo de Conſenſu Euangeliſtarum, capite triceſimo, idem eſſe
Græcis Sandalium, quod Solea Latinis vocatur. Calceamenti nẽ-
pè genus, quo plantæ pedum ſolæ obteguntur, cæteris partibus
nudis relictis, quibuſdam anſulis tantum, aut corrigiis, ſuperiore
in parte coëuntibus, reuinctum: quali videmus in præſens, fratres
Franciſcanos procedere. Cum ergò veteres crura nuda geſtarent,
hirſuta quoque geſtaſſe, conſequens vtique natura fuit, villis ac ſe-
tis horripilantia.

Digitized by Google

* Hæc igitur in atrocioribus malis, quaſi corporis abiicientes 173
decorem (nam ex Polyphemi ſententia, Barba viros, hirtęque decent in corpore ſetæ) cum capite ſimul & mento, prorſus deradere conſueuerunt. Quod & Iſaias ſignificaſſe videtur, cum ait: In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in iis qui trans flumen ſunt, in rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam. Quem quidem locum ad vnguem expreſſiſſe videtur Habacuc, dicens: *Percuſſiſti caput de domo Impii denudaſti fundamentum vſq. ad collum*. Nam videtur eſſe ſententia: Adeò magnis ac multis calamitatibus & infortuniis, doloribus & orbitate filiorum, afflixiſti atque diuexaſti vniuerſam prouinciam Ægypti, domum & familiam impiiſſimi Cham, vt cuncta Ægyptiorum capita caluitio fuerint percuſſa, quin etiam pedes & crura, totum deniq; corpus ad collum vſq;, tonſa fuerint atq; pilis nudata. Quod ergò dixit Iſaias: Radet caput: Habacuc vertit, Percuſſiſti caput. Nuditate videlicet, & tonſione luctuoſa: vt & aliæ moleſtiæ & ærumnæ, hominem percutere perhibentur. Sic enim legimus in Deuteronomio: Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aëre corrupto ac rubigine. Pro eo autem quod Iſaias dixit: Et pilos pedum: Habacuc reddidit, *Fundamentum*. Quoniam pedes (vt diximus) baſes ſint, & totus corporis fulcimentum: Poſtremò, quod ait Iſaias: Et barbam vniuerſam: idem eſt quod apud Habacuc, *Vſq. ad collum*. Eodem igitur ordine, etſi diuerſis aliquantulum verbis, eandem ſententiam Iſaias & Habacuc protulerunt. Inchoantes enim à raſura capitis, mox ad pedes demittunt ſeſe: indeque rurſus ad barbam, & ad collum retulêre ſermonem.

Iſa. 7. 20. Deu. 28. 22

* Sed & Michæas hunc morem radendi totum corpus, ſignifi- 174
caſſe videtur, cum ait: Decaluare & tondere ſuper filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te. Id eſt, Non ſit tibi ſatis decaluare caput atque tondere, ſed totum etiam corpus abrade: ad ſimilitudinem aquilarũ, quæ vniuerſas plumas emittunt, cum iam fuerunt ſenio confectæ. Hinc eſt enim illud in Pſalmis: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Et, Senectus aquilæ, vulgari prouerbio locum fecit. Terentius in Heautontimorumeno: Viſa eſt verè, quod dici ſolet, Aquilæ ſenectus. Diuus Gregorius in Ezechielem, Michææ locum in hũc modum

Mich. 1. 16 Pſ. 102. 5.

modum explanat: Caluitium hominis in ſolo capite fieri ſolet, caluitium verò aquilæ in toto corpore: quia cum valde ſenuerit, plumæ eius ac pennæ ex omnibus membris illius cadunt. Caluitium ergò ſuum ſicut aquila dilatat: quia plumas perdidit, quæ populum amiſit. Alarum quoq; pennæ ceciderunt, cum quibus volare ad prædã conſueuerat: quia omnes potentes extincti ſunt, per quos aliena rapiebat. Hactenus Gregorius. In quem ſenſũ procliue eſt, ſuperiorem Iſaiæ locũ exponere. Nimirum, vt corpori hu- Iſa.7.20.
mano Propheta cõponat Iudæam, comminetur q; illi ac prædicat: abraſurum Dominum illi, miniſterio Babylonici regis, caput, pilos pedum, & barbã. Id eſt, Abducturum captiuos in Babylonem, regem ipſum & infimam plebem, cũ optimatibus vniuerſis. Quippè Babylonis tyrannus, primores populi arripuit, populũq; tributim.

* Sed & *Fundamenti* vocabulo caput ipſum ſignificaſſe Haba-
175 cuc, non interpretaremur incongruè. Vt ſeipſum Vates exponat, & quod prius ſubobſcurè præmiſerat: *Percuſſiſti caput*: conſueta repetitione declaret, & per capitis percuſſionem denudationem illius, & raſuram ad collum vsq;, id eſt, capitis ſimul ac barbæ, tonſionem intellexiſſe demonſtret. Caput autem *Fundamentum* appellat, ſeu Initium (nam & hoc deſignat יסוד) quod ſit homo velut arbor inuerſa, pro radicibus habẽs capillos, manus verò & pedes pro ramis. Vnde eſt illud Perſii poëtæ:

Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In venerem eſt putris: ſed cum lapidioſa chiragra
Fregerit articulos veteris ramilia fagi,
Tum craſſos traxiſſe dies, lucemq; paluſtrem,
Et ſibi iam ſeri vitam ingemuere relictam.

Heſiodus quoque præcipiens, vngues non eſſe præcidendos in conuiuio, præſertim ſolenni: manum hominis appellauit πέντοζον, quod quinq; digitis tanquam ramis conſtaret. Et tanquàm vnguium reſectio, putationis eſſet genus, ſic inquit:

Ne verò à quinqueramo, deorum in celebri conuiuio,
Siccum à viridi reſeca nigro ferro.

Hinc eſt apud Senecam, hominis ad ſiluam comparatio. Et Homerus (vt quidam voluerunt) ex hac cauſa ſæpiſſimè vocat, φύλλα τῶν ἀνθρώπων humanum genus. Et Græci τοὺς ἀνθρώπους dicũt, quaſi ar-

bores contrarias: vt in Perſium Plautius notauit. Homo denique (vt dixit Plato: referente Plutarcho in libello De exilio) planta eſt quædam non terræ infixa, nec immobilis: ſed & cœleſtis, & ad cœlum ipſum inuerſa, cuius corpus ex capite, velut è ſua quadam radice illud ſiſtente & firmante, erectum manet.

* Caput deinde meritò, à Propheta *Fundamentum* vocatur: 176
quoniam totus homo (vt ait Plato) in capite collocatus ſit, vt in fundamento ædificium: indeque ſenſus initium capiant, & nerui Ex quo (vt exiſtimat Varro) Caput Latinis appellatum eſt. Animantes (inquit Suidas) ſurſum habere capita dicuntur, omninò non reſpectu reliqui corporis: ſed quod in iis ſit motionis initium. Cum igitur animalia pleraque, ac penè omnia, prona terram ſpectent, vt caput ne poſterioribus quidem partibus ſit eminentius: tamen ſuperiores eorum partes dicuntur eſſe caput, & vicinæ capiti. Sic in ſtirpibus circumcirca ſunt rami & folia: ſed ſi motionis ſpectes initium, maiorque neceſſitudo, ſurſum quidem ſunt radices, deorſum rami, eaque de cauſa proportione capiti, atque etiam ori reſpondent. Per eas enim, tanquam os, alimentum ſuppeditatur, & deriuatur in corpus. Hæc Suidas.

* Si ad hanc ergò referamus tonſionem luctuoſam verba Pro- 177
phetæ, erit hæc ſentẽtia Habacuc. Cum in Ægypto Iſraëlitæ multis ſceleribus tenerentur, tu, Domine, in ſalutem eorum egreſſus cum Chriſto tuo Moyſe, tantis malis atque doloribus, affeciſti domum & familiam impiiſſimi Cham, quæ illos dura ſeruitute premebat: vt in cunctis Ægyptiorum capitibus fuerit caluitium, & omnis barba fuerit abraſa. Factum eſt enim in noctis medio, percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti: à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitũ captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharao nocte, & omnes ſerui eius, cunctaque Ægyptus, & ortus eſt clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus.

Iſa. 15. 2.
Exo. 12. 29

* Sed & illud prætermittendum non eſt, Olim magnis malis 178
oppreſſos, caput percutere conſueuiſſe. Vniuerſi magi ac ſacerdotes Epheſii (inquit Plutarchus in Alexandro) quod ipſo Alexandri natali templũ Epheſiæ Dianę cõcrematum eſſet, percuſſa facie diſcurre-

curre-

currebant vociferantes, ea die magnam Aſiæ peſtem ſimul ac perniciem exoriri. Et idem in eodem ſic ait: Tyreus eunuchus ad Darium equo prouolans, vxoris obitum renunciat. Quo nuncio accepto Darius per multas lacrymas caput percuſſit. Pſammenitus (inquit Herodotus in Thalia) magno ploratu edito, & amico ſuo nominatim vocato, caput percuſſit. Et Homerus libro Iliados viceſimo ſecundo, de Priamo, congreſſum Achillis & Hectoris extimeſcente, ſic ait:

Ingemuit autem ſenex, caput autem percutiebat manibus.

Euripides quoq; de Helena, ad necem ab Oreſte petita, ſic:

Ipſa exclamauit, Eheu mihi.
Album verò immittens cubitum pectori,
Percuſſit caput infelix.

Et Chorus in Phœniſſis apud eundem:

Suſcitate, inquit, ſuſcitate eiulatum,
Et in caput albarum planctus manuum.

Et Hecuba in Troadibus, cũ ſe Vlyſſis ſeruitio addictam nouiſſet:

He, he, percute caput raſum,
Lacera vnguibus geminas genas.

Eademq; Aſtyanactem deplorans: Hos tibi damus, inquit, ictus capitis, & pectorum planctus. Et Chorus deplorans eundem:

Percute, percute manu caput, ictus
Impingens manu. heu mihi.

Poteſt ergò ſenſus eſſe Habacuc: Tantis malis afflixiſti domum Impii, vt caput præ dolore percuterent, & illud vſq; ad collũ tonderent. Eſt frequens diuinis authoribus, à geſtibus externis do-
lentium, mœroris magnitudinem indicare. Quale eſt illud in Iu- Iud. 15. 8.
dicum libro: Ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. Et apud Iere.31. 19.
Ieremiam: Percuſſi femur meũ. Et bis apud Lucam: Percutere Luc.18. 13.
pectus. Taleq; etiam apud Habacuc: Percutere caput, ſeu tunſio- Luc.23.48
ne, ſiue tonſione: eſt

179 * *Percuſſiſti* autem dixit Vates, pro Percuti & nudari feciſti. Vt
in Geneſi dicit Dominus Abrahę: Nunc cognoui quòd timeas Gen.22.12
Deum: Id eſt, feci vt cognoſceretur. Vt Chryſoſtomus & Auguſtinus exponunt. Sed iam ad vlteriora tranſeamus.

bores contrarias: vt in Perſium Plautius notauit. Homo denique (vt dixit Plato: referente Plutarcho in libello De exilio) planta eſt quædam non terræ infixa, nec immobilis: ſed & cœleſtis, & ad cœlum ipſum inuerſa, cuius corpus ex capite, velut è ſua quadam radice illud ſuſtente & firmante, erectum manet.

* Caput deinde meritò, à Propheta *Fundamentum* vocatur: 176
quoniam totus homo (vt ait Plato) in capite collocatus ſit, vt in fundamento ædificium: indeque ſenſus initium capiant, & nerui Ex quo (vt exiſtimat Varro) Caput Latinis appellatum eſt. Animantes (inquit Suidas) ſurſum habere capita dicuntur, omninò non reſpectu reliqui corporis: ſed quod in iis ſit motionis initium. Cum igitur animalia pleraque, ac penè omnia, prona terram ſpectent, vt caput ne poſterioribus quidem partibus ſit eminentius: tamen ſuperiores eorum partes dicuntur eſſe caput, & vicinæ capiti. Sic in ſtirpibus circumcirca ſunt rami & folia: ſed ſi motionis ſpectes initium, maiorque neceſſitudo, ſurſum quidem ſunt radices, deorſum rami, eaque de cauſa proportione capiti, atque etiam ori reſpondent. Per eas enim, tanquam os, alimentum ſuppeditatur, & deriuatur in corpus. Hæc Suidas.

* Si ad hanc ergò referamus tonſionem luctuoſam verba Pro- 177
phetæ, erit hæc ſentẽtia Habacuc. Cum in Ægypto Iſraëlitæ multis ſceleribus tenerentur, tu, Domine, in ſalutem eorum egreſſus cum Chriſto tuo Moyſe, tantis malis atque doloribus, affeciſti domum & familiam impiiſſimi Cham, quæ illos dura ſeruitute premebat: vt in cunctis Ægyptiorum capitibus fuerit caluitium, & omnis barba fuerit abraſa. Factum eſt enim in noctis medio, percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti: à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vsque ad primogenitũ captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharao nocte, & omnes ſerui eius, cunctaque Ægyptus, & ortus eſt clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus.

Iſa. 15. 2.
Exo. 12. 29

* Sed & illud prætermittendum non eſt, Olim magnis malis 178
oppreſſos, caput percutere conſueuiſſe. Vniuerſi magi ac ſacerdotes Epheſii (inquit Plutarchus in Alexandro) quod ipſo Alexandri natali templũ Epheſiæ Dianę cõcrematum eſſet, percuſſa facie diſcurre-

Digitized by Google

currebant vociferantes, ea die magnam Aſiæ peſtem ſimul ac perniciem exoriri. Et idem in eodem ſic ait: Tyreus eunuchus ad Darium equo prouolans, vxoris obitum renunciat. Quo nuncio accepto Darius per multas lacrymas caput percuſſit. Pſammenitus (inquit Herodotus in Thalia) magno ploratu edito, & amico ſuo nominatim vocato, caput percuſſit. Et Homerus libro Iliados viceſimo ſecundo, de Priamo, congreſſum Achillis & Hectoris extimeſcente, ſic ait:

Ingemuit autem ſenex, caput autem percutiebat manibus.

Euripides quoq; de Helena, ad necem ab Oreſte petita, ſic:

Ipſa exclamauit, Eheu mihi.
Album verò immittens cubitum pectori,
Percuſſit caput infelix.

Et Chorus in Phœniſſis apud eundem:

Suſcitate, inquit, ſuſcitate eiulatum,
Et in caput albarum planctus manuum.

Et Hecuba in Troadibus, cũ ſe Vlyſſis ſeruitio addictam nouiſſet:

He, he, percute caput raſum,
Lacera vnguibus geminas genas.

Eademq; Aſtyanactem deplorans: Hos tibi damus, inquit, ictus capitis, & pectorum planctus. Et Chorus deplorans eundem:

Percute, percute manu caput, ictus
Impingens manu. hei mihi.

Poteſt ergò ſenſus eſſe Habacuc: Tantis malis afflixiſti domum Impii, vt caput præ dolore percuterent, & illud vſq; ad collũ tonderent. Eſt frequens diuinis authoribus, à geſtibus externis dolentium, mœroris magnitudinem indicare. Quale eſt illud in Iudicum libro: Ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. Et apud Ieremiam: Percuſſi femur meũ. Et bis apud Lucam: Percutere pectus. Taleq; etiam apud Habacuc: Percutere caput, ſeu tunſione, ſiue tonſione: eſt Iud. 15. 8. Iere. 31. 19. Luc. 18. 13. Luc. 23. 48

179 * *Percuſſiſti* autem dixit Vates, pro Percuti & nudari feciſti. Vt in Geneſi dicit Dominus Abrahę: Nunc cognoui quòd timeas Deum: Id eſt, feci vt cognoſceretur. Vt Chryſoſtomus & Auguſtinus exponunt. Sed iam ad vlteriora tranſeamus. Gen. 22. 12

Digitized by Google

14. *Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad diſpergendum me: exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.*

15. *Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.*

SVNT multi quibus hic locus, obſcurus & difficilis videatur: 181
propterea quòd nomini *Sceptris*, ב, litera in Hebræo proponatur, ac perinde non in acquiſitionis, ſed verò in caſu inſtrumenti, id eſt, non in caſu datiuo, ſed in ablatiuo poſitum cenſeatur. Habent enim Hebraica in hunc modum: נָקַבְתָּ בְמַטָּיו. Et quoniam verbum נָקַב, perforare quoque ſignificat, vt in libro Iob: In ſudibus perforabis nares eius. Et apud Iſaiam: Intrabit in manum eius, & perforabit eam. Ideò Pagninus ſic vertit: Perfodiſti baculis eiùs caput exercituum eius. At eius expurgatores poſuerunt: Perfodiſti in baculis eius caput paganorum eius. Tigurina autem editio: Perforaſti cum baculis ſuis caput paganorum eius. Vel, vt Vatablus interpretatur, copiarum aut exercituum eius. Ægypti videlicet, vel Pharaonis. Id eſt, Peremiſti eum (inquit Vatablus) perinde ac ſi propriis telis perforaſſes capita eius. Quaſi dicat, Te authore periit exercitus Pharaonis, ipſiuſmet conſilio. Nam ita conſuluit Pharao, vt ſui Iſraelitas inſequerentur. Poteſt facilè Editio vulgata in hanc eandem intelligentiam trahi, ſi *Sceptris* non in datiuo, ſed, iuxta prædictorum ſententiam, poſitum in ablatiuo credamus. Quod autem hi, Paganorum, illi, Exercituum, verterunt, inde eſt, quod verbum פָּרַז, Pagum abſq; muro ſignificat. Vnde פְּרָזִים ſunt Hebræis, qui pagos abſq; muris inhabitant. Sed & fortes & bellatores, eodem nomine ſignificantur. Quoniam qui non muris aut vallis, ſed (vt olim Spartani fecerunt) propriis viribus ac virtuti confidunt, plerumq; ſint bellatores, vt etiam Spartani fuerunt. Rabbi Kimhi in Cõmentariis (authore Pagnino in Theſauro) פְּרָזָו & exercitus eſſe, & vrbes abſq; muris teſtatur. Septuaginta hoc loci, Potentium: Hieronymus Iudicum quinto, Fortes, interpretati ſunt.

Iob.40.19.
Iſa.36.6.

* At verò verbum נָקַב, Maledicere quoque ſignificat, vt patet 182
apertiſſi-

Digitized by Google

apertiſſimè ex Numeris, vbi dicitur: Quomodo maledicam cui Nu. 23. 8.
non maledixit Deus? Et rurſus ibidem: Inde maledicito ei. Quod
etiam ibi Pagninus, atq; alii translatores verterunt. Et in libro Iob Iob. 3. 8.
Maledicant ei, qui maledicunt diei. Et in Salomonis Prouerbiis: Prou. 11.
Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis. Litera autē, ב, 26.
non ſemper inſtrumentū deſignat: ſed inter alias plurimas ſignificationes, quas habet, ſæpiſſimè ponitur loco præpoſitionū, Ad, & Contra. Vt in Geneſi, vbi dicitur: Faciamus hominem ad ima- Gen. 1. 26.
ginē & ſimilitudinem noſtram. Et in Numeris: Locuta eſt Maria Nu. 12. 1.
& Aaron contra Moyſen. Habent enim Hebraica, במשה. Vnde potuit non ineptè transferri in præſenti loco Habacuc: Maledixiſti ad ſceptra eius, vel, contra ſceptra eius. Incideretq; in eundē ſenſum cum Vulgata editione, quæ habet: *Maledixiſti ſceptris eius*: ſi Sceptris in caſu datiuo poſitum iudicauerimus.

183 * Ad hæc (vt ante iam dixi) ב litera præpoſita nomini, quod cū verbo actiuo conſtruitur, nihil aliud interdum Hebræis, quam ſimpliciter accuſatiuum deſignat. Neque quidquam amplius eſt
dicere: Hæreditabis in omnibus gentibus: aut, Aſpicite in gen- Pſal. 81. 8.
tibus: vel, Iudicabit in nationibus: quam dicere, Hæreditabis om- Hab. 1. 5.
nes gentes: Aut, Aſpicite gentes, vel, Iudicabit nationes. Idemq; Pſa. 109. 6.
eſt, Maledixiſti vel perfodiſti in ſceptris eius, quod Maledixiſti vel perforaſti ſceptra eius.

Porrò autem vt in diuina Scriptura, Dei benedicere, benefacere eſt, fœcundare, & multiplicare, benedictionis deniq; Dei nomine, omnia genera beneficiorum à Deo præſtita comprehenduntur: ſic contra Dei maledictio, omnia aduerſa & infœlicia cōplectitur, Deiq; maledicere, malefacere eſt, miſeriam, damna, dolores. aut extremum exitium inferre. Neque ab hac ſignificatione Perfodere, aut Perforare abhorreſcunt. Nam in hanc ſen-
tentiam illud dictum videtur: Nocte os meum perforatur dolo- Iob. 30. 17.
ribus. Id eſt, excruciantur, & conteruntur doloribus maximis oſſa mea. Senſus ergo noſtri Vatis hic eſt.

184 * Perdidiſti penitùs omnes Ægypti principes, omniaque capita bellatorum eius, vel omnem ſummam militum eius: deſtruxiſti regem ac duces, totumque ſimul exercitum eius. Etenim, cùm in populum tuum, gentemque meam Iſraeliticam,

magno tumultu ac fragore, inſtar ſæui turbinis, irruerent, vt eos
rurſum in captiuitatem reducerent, aut certè internecione dele-
rent: cumq; immoderatè exultarent, nimiaq; geſtirent lætitia,
quaſi qui nullo negotio, id negotii poſſent conficere (quippè cum
Exo.14.3. in terra coarctatos, & vndique deſerto concluſos, vnde nullum
pateret effugium, poſſe facilè deuorari confiderent) cumq; illa
gloriabundi iactarent, quæ Turnus apud Maronem iactabat:

Ergò maria inuia Teucris,
Nec ſpes vlla fugæ: rerum pars altera adempta eſt:
Terra autem in manibus noſtris: tot millia gentes
Arma ferunt Italæ, nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ ſe iactant, reſponſa deorum.

* Demum, cùm diceret inimicus: Perſequar, & comprehen- 185
dam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea. Euaginabo gladium
Hab.3.8. meum, interficiet eos manus mea. Cum, inquam, hæc iactarent
Ægyptii, tunc tu, Domine, aſcendens ſuper equos tuos, & qua-
drigas tuas, in ſalutem: id eſt, aduocatis nubibus, & validiſſimo
ventorum impetu, quibus, veluti curru & equis, vti ſoles, te præ-
ſentem exhibuiſti, & viam in Mari rubro aperuiſti, qua populus
tuus ſaluus & indemnis transmitteret: Ægyptii verò vniuerſi,
aquis coëuntibus ſubmergerentur. Flauit enim ſpiritus tuus, &
Exo.14.27 operuit eos mare, ſubmerſi ſunt in aquis vehementibus. Cum
enim extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt pri-
mo diluculo ad priorem locum: fugientibusq; Ægyptiis occurre-
runt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. Reuer-
ſæq; ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus
Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidẽ
ſuperfuit ex eis. Filii autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci
maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris.

* Nubes, Currus, Ventos autem, Dei equos, à Scriptura vo- 186
Hab.3.8. cari, ſuperius annotatum eſt, cum locum illum interpretaremur:
Quia aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. His
Deus equis viam aperuit in mari, & veluti pelagi vada ante popu-
lum ſuum prætentauit: abſtulit quippè illud Dominus, flante
vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum, di-

uiſaque

Digitized by Google

uiſaq; eſt aqua. Idipſum ſignificant quæ ſequuntur: *In luto aquarum multarum.* feciſti nempe equis tuis viam, vel, calcare feciſti equos tuos: (vt transferunt alii) dum vertis in ſiccum. Pagninus atque alii verterunt: In aceruo aquarum multarum. Vt ſit repetitio præcedentis ſententiæ, idemq; ſignificet, In aceruo aquarũ multarum, quod, In mari. Vel ſit ſenſus: Viam feciſti equis tuis in mari, coaceruando aquas multas. Vt ſit illud Dauidicum: Interrupit mare, & perduxit eos: ſtatuit aquas quaſi vtrem (vt habent, Græca) vel quaſi aceruum, vt habent Hebraica. Et quidem Hebraicum חֹמֶר, & lutum ſignificat & aceruum: at verò Vulgatus interpres multo tranſtulit ſignificantius. Neque enim ſolùm diuiſa eſt aqua, ſed exſiccatum quoq; eſt lutoſum maris fundum: ita vt non tantùm ab aquis nihil læſi fuerint Iſraelitę, ſed neque luto aut cœno impediti, quominus liberi & puri, alterius littoris oram tenerent. Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filii autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius. Zeugma eſt igitur: Viam feciſti in mari equis tuis, viam feciſti in luto aquarum multarum. Recedentibus enim, ſeſeque diuidentibus aquis, exſiccato deinde luto, facilis & expedita patuit Iſraelitis via.

Pſal. 32. 7.
Pſal. 77. 13.
Exo. 15. 19.

187 *Imouerò, non ſiccum tantummodò ſolum, ſed herbidum quoque apparuiſſe, diuina Scriptura teſtatur. Nam ex aqua quæ ante erat, terra apparuit arida, & in mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. Vt dicitur in libro Sapientiæ. Habent autem ad verbum Græca: Et ex Rubro mari via ſine impedimento: & viridem herbam ferens campus de tempeſtate violenta. Id eſt, Poſtquam valida & violenta tempeſtate ventorum Mare rubrum diuiſum eſt, non arida tantùm humus emerſit: ſed, ne è ſicco & calcato ſolo à tam multis, puluis importunus inſurgeret, herbeſcentem etiam Deus ex illo viriditatem elicuit. Neq; enim hæc per hyperbolen dici, vt Ianſenius exiſtimauit, exiſtimo. Cur enim in tanta multitudine miraculorum, hoc vnum, politiſſimum omnium, euitauerimus miraculum? Præſertim cùm aut hoc dandum ſit, vt apertè dat Scriptura, aut certè in arido ſolo, tranſeuntibus tot myriadibus hominũ,

Sap. 19. 7.

gregum,& armentorum, puluerem, ne moleſtus inſurgeret, fuiſſe
miraculosè compreſſum.

* Cæterum, cum verſu octauo Habacuc diuiſi maris rubri me- 188
minerit, nunc tamen eiuſdem hiſtoriæ rurſus ingerit mentionē.
Non quidem vt, perſimilis Batto, eamdem iterum cantilenam oc-
canat, ſed vt occaſionem oſtendat, ex qua Dominus Mare rubrum
diſciderit. Nempè, vt vndiq; coarctatos Iſraelitas, inſperato & in-
audito miraculo, è manibus inimicorum eriperet. Solent quippè
eandem hiſtoriam diuini Scriptores repetere, in diuerſum non-
unquam propoſitum, interdum vt explicatius enarrent. Sic enim
Amos 2.9. Dominus per Amos, iterum in eodemmet loco, Amorrhæorum
vaſtationem reſumit, dum Prophetæ noſtro ſimiliter, beneficia
Iſraelitis exhibita, ſceleribus illorum opponit. Ait enim: Ego au-
tem exterminaui Amorrhęum à facie eorum: cuius altitudo ce-
drorum, altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fru-
ctum eius deſuper, & radices eius ſubter. Ego ſum qui aſcendere
vos feci de terra Ægypti, & duxi vos in deſerto quadraginta annis,
vt poſſideretis terram Amorrhæi. In eundem modum Dauid
Pſalmo centeſimo quinto, cum diſſecti maris prodigium verſu
Pſa. 105.9. nono iam retuliſſet, dicens: Et increpuit Mare rubrum, & exſic-
catum eſt, & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto. Quibuſdam
nihilominus interpoſitis, verſu poſtmodum viceſimo primo, ite-
rum eiuſdem miraculi mentionem in hęc verba ſubintulit: Obli-
ti ſunt Deum qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mi-
Pſal. 113.3. rabilia in terra Cham, terribilia in Mari rubro. Pſalmo quoque
5. tertio decimo ſupra centeſimum, hanc ipſam narrationē ingemi-
nat, ait enim: Mare vidit, & fugit, Iordanis conuerſus eſt retror-
ſum. Rurſus autem, vt rationem aſſignet: Quid eſt tibi mare,
quod fugiſti? & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? Sic igi-
tur & Habacuc, cùm ſuperiùs hanc hiſtoriam attigerit, denuò ſu-
perioribus adiicit, quam Deus cõmodus hoc ipſo miraculo, in ipſo
periculi articulo, Iſraelitis deſperatis ſubuenerit. Eſt itaq; perin-
de ac ſi diceret Vates: Cùm ex omni parte Iſraelitæ, tot ac tantis
difficultatibus premerentur, vt penitus animum deſpondiſſent,
nec aliqua ſalutis ſupereſſet ſpes: cumq; Ægyptii, quaſi adepta
præda, exultantes, pro victoria iam pœanas occinerent: tunc

Deus

Deus, Mari rubro diſciſſo, illis tempeſtiuè ſuccurrit, quod ſuperius iam indicaui. Hæc leiuiuſcula annotare compellimur ab iis, qui dum præfractè contendunt, Habacuc non Dei beneficia Iſraelitis collata referre, nullum lapidem immotum relinquunt, & ad hoſce quoq; impingunt ſcrupulos.

189 * *Exultatio eorum ſicut eius, qui deuorat pauperem in abſcondito.*
Sunt multa nomina Hebraica, pro quibus omnibus Latinus in-
terpres vnicum reddidit vocabulum, Pauper. Eſt אֶבְיוֹן Ebion, Pſa. 69. 6.
cuius vice vertit in Pſalmis: Ego verò egenus & pauper ſum. De-
ducitur autem à verbo אָבָה, id eſt, Velle, ſeu deſiderare: quod
pauper egeſtate compulſus, rerum neceſſariarum iugi deſiderio
teneatur. Vel quoniam (vt eſt apud Senecam) non qui parum ha-
bet, ſed qui plura cupit, eſt pauper. Eſt etiam nomen חֵלְכָה Hel-
cha, pro quo legimus apud eundem Pſalmographum: Oculi eius Pſal. 9. 10.
in pauperem reſpiciunt. Hoc porrò nomen Hebræi compoſitum
eſſe decernunt, & Cætum ac congregationem mœrentium ſigni-
ficare arbitrantur. Eſt deinde dictio: מִסְכֵּן Miſchen, cuius loco
dicitur in Eccleſiaſte: Melior eſt puer pauper, & ſapiens, rege ſe- Eccleſ. 4.
ne & ſtulto. Deriuatur autem à verbo, סכן quod prouidere ſigni- 13.
ficat: prouida quippè ſolet eſſe paupertas. Eſt & רָשׁ Reas, pro
quo dicitur in libris Regum: Pauper autem nihil habebat om- 2. Reg. 12.
ninò præter ouem vnam. Eſt denique עָבִי Aani, apud Habacuc 3.
in hoc loco, vbi dicitur: *Exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat
pauperem in abſcondito.* Deducitur autem à verbo עָבָה, quod
affligere & humiliare ſignificat. Hocque nomen apud Scripto-
res diuinos, non tam rerum victus egentem, quam afflictum &
oppreſſum malis, humanaq; ope, & cunctorum deſtitutum au-
190 xilio, ſolet indicare. * Fidentes igitur (inquit Habacuc) alacres
& gloriabundi, in nos irruebant, longè illis virtute imbecilliores & viribus, omniq́ue (vt illi putarunt) præſidio deſertos, velutiq; in cauea concluſos. Quippè cùm à tergo numeroſiſſimus atque fortiſſimus, inſtructiſſimusq; hoſtium immineret exercitus: progrediendi verò & fugiendi, oppoſitum pelagus interciperet facultatem. Repererunt enim Ægyptii Iſraelitas in caſtris ſuper mare, & dixerunt: Coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum. Fuit proprium preterea, & quaſi gentilitium Ægyptiis, Exo. 14. 9.

occultis ac ſubdolis graſſationibus viatores opprimere. Quod abundè hiſtoria Æthiopica Heliodori teſtatur: neque obſcurè indicauit Theocritus, Eidyllio decimoquinto, ſic dicens:

Nemo maleficus
Lædit amplius viatorem, doloſè ſubiens more Aegyptio.

* Latrocinia porrò eorum Actiſanes Æthiopum rex, Ægypto 191
potitus, nouo & ridiculario modo compeſcuit. Reos namq; omnes in vnum cogens, amputatis naribus, in vltima deſerti ire cōpulit, terræ promiſſionis finitimi: ibique conditam ex eis ciuitatem, ab exciſis naribus Rhinocoluram vocauit. Colura namq; & coluria dicuntur (quod & Cælius notauit) quę caudā vel non habent omninò, vel præciſam habent & mutilatam. Septuaginta interpretes, Iſaiæ capite vigeſimo ſeptimo, vbi Hebræa habent, & nos legimus: Vſque ad torrentem Ægypti, verterunt, ἕως ῥινοκούρων. Et Hieronymus in pluribus locis, Rhinocoruram appellat: ſed mendoſè, vt arbitratur Eraſmus, qui in ſcholiis ad diuum Hieronymum, in vitam Hilarionis, ſic inquit, Rhinocorurę. Quidā codices habebant Rhinochæ; verùm vtraque lectio mendoſa eſt. Legendum eſt autem Rhinocuraræ. Id eſt oppidum Ægypti, ſic appellatum, quod olim incolæ ſummas nares haberent inciſas: id quod nunc videmus in equis quibusdam. Author Stephanus. Propriusad veram lectionem accedebant, qui habebant Rhinocoruræ. Hęc Eraſmus. At Strabo libro decimo ſexto, & Plinius libro quinto, & Auguſtinus in Quæſtionibus ſuper Ioſue, Rhinocoluram appellant. Apud Siculum Diodorum Rhinoceram ſcriptum inuenio. Sed ad propoſitum redeamus. Ergo tanta alacritate & fiducia me inuaſerunt (inquit Vates, perſonam populi repreſentans) quanta latrones Ægyptii ſolent adoriri viatorem, omni deſtitutum auxilio, in loco ſecretiori repertum. Et quemadmodū is, qui afflictum & humiliatum in abſcondito eſt nactus, nemine vidente neq; prohibente, nullo denique aduerſante & regnante, facilè deuorat & abſumit: ita nos etiam Ægyptii, eremo ac mari concluſos, hoſtium deinde copiis obſeſſos, nullo opprimere poſſe negotio, & quaſi deglutire & vorare facilè poſſe, ſibi promittebant. At tu, Domine, equis tuis viam nobis ſternens in mari, tuoſque incolumes atque ſaluos tranſmittens.

Iſa. 27. 12.

Maledi-

192 * *Maledixiſti Sceptris eius, capiti bellatorum eius.* Quod eſt, Perdidiſti funditus omnes principes & primates domus Impii, ſubmerſiſti vniuerſos duces & capita exercitus illius. Iunxit enim rex Ægyptiorum currum (inquit Exodus) & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecum. Tulitque ſexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus. Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Exo. 14. 6. Exo. 14. 8.

193 * Per Metonymiam verò, *Sceptris* pro Principibus poſitum eſt: quoniam olim Reges & Principes, ſceptra gerere conſueuerunt. Vnde promiſcuè in diuina Scriptura, & Sceptrum pro principatu frequenter, & Principatum pro ſceptro nonnunquàm poſitum inuenimus. Quod enim dixit Iſaias: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerum eius. Ididem ſignificare videtur, quod eſt apud Ieremiam: Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex. Quodque Magi percontati ſunt: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Denique, quod Angelus intulit: Et regnabit in domo Iacob in æternum. Porrò, Factus eſt principatus ſuper humerum eius, ideò dictum eſt, quia dum ſceptrum manu geſtatur, humero applicari conſueuit. Quod apertius præmiſerat Iſaias, dicens: Virgam humeri eius, & ſceptrũ exactoris eius ſuperaſti. Et in alio loco: Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius. Id eſt, Dabo illi ſceptrum & ſedem Dauid patris eius. Vt eſt apud Lucam. Ergo, Factus eſt principatus ſuper humerum eius: idem ſignificat (vt ego puto) ac ſi Propheta dixiſſet, Qui geret ſceptrum regni, & principatus in domo Iacob. Iſa. 9. 6. Ier. 23. 5. Matth. 2. 2 Iſa. 9. 4. Iſa. 22. 22. Luc. 1. 3.

194 * Neque ſolùm Reges (vt diximus) ſed vniuerſi quoque Principes & Magiſtratus, olim ſceptra geſtaſſe narrantur. Sceptraque fuiſſe arbitror virgas illas duodecim, quas tulit Moyſes, & poſuit in tabernaculo fœderis coram teſtimonio: vt oſtenderet Dominus per germinationem virgæ, quem ſibi in ſacerdotem eligeret. Locutus eſt enim Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cunctis principibus tribuum. Locutusque eſt Moyſes ad filios Iſrael: & dederunt ei omnes principes virgas, per ſingulas tribus. Id eſt, ſinguli Num. 17. 2 Num. 17. 6

Digitized by Google

principes tribuum Moyſi ſua ſceptra dederunt. Nam in Numeris idem eſt vocabulum Hebræum מַטֶּה pro Virgis, quod in Vate noſtro pro Sceptris. Et illud, quod prædicta ſubſequitur, idipſum cõfirmare videtur: Protulit ergò Moyſes omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael: videruntq́; , & receperunt ſinguli
Num.18.2 virgas ſuas. Legimus in eodem Numerorum libro, dixiſſe Domi-
1.Re.14.27 num ad Aaron: Sed & fratres tuos de tribu Leui, & ſceptrum patris tui ſume tecum. Ionathas (vt refertur in Regum hiſtoria) cum ignoraret, patrem ſuum adiuraſſe populum, extendit ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & in fauum mellis intixit. Vbi ſimiliter in Hebræo eſt pro Virga nomen מַטֶּה. Sceptrum porrò virgã illam fuiſſe, Septuaginta interpres atteſtantur, verterunt enim: καὶ ἐξέτεινεν τὸ ἄκρον τοῦ σκήπτρου αὐτοῦ. Id eſt, Et extendit ſummitatem ſceptri ſui. Sed & Banaiam filium Ioiadæ, ſceptrum geſtaſſe legimus, libro primo Paralipomenon, vbi dicitur: Ipſe percuſſit
1.Par.11.23 virum Ægyptium, cuius ſtatura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium. Deſcendit igitur ad eum Banaias cum virga, & rapuit haſtam quam tenebat manu, & interfecit eum haſta ſua. Eſt autem in Hebræo שֵׁבֶט, quod nomen apud Iſaiam, pro Virga ponitur dominantium, id eſt, ſceptro, vbi ait:
Iſa.14.5 Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium.
Gen.49.10 Vertit autem Sceptrum Vulgatus, vbi legimus: Non auferetur ſceptrum de Iuda.* Quod etiam vaticinium nonnulli, ex hac ipſa ſce- 195
ptrum geſtandi conſuetudine completum volunt: ob id, quod vſque ad Herodem nunquam in tribu Iuda ſceptriger princeps defuerit. Namq́; in Ægypto, ſub Pharaone, in deſerto, ſub Moyſe, in Palæſtina, ſub aliarum tribuum iudicibus ac regibus, Babylone, ſub Chaldæorum monarchis, poſt reditum autem in patriam, ſub aliis ducibus ac ſacerdotibus, ſuos ſemper tribus Iuda principes habuiſſe putatur: quotum catalogum Matthæus capite primo, & Lucas tertio, texuerit. Neque enim totius Iſraelitici populi regimen ſemper fuit penes tribum Iuda: Sed ſolùm ſub Dauide & Salomone. Quippè horum ſucceſſores & poſteri, ſolis tribubus Iuda & Beniamin, vſq; ad Babylonicam captiuitatem imperitarunt. Poſt hanc autem ne hi quidem regnarunt, ſed verò ad Leuiticam tribũ, ſcilicet ad Aſſamonæos, ſumma poteſtas deuoluta eſt. Ante reges

verò

verò perſæpè aliarum ducibus tribuum Iudaicam paruiſſe comperimus: vtpotè Moyſi Leuitico, Gedeoni Manaſſeo, Tholæ Iſacharæo, Ahialoni Zabulonitæ, Samſoni Danæo, Samueli Ephraitæ, & regno iam inchoante, Sauli Beniaminitæ. Supereſt ergò, vt Iacob non de totius populi ſceptro, ſed de tribus tantum Iuda, locutus fuiſſe videatur: quod quidem vſq; ad Herodem perſeueraſſe cenſetur. At vbi primus Herodes, cognomento Aſcalonita, alienigena omninò, patre nempè Antipatro Aſcalonita, matre verò Cipride Arabica, rex Iudęorum creatus eſt, mox ſeptuaginta iudicū ſenatum ſubmouit, neque vllum de tribu Iuda amplius ſceptrum geſtare permiſit. Vnde, id temporis Chriſto nato, Iob vaticinium
196 impletum eſt. * Ergò, omnes olim communiter principes cunctarum tribuum Iſrael, ſceptra gerere conſueuerunt: at decem aliæ, multo ante Chriſtum tempore, in captiuitatem abductæ, duces ac principes habere deſierāt: Beniamina porrò tribus, permiſta tribui Iuda, illi quoque ſubdita fuit. Et quoniam ſingulis tribubus Iſrael, ſinguli præerant ſceptrigeri principes, ſiue duces, ideo vtrumque vocabulum שֵׁבֶט & מַטֶּה, id eſt, ſceptrum, ſeu virga, vel baculus, ſæpenumerò in diuina Scriptura figuratè ponitur pro familia vel tribu. Vbi enim legimus in Deuteronomio: Ne fortè ſit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus. Et capite quarto Ioſue: Filii quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manaſſe. Et capite ſeptimo: Quamcunq; tribum ſors inuenerit. Et in aliis Scripturæ locis: pro dictione Latina Tribus, in Hebræo eſt dictio שֵׁבֶט. Vbi verò dicitur in Numeris: De tribu Ruben Eliſur. Ac rurſus: Ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael de tribu in tribum. Pro Tribus habetur מַטֶּה. Sed & capite decimo octauo, ſuperius à nobis citato, vbi Latina vulgata editio habet: Fratres tuos de tribu Leui, & ſceptrum patris tui ſume tecum. Sceptrum pro familia vſurpari, Septuaginta intellexerunt interpretes, vertunt enim: Fratres tuos tribum Leui, populum patris tui adduc ad teipſum. Chaldæus tantum pro his omnibus: Fratres quoq; tuos de tribu Leui patris tui applica ad te. Pagninus deniq;, Fratres tuos tribum Leui, tribum patris tui, appropinquare fac tecum. Sumitur ergò ab Hebræis Sceptrum pro familia ſeu tribu, vt pro militum centuria communiter Vexilli vocabulum vſurpatur, cum dicimus:

Deu. 29. 18
Ioſ. 4. 12.
Num. 1. 5.
Num. 18. 2.

Fueron tantas vanderas, id eſt, *tantas compannias de ſoldados*. Nimirum quia ſingulis olim centuriis ſingula vexilla conſtituta ſint.

* Neque ſoli principes Hebræorum, ſceptra antiquitus geſtare ſunt ſoliti: geſtarunt & aliæ natiores. Chryſes ſacerdos Apollinis, apud Homerum, cum ſceptro & corona accedit ad nauale Græcorum, vt Chryſeidam filiam redimeret. Annotauitque Sophoclis Scholiaſta, præfectos olim certaminum, vt pridem in duellis fiebat, virgam ſiue ſceptrum geſtaſſe, noſtrates Baſton appellarunt. Deſcribit autem Sophocles in Trachiniis, Herculis & Acheloi ſingulare certamen, atque addit: 197

Sola hic coniugii præſes Venus
Dira gubernat leui
Prælia virga.

Xenophon in Cyro ſeniore, tres eunuchos Pantheæ Suſianorum reginæ, ſceptra geſtaſſe, manifeſtè demonſtrat. Et iuxta Cyrum ipſum in ſolenni illa pompa, in qua, poſt Babylonem ſubactam, primum publicè egreſſus eſt domum, circiter tercentos miniſtros narrat aſtitiſſe ſceptrigeros. Neque ſoli Agamemnoni, ſummo Græcorum exercitus apud Troiam imperatori, ſceptrum attribuit Homerus:

Prodiit hic adſtans Danaum moderator Atrides,
Sceptra tenens manibus, Vulcani opus ignipotentis.

Sed Vlyſſes quoque ſceptrum Therſitæ incutit.

Talia commemorans ſceptro ſic perculit aureo
Terga humeroſq́ viri, liuoris vt inde coacti
Pallor, & extarent vibices ſanguine nigræ.

Et in alio loco.

Aſt vbi ſolerti fandi ius ceſſit Vlyſſi,
Intentus tellure oculos atq; ora tenebat
Obtutu tacito, ſceptrum immobile dextra.

Datur denique concionanti Telemacho: datur etiam Achilli. Qui iniuria affectus, per ſceptrum iurat, alloquiturque Agamemnonem in hunc modum, ad verbum:

Sed tibi edico, & ſuper magnum iuramentum iuro,
Certè per hoc ſceptrum, quod quidem nunquam folia & ramos
Producet, poſtquam primum inciſionem in montibus reliquit,

Neq;

Neque pullulabit: circum enim gladius decorticauit
Foliaq́, & corticem: nunc iterum ipſum filii Achiuorum
In manibus portant, indices, quiq́ leges
A Ioue hauſerunt, hoc autem tibi erit iuramentum.
Sic dixit Pelides, ſceptrum autem proiecit in terram
Aureis clauis transfixum: conſedit autem ipſe.

Conuertit hos verſus Vergilius, dum regem Latinum cum Ænea paciſcentem inducit, ſic inquiens:

Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta, nec vmbras,
Cùm ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitq́ comas, & brachia ferro,
Olim arbos, nunc artificis manus are decoro
Incluſit, patribusq́ dedit geſtare Latinis.
Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis.

198 * Iurat autem Achilles per ſceptrum, quoniam ſymbolum eſſet iuſtitiæ. Vnde illi ciconiam ſupernè, infernè hippopotamum affingebant: ſignificantes, munus eſſe iuſtitiæ, pietatem ac probitatem extollere, impietatem verò deprimere. Aut certè iurabant per ſceptrum, quia ſceptris diuinitatem ineſſe, veteres exiſtimauerunt. Scribunt quippè interpretes Apollonii, Cœneum ſe adeuntes, per ſceptrum iurare coëgiſſe, cui ipſo deorum cultu neglecto, preces fundebat, remq; diuinam faciebat. Pauſanias retulit in Bœoticis, Cheroneos ex omnibus diis, præcipuè ſceptrum Agamemnonis coluiſſe, quod:

Vulcanus dedit ipſe Ioui Saturnigenai,
Iupiter alato bonus obtulit Argicidæ,
Mercurius Pelopi per equeſtria frena potenti,
Tantalides quæ deinde Pelops tibi contulit Atreu,
Liquerat hæc Atreus opulento dona Thyeſtæ,
Ferret vt, à magno capit hæc Agamemno Thyeſte.

Hoc præcipuè ſceptrum Chreonei venerantur (inquit Pauſanias) Haſtam nominantes. Diuinitatis ei neſcio quid ineſſe, declarat id, quod ex ipſo ab hominibus cernitur. In Panopenſium finibus, qui ſunt in Phocide, illud repertum Cheronenſes dicunt, aurum etiam cum eo; ſed facilè à Phocenſibus aurum retineri paſ-

ſos, modò vt ipſi ſceptrum haberent. Ab Electra Agamemnonis filia in Phocidem exportatum putarim. Templum ei nullum eſt publicè dedicatum: ſed quotannis ſacri eius curator in ſuis ædibus ſceptrum ſtatuit. Ei res diuina quotidiè fit, menſa appoſita cuiuſuis generis carnibus, & bellariis referta. Omnium verò Vulcani operum, quæ & poëtarum carmina, & aſſentiens hominum fama celebrauit, aliud ſanè nullum quàm ſceptrum hoc magna dignandum æſtimatione, eſt fide hominum receptum. Pauſanias hucuſque.*Iurabant igitur olim priſci per ſceptrum, aut illud faciendis 199
fœderibus adhibebant: quando veteres ſimulachrum Iouis cum ſceptro in hunc vſum ſiſtere conſueuerunt. Sed cum hoc ipſum difficile eſſet aliquando, præſertim quando cum remotiſſimis fœdera ferirentur: inuentum eſt, vt ſceptrum, quaſi imaginem Iouis, tenentes, percuterent fœdus. Demittebant autem ſceptrum iurãtes, & aduerſus eum, cui iurabant, illud protendere conſueuerunt: Is ſceptri ſummitatem tangebat, aut, ſi inferior eſſet iurante, pronus ſuppliciter oſculabatur. Agamemnon apud Homerum, iurans ſceptrum porrigit deis. Quippe Iliadis libro ſeptimo, Idæo Troianorum legato, inducias ad occiſos ſepeliendos poſcenti, in hunc modum Agamemnon reſpondet.

Idæe certè verbum Achiuorum ipſe audis
Quomodo tibi reſpondeant, mihi autem placet ſic
Circa autem mortuos, comburere non inuideo,
Neque aliquod odium cadauerum mortuorum
Eſt: poſtquàm mortui ſunt, igne mitigemus citò.
Iuramenta autem Iupiter ſciat, valde ſonans coniunx Iunonis.
Sic dicens ſceptrum porrexit omnibus deis.

Iurauit & ipſe Agamemnon per ſceptrum, vt Ouidius teſtatur, in Remedio amoris ſic inquiens:

Nam, ſibi quod nunquam tactam Bryſeida iurat
Per ſceptrum: ſceptrum non putat eſſe deos.

Dolon apud eundem Homerum, cum ab Hectore in Græcorum caſtra nocturnus explorator mitteretur, ſic inquit:

Sed tu nunc omnia ſceptro
Protenſo firmare velis, mihi te eſſe daturum

Frena

Frena & equos, curruſq; inuicti nuper Achillis.
Sic ait: ille manu vibrabat nobile ſceptrum.

Vel, vt verbum verbo reddam:

Sic Dixit. Hic autem manibus ſceptrum iecit, & ei iurauit. Ie-
200 cit autem, dixit Homerus, pro, verſus Dolonem deiecit.* Huius
moris in libro Eſther apertiſſima inueniuntur veſtigia: priſco nãq; Eſth.5.2.
iurandi ritu rex Aſſuerus extendit contra eam ſceptrum aureum,
quod tenebat manu. Accedens autem Eſther, vt quæ iuramentum
acciperet, regemq; pariter veneraretur, oſculata eſt ſummitatem
virgæ eius: vel, tetigit caput virgæ eius. Vt habent Hebræa. Quod
autem capite octauo eiuſdem voluminis legitur: At ille ex more Eſth.8.4.
ſceptrum aureum prætendit manu, quo ſignum clementiæ mon-
ſtrabatur. Additium & aduentitium ex parte eſt, addit enim Inter-
pres de ſuo verba illa: Ex more. Et illa quoque: Quo ſignum cle-
mentiæ monſtrabatur. Neque enim in Hebræis exemplaribus,
neque in Græcis codicibus inueniuntur. Hebræa tantum habent:
Et extendit rex ad Eſther virgam auream: & ſurrexit Eſther. His Eſth. 4.11.
ad verbum conſonant Græca. Similiter etiam capite quarto eiuſ-
dem libri, vbi dicitur: Niſi fortè rex auream virgam ad eum te-
tenderit, pro ſigno clementiæ: tres poſtremæ dictiones addititiæ
ſunt, paraphraſticè ab interprete Latino interiectæ, neque enim
Hebraica aut Græca volumina, eas vt natiuas ac germanas agnoſ-
cunt. Sed reuera, in ſignum clementiæ, cum quadam iuriſiu-
randi figura, ſceptrum protendebat Aſſuerus verſus illum, quem
201 capitis reum, pœna iniuſſi ingreſſus eximeret. * Ioſeph porrò, to-
tius Ægypti præſidem, & ſceptrum geſtaſſe, & illo verſus patrem
protenſo iuraſſe, huncq; filii accipientem iurandum, ad ſceptri il-
lius adoraſſe faſtigium, diuinæ litteræ prodiderunt. Fide (inquit
Paulus) Iacob, moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & a- Heb.11.21.
dorauit faſtigium virgæ eius. Vel, Adorauit ad ſummitatem, aut,
ſuper ſummitatem virgæ eius, ſeu illius. Vt habent Græca: ἐπὶ τὸ ἄ-
κρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Virgæ quippe nomine Sceptrum intelligit, quod
Sapientia manifeſtè declarat, vbi ait: Hæc venditum iuſtum non
dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum: deſcenditq; cum illo Sap.10.13.
in foueam, & in vinculis non dereliquit illũ: donec afferret illi ſce-
ptrum regni. Fide autẽ dicitur adoraſſe Iacob, quoniã in ſceptro &

poteſtate Ioſeph, Chriſti venturi crucem, & regiam poteſtatem prænouit. Alioquin, niſi illum Chriſti figuram ac typum gerere cognouiſſet, in eoque Meſſiam adoraſſet, indecens vtique, & Naturæ contrarium fuiſſet, vt grandæuus ac moribundus pater, filiū
Gen. 46. 29. adoraret procumbens. Cum ingrediens Iacob in Ægyptum, occurrentem Ioſeph in Geſſen, non adoraſſe (quod dedecebat) ſed oſculis & amplexibus (vt patrem decebat) plorans præ gaudio, excepiſſe dicatur. Aliquid igitur Iacob moriēs in filio, natura & magiſtratu maius, agnouit, cui naturam pronus proſtrauit. 202

Mat.22.41 Mar.12.35. Luc.20.41 Gen.47.31 * Nam & hoc ipſo argumento Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum Phariſæis diſputans, Meſſiæ diuinitatem Dauidi cognitā atq; perſpectam fuiſſe, demonſtrat, quod eum tam honorifico nomine, Dominum ſuum appellauerit, qui, iuxta carnalem generationem, eius filius futurus eſſet. Citat autem (vt ante iam diximus) teſtimonium hoc Paulus ex Geneſi, capite quadrageſimo ſeptimo, vbi Vulgata lectio habet: Quo iurante, adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad caput lectuli. Legit quippè Vulgata מִטָּה, id eſt, lectuli: quod nunc circumferunt Hebraica exemplaria. Huic accedit Chaldaica paraphraſis, vertit enim: Et iurauit ei. Et adorauit Iſrael ſuper caput lectuli. Accedit & Pagninus, conuertens: Et iurauit ei: & incuruauit ſe Iſrael ad caput lecti. Huic deniq; verſioni Leo Iudæ, & neoterici omnes aſtipulantur. At verò Vulgatus interpres, vt aptius concinaret ſententiam, paraphraſticè duas dictiones adiecit, Dominum, ſcilicet atq;, Conuerſus, dicens: Adorauit Iſrael Dominum, conuerſus ad lectuli caput. Hebræi autem tantummodò legunt: וַיִּשְׁתַּחוּ יִשְׂרָאֵל עַל רֹאשׁ הַמִּטָּה. Quæ ſunt ad verbum: Et adorauit Iſrael ſuper caput lectuli. Septuaginta tamē interpretes aliis punctis legerunt מַטֶּה, ſceptrum, nimirum, ſeu virgam: hiſq; Paulus diuinus aſſentit. Verterunt enim: Et adorauit Iſrael ſuper ſummitatem virgæ eius. Certè ſi nomen מטה, abſque punctis legatur (vt Septuaginta proculdubiò legerunt, & Hieronymus exiſtimatur) & lectum & ſceptrum ſignificat: & vtrunque Moyſen dixiſſe, in ſuperioribus annotatum eſt. Illud porrò veriſimile mihi admodum fit, huius adorationis Iacob Moyſen intuliſ-
Gen.37.5. ſe mentionem, vt oſtenderet, impletum tunc temporis fuiſſe ſomnium, quo vidit Ioſeph patrem ſuum, adorantem ſe ſuper terram.

Ergò

203 * Ergò ex his, quæ diximus, compertum & manifeſtum iam eſt cur Sceptra, pro Principibus ipſis ſceptrigeris, Habacuc vſurpauerit. Quod autem ſequitur: *Capiti bellatorum eius*: ſuperioris ſententiæ repetitio & expolitio eſt, poniturq́; numerus ſingularis pro plurali, *Capiti*, ſcilicet, pro capitibus, id eſt, omnibus ducibus bellatorum eius. *Eius*, videlicet, domus impiiſſimi Cham, de qua verſu præcedenti præmiſerat: Percuſſiſti caput de domo impii. Et quoniam vocabulum רֹאשׁ, nonnunquam ſignificat ſummam alicuius numeri, vt in Exodo, vbi dicitur: Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael. Et in Numeris: Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſrael, poteſt etiam eſſe ſententia: Maledixiſti, & extremam perniciem intuliſti Principibus ſceptrigeris Ægypti, vniuerſæque etiam ſummæ militum gregariorum eius: perdidiſtiq́ue ex eis caput & caudam. Vt dixit Iſaias. Neque enim vnus ſuperfuit ex eis. Vt habet Exodus. Exo,30.12 Num.1.2. Iſa.9.14. Exo.14.28

204 * Quod ſi in hocloco פְרָזָי. Paganos interpretari velimus, ideò dictum fuiſſe videtur, vt Vates oſtenderet, Pharaonem promiſcuè paganos & milites, id eſt, ruſticos & bellatores, aduerſus Iſrael impuliſſe. Quod Exodus non obſcurè ſignificat, vbi (vt iam prædictum eſt) inquit: Omnem populum aſſumſit ſecum. Hucuſque prouexit orationẽ ſuam Habacuc, Deiq́; antiquis recenſitis muneribus eadem nunc, quaſi per vim rurſus extorquere conatur. Veriſſimum quippè eſt illud Publianum in Mimis:

Cui ſæpè dederis, vbi neges, rapere imperas.

Succedit autem Vati pro voto: dum enim firmus perſtat in ſpecula, Deumq́; exemplis & ſupplicatione ſolicitat, audit tamdem quę concupiuerat, accipitq́; lętiſſimum nuncium, quo reſpondeat ad arguentem ſe. Addit enim:

16. Audiui, & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.

205 EXTORQVET Habacuc demum, vel importunitate, reſponſum: quippè plurimùm erga Deum iuſti aſſidua pollet oratio. Dum igitur, multis propoſitis priſcorum beneficiornm Iaco.5.16.

 exemplis,

Digitized by Google

exemplis, Deum precatur, ne populum ſibi peculiarem, calamitatibus & ruinæ Chaldæos oppreſſuris inuoluat: audit ſubitò, non ſolùm inuoluendum non fore, ſed in id Babylonios excindi, vt Iudæi captiuitate, ſoluantur, per eamq; expiati ſceleribus, oppreſſorumq; honorati vindicta, læti ac liberi patrias ſedes reuiſant, & ad patres illos antiquos, ibidem conditos, reuertantur.

* Hi verò, qui Vatis huius ſenſum literalem exponunt (Sunt 206
autem admodum pauci, præcipuè hoc capite tertio: Confugientibus vniuerſis ad latiſſimos campos allegoriarum) Prophetam præ horrore malorum, quę euentura Babyloniis audierat, adeò grauiter commotum volunt, vt venter eius conturbatus fuerit, & labia à percepta voce tremuerint. Triſtes enim & atroces, etiam hoſtium, caſus, naturaliter horrorē incutiunt. Vnde Iſaiam quo-
Iſa. 21. 3. que Babylonis præuidentem ruinam, gemebundum dixiſſe decernunt: Propter ea impleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis: corrui cum audirem, conturbatus ſum cum viderem. Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me. Quibus Iſaiæ verbis tantam venturorum malorum diritatem deſignari arbitrantur, vt ipſe qui narrat, ſuperatus horrore, etiam inimici populi damna queſtubus proſequi compellatur. Similiter & Habacuc Chaldæorum incōmodis condolere, affectuq; humano cōmoueri, decernunt, eiuſq; verborum ſententiam ſic componunt atq; coaptant. Hæc quidem mirabilia opera, quæ ſuperius hucuſq; recenſui, te feciſſe frequenter pro ſalute populi tui contra illius hoſtes audiui, atq; ad eundem modū, te reuelante, etiam rurſum te facturum intellexi: futuramq; tam dirā calamitatem hoſtium noſtrorum, vt ob eam à me pręuiſam, præ horrore conturbata ſint in me omnia interiora mea, & propter vocem tuam, q̄ auribus mentis percepi, etiam labia mea contremuerunt, vt ad loquendum inepta ſint facta. At parum eſt, vt nunc ad tēpus horrore venturorū malorū grauiter cōmouear, ita vt veluti putredo ingrediatr in oſſa mea, & ebulliat atq; erūpat ſub me: hoc eſt, vt horror omnia mea interiora depaſcatur, & erūpat in exteriora: modò id mihi aliquando detur, vt quieſcam in tempore venturæ ſuper impios, qui nos opprimunt, tribulationis. Et tunc aſcendere poſſim è Babylone ad populum noſtrū fortem & belli-

Digitized by Google

& bellicoſum,& cum eo rurſum obtinere terram promiſſionis. Futura eſt enim tanta terrę hoſtium noſtrorum deſolatio, vt ficus non floreat,& non ſit germen in vineis. Fructus oliuæ fruſtrabit expectationem,quæ eſt de illo, & agri non producent cibum. Auferentur de ouili greges ouium,& non erit armentū in p̄ſepibus. Hactenus Cornelius Ianſenius, eruditiſſimus ſanè vir,& diuinis exponendis oraculis, nulli quidē mea ſententia, noſtra tempeſta-
207 te ſecundus. *Verumtamen, vt fatear verum, hæc mihi expoſitio non placet: neq; induci poſſum, vt credam,ex hoſtium audita ruina,quemquam tanta perturbatione & dolore, tantis cruciatibus agitari. Etenim, vt docet Plutarchus in libello de Differentia inter odium & inuidiam: quamquam infelicitas compeſcit inuidos, at inimicitias non tollit. Tametſi enim nemo eſt, qui miſeris inuideat(quocirca à quodam Sophiſta dictum eſt non ſine ratione, Libenter inuidos cōmiſereri) oderunt tamen etiam hoſtes ad extremam redactos calamitatem. Sed dices, Sancti non oderant. Sanè quidem, verùm Dei inimicos, oppreſſoresq; populi Dei, opprimi ac peſundari gaudebant. Certè Moyſes, mitiſſimus hominum, Ægyptiorum contuitus ſtragem, quos omnes Mare ſubmerſos ad Arabiæ littus expulerat, non ſolum dolore non tangitur, ſed læ- Nu. 12. 3. Exod. 15. 1
tiſſimis etiam cantionibus hoſtium euerſionem concinuit. Et tamen, vt inquit poëta:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator.

Illud autem ex Iſaia, quo hanc ipſam expoſitionem ſuffulciunt, Iſa. 21. 3.
non Vatem in propria perſona, ſed verò in Balſaſar regis Babylonii, protuliſſe putamus, vt multi Catholicorum interpretum cum
Rabinis Iudęorum intelligunt. Cum enim Balſaſar in conuiuio, Dan. 5. 6.
manum in pariete ſcribentem contra candelabrum vidiſſet, facies eius commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur, vt Daniel teſtatur. Conuenit plurimum huic interpretationi, quod Iſaias è veſtigio ſubiungit: Babylon dilecta Iſa. 21. 4.
mea poſita eſt mihi in miraculum.

208 *Ego igitur hæc verba Habacuc (*Audiui, & conturbatus eſt venter*

venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat) & quæ in finem vſq; vaticinii ſequuntur: idipſum ſignificare coniicio, quod legimus apud Baruch, vbi ciuitatem Ieruſalem ſic ſuos filios alloquentem inducit:
Bar. 4. 21. Animæquiores eſtote filii, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim ſperaui in æternum ſalutem veſtram, & venit mihi gaudium à Sancto ſuper miſericordia, quæ veniet vobis ab Æterno ſalutari veſtro. Emiſi enim vos cum luctu & ploratu, reducet autem vos mihi Dominus cũ gaudio & iucunditate in ſempiternum. Sicut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatẽ veſtram à Deo, ſic videbunt & in celeritate ſalutem veſtram à Deo, quæ ſuperueniet vobis cum honore magno, & ſplendore æterno. Nocentes peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati ſunt in tua ruina, punient. Ciuitates, quibus ſeruierunt filii tui, punientur, & quæ accepit filios tuos. Ignis enim ſuperueniet ei ab Æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine tẽporis. Hucuſq; verba Baruch. Quæ quidem (vt mea fert ſententia) qui conſideratè penſauerit, verbiſque Habacuci cõtulerit, idipſum vtrumq; proferre, huncq; ab illo declarari comperiet. Ego ſanè præ me duco, illud idem Baruch gaudium, poſt longas precationes & ſpes, in præſens aduenisse Habacuc à Sancto, ſuper miſericordia, quam venturam præuidet ab Æterno ſalutari ſuo. Arbitror deniq;, totã hanc Prophetæ periodum, lætantis atq; geſtientis vocibus & affectibus eſſe plenam.

* Porrò autem, cùm lætitiæ motus, ſicut & triſtitiæ, aliorumq; 209
cunctorum ſenſuum, ex corde oriatur, eodemq; deſinat, vt Ariſtoteli placuit, ſi cor nimia lætitia opprimatur, non ſolùm conturbari neceſſe eſt, ſed etiam nonnunquam interimi. Titus ille vrbis atq; adeò terrarum orbis deliciæ, vt primùm genitorem ad Romani vſq; principatus reſciuit proſiliiſſe faſtigium, eouſq; memoratur læticiæ proceſſiſſe, vt ea, ceu immodica, pluſquam ſatis erat fibris præcordiiſq; diſtentis, contractis verò è diuerſo neruis, quin totus planè dilanguerit, parum abfuiſſe credatur. Poſt illam verò cladem inſignem, ad Thraſymenum à Romanis acceptam, duas fœminas præ gaudio expiraſſe, omnes hiſtorici tradiderunt: ad conſpectũ nempe filiorũ, quos cum cæteris occidiſſe putauerant.

Legimus

Legimus apud Plutarchum, quod & Gellius ex Ariſtotele retulit: Cum ciues vniuerſi, Polycritæ obuiam prodeuntes gratularétur, eiuſq; virtutem atq; prudentiam admirantes ſummis laudibus efferrent: ipſam, tantæ lætitiæ magnitudinem non ſuſtinentem, in omnium eorũ conſpectu animam repentè exhalaſſe. Sed minus miremur quod fœminæ. Immodica periit lætitia Lacedæmonius Chilo, cum filium in complexu teneret, Olympiaca redimitum corona. Dionyſium Siciliæ tyrannum tragica peremit victoria. Peremit etiam & Sophoclem, vt Plinius & Valerius teſtantur: quamquam Lucianus & Sotades, vuę acino ſtrangulatũ dixerunt. Politianus gaudio enectum affirmat, cum ait:

Qemq́; ſenem meritæ rapuerunt gaudia palmæ.

210 * Niſi fortè deſignat Philippidem comœdiographum, hac eadem morte interceptum. Diagoras Rhodius, cum tres filios (vt tradidit Gellius) vel duos (vt Cicero) athletas eodem die vincere, & victores coronari, vidiſſet, populusq; gratulabundus flores vndiq; in eum iaceretur: in ſtadio, ſpectante populo, in oculis & manibus filiorum animam efflauit præ gaudio. M. Iuuentius Talua Conſul, receptis literis inter ſacrificandum, nunciantibus, ſupplicationes ei decretas à Senatu fuiſſe, intento illas animo legens, ante foculum collapſus eſt mortuus. Sunt qui dicant, Chryſippum philoſophum riſu comprehenſum obiiſſe, Nam cum aſinus manducaret ficus, ancillæ iuſſiſſe ferunt, vinum aſino propinaret ſorbendum, riſuq; exinde diſtentum, exanimem ſubitò concidiſſe. Idipſum poëtæ Philæmoni Maximus Valerius attribuit. Philiſtion comicus, ætate Socratis, riſu immoderato decubuit. Pictor Zeuſis (ſcribit Verrius) riſu mortuus, dum ridet effusè pictã à ſe anũ γραῦν. Noſtra ætate Turca Salecus, cum filium incolumẽ recepiſſet, quem Tuneti mortuum crediderat, gaudio immoderato correptus, animam protinus exhalauit. Marius denique Victorinus, matrem ſeptem Machabæorum, gaudio exanimatã fuiſſe aſſerit, canit enim in hunc modum, illorum hiſtoriam abſoluens:

Dum puer iſta gerit, ſoluerunt gaudia matrem:
Iamq́; vt erat laſſata malis, iam voce negata,
Suſpirans, interq́; manus collapſa ſuorum,
Concidit exanimis, reſolutaq́; membra quierunt.

 * Lachry-

*Lacrymari, iuxta cum triſtibus, immodica lætitia correptos, non gentis ſingularis aut temporis, ſed hominum perpetuus mos fuit, natura mortalibus ingenerauit. Cùm auditum eſſet Spartæ ab Ageſilao, neminem ex Lacedæmoniis in pugna, ex hoſtibus verò infinitum numerum cecidiſſe, ſeniores ac Ephori cuncti, præ lætitia lacrymati ſunt. Adeò lętitiæ & mœrori lacrymæ communes exiſtunt. Inquit Xenophon, ille Socraticus, libro ſeptimo Re- 211
Tob.11.11. rum Græcarum. Tobias cum vxore ſua, incolumi recepto filio, ambo flere cœpêre, prę gaudio. Ingredienti Ægyptum Iacob, ob-
Gen.46.9. uiam occurrit Ioſeph, vidensq́; eum, irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit. Idem Ioſeph, cum amplexatus recidiſſet in
Gen.45.14 collum Beniamin fratris ſui, fleuit: illo quoque ſimiliter flente. Oſculatusq́; eſt omnes fratres ſuos Ioſeph, & plorauit ſuper ſingulos. Gręci & Latini poëtæ, paſſim fortiſſimos quoſque, præ gaudio lacrymantes inducunt. Vergilius de Anchiſe, apud Inferos Æneæ congrediente, ſic inquit:

Isq́; vbi tendentem aduerſum per gramina vidit
Aeneam, alacris palmas vtraſque tetendit:
Effuſaq́; genis lacryma, & vox excidit ore.

Lacrymatur etiam Æneas, ſequitur enim:

Sic memorans, largo fletu ſimul ora rigabat.

*Stupet vtique ſenſus ad ſubita gaudia, ingensq́; & inopinata lætitia, non ſatis compotem ſui animum improuidum eſſe ſinit. Philippo Macedoniæ rege ſuperato, cum ad inſigne ſpectaculum tota Græcia conueniſſet, Quintius Flaminius, rubæ ſigno ſilentio facto, per preconem hæc verba recitari iuſſit: Senatus, populusq́; Romanus, & Quintius Flaminius Imperator, omnes Græciæ vrbes, quæ ſub ditione Philippi regis fuerunt, liberas atque immunes eſſe iubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculſi, primò veluti nõ audiſſe quæ audierunt, credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronunciatione præconis, tanta cœlum clamoris alacritate compleuerunt, vt certè conſtet, aues, quę ſuperuolabant, attonitas pauentesq́; decidiſſe. Menedemus, ille Terentianus, gaudio perinde ac mœrore, mentis aciem hebetari affirmat. Dii voſtram fidem, inquit: 212

Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium.

Aliena

Digitized by Google

Aliena melius vt videant, & iudicent,
Quam ſua? an eò ſit, quia in re noſtra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine.

Tanta lætitia auctus ſum, vt mihi non conſtē. ait quidem apud Cice-
ronē, libro ſecundo de Finibus, ex vetuſto quopiam poëta. Rho-
de in Actibus Apoſtolorum, vt cognouit vocem Petri, præ gau- Act. 12. 13.
dio non aperuit ianuam, ſed intrò currens, nunciauit ſtare Petrū
ante ianuam. Ea enim geſtientis lætitiæ natura atq; conditio eſt,
vt ſe animus, ea exundante, non capiat, rumpaturq; penè ac diſſi-
liat, ſi narrando non in alios effuderit.

213 * Sed & id lętitię geſtientis proprium etiam eſſe videtur, vt in-
genti gaudio perfuſi, contentos mortem & alacres, iam ſe oppe-
tituros affirment, ſi tam læto fœliciq; tempore, mortem aduenïſ-
ſe contigerit. Iam lętus moriar (aiebat Iacob ad Ioſeph) quia vidi Gen. 46. 30.
faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. Simeon, viſo Dei ſalu- Luc. 2. 29.
tari, in pace poſtulabat diſſolui. Suſpicionem Iulius Cæſar reli-
quit, ſe iam pridem gloriæ & potentię, plus etiam ſatis adeptum,
viuere diutius noluiſſe, ideoq; & ſalutis rationem, & quæ religio-
nes monerent, & quæ renunciarent amici, omnia pariter negle-
xiſſe. Iam ſatis ò vita duraſti (clamat quidam apud Euripidem) de-
ſine tandem, prius quam nouus aliquis caſus, aut meo corpori,
aut meis opibus accidat. Mors (inquit Cicero) tum æquiſſimo ani-
mo oppetitur, cum ſuis ſe laudibus vita occidens conſolari poteſt.
Referturq; inter Mimos Publianos:

Dum eſt vita grata, mortis conditio optima eſt.

Et illud quoque:

Nuſquam melius morimur homines, quam vbi libenter viximus.

Cui conſonat illud Medeæ, Iaſoni ſcribentis apud Naſonem:

Tunc quæ diſpenſant mortalia fata ſorores
Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos.
Tunc potui Medea mori benè, quicquid ab illo
Produxi vitæ tempore, pœna fuit.

Hos omnes affectus lætitiæ pulcerrimè quidem ac propriè, Chæ-
rea Terentianus expreſſit, dum gaudio impotenti perfuſus, ſolus
in hunc modum exclamat:

Nū quis hic eſt? nemo eſt. nū quis hic me ſequitur? nemo homo eſt.

Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Iupiter,
Nunc tempus profectò eſt, cum perpeti me poſſum interfici?
Ne vita aliqua hoc gaudium contaminet ægritudine.

*Sunt præterea effectus lætitiæ, vt cor tremefaciat, & ſudorem eliciat. Vtrumque Perſius expreſſit, auarorum vota ſugillans, his verbis: 214

Si tibi crateras argenti, incuſaq; pingui
Auro dona feram, ſudes, & pectore læuo
Excutias guttas, lætetur pertrepidum cor.

Pertrepidum quippè appellauit, id eſt, ſaltuoſum, emicans, exiliens, pertremens: deniq; , rem ludicram faciens. vt Plautius exponit. Cur autẽ exudent lętantes, Alexander Aphrodiſieus in problematis rationẽ aſſignat. Ob eam ſcilicet rem, ꝙ relaxari lætitia, reſoluiq; totum corpus, maximeq; alas neceſſe eſt. Is idem Aphrodiſieus, Problemate viceſimo libri primi, ſic inquit: Quam ob cauſam qui lætitia exultant, reſoluuntur? Quoniam vitalis vis, & inſitus calor foras ad rem lætabilem immodicè perfluens diſpalatur, ac interit. Vnde fit, vt ſudent & rubeant ſanguinis aduentu. Calorem enim natiuum, ignemq; ipſum, vt per loci ſui appetitionem ſurſum efferri, ſic per alimenti deſiderium ima petere neceſſe eſt. Igitur vtralibet mouendi ratione perempta, calor inſitus interit, & vis omnis vitalis euaneſcit.

*Ergo, mea ſententia, Habacuc, communi more agens, ab effectibus & affectibus lætitiæ geſtientis, magnitudinem gaudii, ꝙ ex audita Iudæorum liberatione perceperat, graphicè deſcribit, aut hyperbolicè forſitan exaggerat. Se enim, præ lætitia, interiùs exteriusq; cõmotum fuiſſe, quin etiam ferè enectum, affirmat: aut certè gaudium hoc ingens erumpere geſtit cum ſuis, læteq; & libenter poſthàc, tàm alacri nuncio percepto, ſe mortem oppeticurum aſſeuerat. *Audiui* (inquit Vates) audiui, ecce quod ſperaui iam teneo, quod concupiui iam video. Monſtratum & prædictum eſt mihi, Fore tandem, vt ego liberer (Induit autem Vates populi Iudaici perſonam) fore, vt ego in die malorum & tribulationis requieſcam: fore denique, vt honoratus ac lætus, ad populum accinctum noſtrum aſcendam. Monſtratum & prædictum eſt mihi, Babylonem funditùs diruendam, omniaque penitus 215

penitus eſſe vaſtanda. Ita, vt,interfectis abductisúe colonis, arua
cuncta prorſus ſqualeant,vt in poſterum neque floreat ficus, neq;
germinent vineæ,neque oliua expectatum proferat fructum, aut
agri ſolidos afferant cibos: ita, vt nullum in caulis pecus, nullum
ſit futurum armentum in præſepibus. Ego verò, tàm magnificè &
honorificè in libertatem aſſertus, & omnium calamitatum mea-
rum, & hoſtium, à Deo victor effectus, in Domino quidem gau-
debo,& exultabo in vindice ac ſaluatore meo. Deus quippè ponet
pedes meos quaſi ceruorum,& ſuper excelſa mea deducet me, Vi-
ctori in Pſalmis canentem. Hæc *Audiui*, inquit Habacuc,& dum
mentis auribus tàm iucunda atque exoptata percipio, cor meum
atque viſcera mea, paue facta & tremefacta ſunt, & ad vocem, ac
lætiſſimum nuncium,labra mea præ lætitia tremuerunt.

216 * E cunctis corporis membris, tria præcipuè concutiuntur tre-
more, labra, genua, & intrinſecus cor. Ad ſubitas quippè animi
perturbationes, ſiue doloris eæ ſint, ſiue gaudii, atque geſtientis
lætitiæ, labra contremiſcunt, cor palpitat, & genua pariter colli-
duntur. Homerus de Penelope,ad Vlyſſis agnitionem geſtiente

Sic dixit. Huius illic ſoluta ſunt genua, & dilectum cor. Hinc
aiebat Eliphaz Themanites ad Iob: Genua trementia confortaſti. Iob.4.4
Nahum autem de Niniue: Diſſipata eſt, & ſciſſa, & dilacerata: & Nah.2.10.
cor tabeſcens,& diſſolutio geniculorum. De Balſaſare porrò Da- Dan.5.6.
niel: Genua eius ad ſe inuicem collidebantur.

217 * Ventrem, Hebraica dialecto, pro Corde poſuit Habacuc, ſi- Pſal.30.10
cut & Pſalmiſta,cum ait: Conturbatus eſt in ira oculus meus, ani-
ma mea,& venter meus. Poſuit & Salomon in Prouerbiis,dicens: Prou.18.8.
Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad inte- Pro.26.22
riora ventris. Non quod homini cor ſit in ventre (hoc enim ex o-
mnibus animalibus vni piſci contigit,qui Græcis Ὄνος, id eſt Aſi-
nus dicitur: vt Clemens Alexandrinus libro ſecundo Pædagogi
teſtatur.) Sed verò quoniam quicquid à collo vſque ad inguina
corporis eſt, Venter ab Hebræis nuncupetur. Hoc apertè docet Pſal.21.15.
illud Dauidicum: Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens,
in medio ventris mei. Totam verò eam, quæ in corpore cauitas
eſt, membrorum vitalium locum eſſe conſtat, in quibus principa-

tum cor obtinet: à quo (vt ante iam dixi) ſicut & triſtitiæ ac mœroris, ſic lætitiæ motus exoritur. Corde porrò affecto tremoribus, reliqua viſcera condolere, ſimulque concuti, neceſſarium eſt. Ingens ergò animi perturbatio & affectio, doloris, ſeu geſtientis lætitiæ, interiorum partium tremore, & viſcerum concuſſione in-
Iob.30.27. dicatur. Vt Iob indicauit, cum ait: Interiora mea efferbuerunt
Thr. 2. 11. abſque vlla requie. Ieremias verò: Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in terra iecur meum, ſuper contritionem filiæ populi mei.

* Sed & illud rurſus quod dicitur: *A voce* (vel, Ad vocem) *contremuerunt labia mea:* hoc ſenſu poteſt exponi. Audiui, & tremefactum eſt cor meum: & pariter etiam cum voce labra mea palpitauerunt, & tremuerunt. Vt dixit Iuuenalis in decima: 218

Vna ſenum facies, cum voce trementia labra.

Quippè, ſecundum, & iuxta, ל, lamed litera frequenter ſignificat. Vt in Geneſi: Faciens fructum iuxta genus ſuum. Et beſtias
Gen.I.II. terræ ſecundum ſpecies ſuas. Et in aliis innumeris locis. Poteſt er-
24. gò ritè transferri: Iuxta vocem tremuerunt labra mea. Id eſt, Labra contremuerunt, vt tremuit vox. Æquè porrò ad triſtitiam & gaudium hæc accidere, iam ante monſtrauimus. Sed & ita poſſet exponi: Tanto tremore concuſſus ſum, vt cum vocem vellem emittere, labra balbutirent ac tremerent. Nam & Philo diſſertiſſimus Iudęorum, in libro, Quis rerum diuinarum ſit hæres, Moyſen præ immodico gaudio balbutiſſe, interpretatus eſt. Inquit enim: Adimit vocem vt vehemens dolor, ita nimia lætitia. Quamobrem & Moſes fatetur ſe parum vocalem, & lingua tardum, ex quo cœpit habere cum Deo colloquia. *Labia* autem, cum dixit Propheta, pluralis pro ſingulari poſitus eſt, vt nos edocet Stagirita, qui nos etiam in hos ſenſus induxit. Is enim in Problematum Sectione vigeſima ſeptima, ſic ſcribit: Cur voce, & manibus, & labro inferiori tremunt, qui metuunt? An quoniam hic affectus, caloris defectio ex locis ſuperioribus eſt, ex quo vt palleant accidit. Quod igitur calor pectus delerit, vox obtremit: Id enim refrigeratur, quod vocem mouet. Et manus quoq; pari ratione ſunt, ſed quæ optima, vtpotè quæ ex pectore pendeant. Inferius tamen, non ſuperius labrum quatitur, quia ſuperius eo pendet, quo ſuaptè natura vergit.

Infe-

Digitized by Google

Inferius ſurſum caloris beneficio ſtabilitur, atque quieſcit: quo ſublato, inalgeſcit, & tremit. Et verò in excandeſcendo, imum labrum eadem de cauſa laxatur, & pendet: quod latè in pueris patet. Calor namq; in cordis ſedem conferre ſe conſueuit.

219 * Quod ſequitur apud Habacuc: ***Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſupter me ſcateat.*** Periphraſis mortis eſſe videtur, quæ (teſte Ariſtotele) putredo quædam eſt. In Problematis enim ſic inquit: Cur diutius viuunt, qui locis calidis ſuam degunt ætatem? An quia natura ſunt ſicciores: firmius autem diuturniusq; quod ſiccius eſt: mors autem putredo quædam eſt. Hac vſus periphraſi eſt Iob, dicens: Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea. Et rurſus: Putredini dixi, Pater meus, mater mea, & ſoror mea vermibus. Et alibi: Homo putredo, & filius hominis vermis. Quem Iſaias imitari videtur, cum ait: Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Illud quoque apud Eccleſiaſticum: Qui ſe iungit fornicariis, erit nequam, putredo & vermes hæreditabunt illum, ſignificat, per ſcortationes vitam ocyſſimè finiturum, & præcoci interitu occubiturum. Inquit igitur Habacuc: Audito tàm hilari nuncio, tanta lætitia præoccupatus ſum, vt & intus totis viſceribus, ad modum expauentis, tremiſcerem, & vox balbutiret præ gaudio, labraq; pariter palpitarent: quinimò, vt parum abſfuerit, vt exanimis præ lætitia putreſcerem, & putridus vermibus ſcaterem. Vel eſt ſenſus: Poſtquam ea, quæ tantopere deſiderabam, audiui, interius & exterius, præ gaudio, pauore & tremore concuſſus ſum: poſthàc contentus occumbam, lætus poſthàc putrefiam, & in puluerem atque vermes reſoluar. Iam deinceps libenter admittam, oſſa mea putredinem ingredi, & ſubtus me vermibus ſcatere. Nunc tempus profectò eſt, cùm perpeti me poſſum interfici.

Iob.13.28. Iob.17.14. Iob.25.6. Iſa.14.11. Eccl.19.3.

220 * Quod ſi (vt quidam nobis opponit) nuſquàm alibi in diuina Scriptura, hæcce ventris ſiue cordis commotio, ad lætitiam pertinere inueniretur, quid hoc prohibet, ne apud Habacuc ad lætitiã poſſit referri? cum ex æquo, gaudio ac mœrori hæc affectio communis exiſtat, & quæ Vates è veſtigio ſubinfert, id apertè ſignificare videantur. Veruntamen nõ in vno Habacuc hanc lætitię perturbationem inuenimus: nam illud apud Iſaiam, haud eſt dubium

Iſa.60.5. ad lætitiam referri: Tunc videbis, & afflues, & mirabitur,& dilatabitur cor tuum. Etenim, quæ præcedunt & ſubſequuntur, lætitiam & exultationem proclamant: & verbum, Videre, poſitum abſolutè,hunc planè affectum Hebræis, & gaudium indicare conſueuit.Scire autem oportet,apudHabacuc in Hebræo,ad verbum in hunc modum haberi,quo Montanus & Raphelengius, in Pagnini expurgatione poſuerunt: *Audiui,& expauit venter meus, ad vocem palpitarunt labia mea,ingreſſa eſt putredo in oſſa mea, & ſubtus me expaui.* Repetitur enim idemmet verbum רָגַז,quod pauere
Deut.2.25 ſeu formidare ſignificat. Vt in Deuteronomio, Audito nomine
Deu.28.65 tuo paueant. Et in alio loco,Dabit tibi Dominus cor pauidũ. Vn-
Pſ.4.5. de,quod habetur in Pſalmis: Iraſcimini, & nolite peccare. Targhum atq; cæteri Hebræi, ad verbum in hunc modum exponunt: Pauete Deum,& non peccabitis. Significat etiam רָגַז, tremere, commoueri, inquietari: quæ cuncta ſunt timori connexa. Vt in
Deu.2.25. Deuteronomio:In morem parturientium contremiſcant.Et in li-
Iob.9.6. bro Iob:Qui commoueat terram de loco ſuo. Et in libris Regum:
1.Re.28.15. Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer? Vnde aptiſſimè poteſt transferri: Audiui, & contremuit venter meus, iuxta vocem palpitarũt labra mea, ingreſſa eſt putredo in oſſa mea, & ſubtus me contremui.Id eſt, Genua etiam mea atq; crura tremuerunt,quaſi putredine tabuiſſent.Tremor quippè (vt ſupra notatum eſt) tria præcipuè ſolet inuadere: labra nimirum cum voce,cor cunctarum affectionũ initium,& genua,quibus attremunt crura. Sciendum præ-
Iſa.60.5. terea,apud Iſaiam,pro Mirabitur cor tuum,Hebræis eſſe,Et pauebit cor tuum,quod Pagnini expurgatores verterunt.Eſt enim Hebraicè פָּחַד, quæ vox,vt verbum רגז.timere & trepidare ſignificat.
Deu.2.26. Vt in Deuteronomio,Timebis die ac nocte.Et in Pſal.13. Illic tre-
Pſal.13.5. pidauerunt timore.Habent namq; Hebraica: פָּחֲדוּ פָּחַד. Eadem
Pſal.52.6. ſunt verba in Hebræo, pro eiſdẽ Vulgatæ editionis, Pſalmo quinquageſimo ſecundo. Neq; vſquam alibi,quàm in hoc loco Iſaiæ, pro verbo Hebraico פָּחַד,Mirari tranſtulit Vulgatus interpres.Ergò ſenſus verborum Iſaiæ,is germanus eſſe videtur. * Videbis, id 221
eſt,lætiſſima aſpicies: ita vt diffluas, & præ gaudio liqueſcas: &, vt dici ſolet Hiſpanè.Te deshagas,o derritas de plazer.Timebitque, ac dilatabitur cor tuum:id eſt,lætitia inopinata paueſcet. Eſt enim lætitia,

Digitized by Google

lætitia, animi affectus cum exultatione, dilatatione, iactationeque membrorum & cordis. Septuaginta ſeniores verterunt: Videbis, & timebis, & ſtupebis corde. Quid etiam ſi & illud Maronis hunc eundem affectum expreſſit, vbi de Ænea, ad ſubitum ſociorum conſpectum obſtupeſcentem, ſic ait:

Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates:
Lætitiaq́, metuſq́, auidi coniungere dextras
Ardebant: ſed res animos incognita turbat.

222 * Solent enim magna & inopinata lætitia correpti, præ rei admiratione ſtupeſcere, vereriq́; , ne vera non ſit, & ne ſomno vel imaginatione fallantur. Deniq́;, vt eſt apud Senecam in Thieſte:

Proprium hoc miſeros ſequitur vitium,
Nunquam rebus credere lætis.

Et Alcmena apud eundem, in Hercule Oetæo, ſic ait, cum ex eius conſpectu euanuiſſet Hercules:

In aſtra fertur: fallor, an vultus putat
Vidiſſe gnatum? miſera mens incredula eſt.

Terentius (vt Nannius in Miſcellaneis notauit) hunc affectum dubitandi de maximis gaudiis, quaſi quæ fidem exuperent, luculenter expreſſit in Heautontimorumeno, actus tertii ſcena prima: vbi Chremetem ac Menedemum, in hunc modum colloquentes inducit:

M. Numquidnam de gnato meo audiſti Chreme?
C. Valet, atq́, viuit. M. Quæſo, vbi nam? C. apud me domi.
M. Meus gnatus? C. ſic eſt. M. venit? C. certè. M. Clinia.
Meus venit? C. dixi. M. eamus, duc me ad eum obſecro.

Vides quanta inculcatione opus eſt, vt tantum ſuum gaudium ſenex credat? vt per partes fidem concipiat? vt ſingulis inſiſtat? quaſi qui totum ſimul in aures, nec in animum admittere queat. Sed & Apoſtoli, Chriſtum poſt reſurrectionem conſpicati, non crediLuc.24.41
223 diſſe præ gaudio, dicuntur. * Et Iacob, cum audiſſet à filiis, ſuperſtitem eſſe Ioſeph: veluti ſomniaſſet quæ audierat, ita non credeGen.45.26
bat præ gaudio. Hùc enim retuliſſe videtur, quod vertit Vulgatus interpres: Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis. Aut eſt ſenſus: His auditis Iacob, quaſi qui è profundo ſopore expergiſcitur, factus eſt ſtupidus & attonitus,

Iii ineptus

ineptus ad intelligendum, tardus ad credendum quæ audiebat, obtuſus ad reſpondendum & hebes. Cùm enim de ſomno grauiore repentè quis excitatur, nondum ſpiſſis illis vaporibus omninò excuſſis, qui interiora ſentiendi organa oppilauerant & oppleuerant: ſenſus ſuo munere fungi celeriter & expeditè non valent. His non commodè rationi ſeruientibus, nequit mens plenè audita percipere, rectamq; de ipſis ſententiam proferre. Talis euaſit Iacob, nuncio inopinabili audito, ſui impos, & ſtupefactus eſt mẽte. Vt verterunt Septuaginta ſeniores: καὶ ἐξέστη τῇ διανοίᾳ. Cæterùm, pro his omnibus, quæ Vulgatus conuertit: Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis: Hebræa habent, וַיָּפָג לִבּוֹ כִּי לֹא הֶאֱמִין לָהֶם. Verbum autem פוג, debilem eſſe ſignificat, diſſolui, relaxari, & quieſcere. Hocque eſt pro
Hab. 1. 4. quo, capite primo Habacuc, Vulgatus reddidit, Lacerata eſt lex: alii, Debilitata: alii, relaxata: alii denique, Quieuit ablata. Pro hoc eodem Septuaginta & Vulgatus, verterunt in Pſalmis, Afflictus
Pſal. 37. 9. Thr. 3. 49. ſum. Vbi legimus: Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis. In Threnis autem pro הפגות, Requiem is & illi verterunt, vbi dicitur: Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit: eò quod non eſſet requies. Id eſt, quoniam luctus & lachrymæ nunquàm ceſſarent, aut laxarentur. Habent igitur ad verbum Hebraica: Et debilitatum eſt cor eius: quia non credebat eis. Quod Pagninus atque alii poſuerunt. Et eſt ſenſus: Obſtupefactus & diſſolutus eſt corde Iacob: quod vel inde manifeſtè fuit cognitum, quia non credebat eis, vndecim videlicet filiis, id ſeriò pariter affirmantibus. Sunt Hebræi, & noſtratium nonnulli, qui velint, Iacob præ lætitia deliquium animi fuiſſe perpeſſum: quod ex eo confirmari arbitrantur: Reuixit
Gen. 45. 27 ſpiritus Iacob. Paſſus eſt (inquit Honcala) grauem ſtuporem, & quandam præſentaneam virium ſenſitiuarum syncopen, qua pauliſper corde quieuit, & mente exceſſit. Neque id mirum aut incredibile alicui videri debet. * Nam homine nimio gaudio perfuſo, fit ex præcordiis nimia tam vitalium, quàm animalium ſpirituum 224
effuſio: quibus exhauſtis, vires interiores debilitantur, & continuò cor linquitur. Hæc ille. Rabi Abraham (teſte Pagnino in Theſauro) hunc locum citans, ſic inquit: Omni tempore, quo homo viuit, pulſat cor eius in medio eius: ſed quando dixerunt ei, Ioſeph

Ioſeph viuit,tacuit cor eius,& non pulſabat:quia territus,conturbatusq; erat.Sicut Threnorum ſecundo:Ne des פּוּגַת id eſt,requiẽ tibi.Et teſtis,quod ibi dicitur:Et reuixit ſpiritus Iacob. Caietanus etiam hoc teſte,non ſolum vacillaſſe Iacob,ſed etiam debilitatum fuiſſe cor eius,ſua ſententia atq; iudicio decernit. Ait enim: Ex hoc vltimo apparet,quod dictio ab aliquibus interpretata, Vacillauit: interpretanda potius eſt, Debilitatum eſt. Nam è regione illius ſcribitur: Et reuixit ſpiritus eius. Hæc ille. Non ſolus igitur Habacuc,hunc affectum geſtientis lætitiæ,hunc tremorem ac ſtuporem expreſſit, ſed expreſſit quoq; Iſaias, & Iacob revera perpeſſus eſt. Cum forſitan Habacuc per hyperbolem hæc ipſa protulerit,& prę gaudio lætiſſimi nuncii,viſcerum & labrorum ac oſſium, crurum deniq; tremore & putredine, ſe concuſſum & tabefactum exaggeret. Audiui (inquit) quæ optaueram, & à capite ad imos vſque pedes, interius & exterius contremui, & quaſi putredine tabuiſſent, oſſa conſiſtere nequiuerunt. Quæ porrò tam iucunda perceperit,in ſequentibus confeſtim declarat addit enim. Thr. 2.18

16 *Vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum:*

17 *Ficus enim non florebit,& non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abſcindetur de ouili pecus,& non erit armentum in præſepibus.*

225 PRo particula, *Enim*, Hebræi codices habent כִּי. Præmonuimus autem,in diuina Scriptura magnas hanc dictiunculam tenebras orationi frequenter offundere, ſi ignoremus,autores diuinos,non ſolum ad expoſitionem cauſarum,ſed etiam ad orationis ornatum, aut rem aſſeueranter firmandam, hanc voculam vſurpare conſueuiſſe: cuius notæ ſunt apud Latinos aduerbia, Quidẽ, Profectò,Certè, Sanè, Medius fidius Mehercule. Et ipſe Vulgatus interpres,Quidem reddidit nonnunquam pro כִּי. vt in libris Regum: Et quidem ſi de mulieribus agitur. Et in libro Iob: Tu quidem greſſus meos denumeraſti. Ego igitur & in hoc loco, aduerbium affirmandi eſſe reor, vt ſit ſenſus: Quò ego (id eſt, populus meus)in die tribulationis requieſcã,vt à ſeruitute & captiui- 1.Reg. 21.5 Iob.14.16.

tate miſerrima, honorificè vindicer in libertatem, vt ad populum accinctum noſtrum aſcendam (id eſt, malorum noſtrorum ſepulchra veneranda reuiſam) ficus quidem non florebit, neque germen erit in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum, abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus. Quin & ipſam particulam Enim, in hanc Plautus ſignificationem apertè poſuiſſe videtur, nimirum pro Certè, in Trinummo, Actus quinti ſcena ſecunda, vbi à Charmide nominatus Lyſiteles, ſecum ipſe ſecretò ſic ait: Enim me nominat. Id eſt, Certè de me ii colloquuntur.

* Quod ſi voluerimus, cauſalem eſſe coniunctionem, *Enim*, in 226
hoc loco, rationemque aſſignare, cur tanto tremore Propheta, exaudito diuino reſponſo, præ gaudio fuerit concuſſus: per anaſtrophen aut hyſterologiam, poſtpoſitam eſſe, intelligendum eſt, ſeriemque totius orationis ab eadem exordiri oportebit, in hunc modum: Audiui reſponſum diuinum, tantaque lætitia perfuſus ſum, vt cor meum atque venter tremuerint, palpitauerint labra, balbutierit vox, oſſa penè putrefacta tabuerint, ita genua, tibiæ, ſuræ tremuerunt. Quia vt ego requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum, ficus non florebit, & non erit germen in vineis: omnia penitus vaſtanda ſunt, & Babylon funditus diruenda.

* *Vt requieſcam in die tribulationis.* In Hebræo pro, *In die*, eſt 227
ליום: quod verti etiam poteſt, De die. Litera enim, ל, aliquando ſignificat De. Vt apud Vulgatam editionem in libris Regum: Et e-
2.Re.15.19. greſſus es de loco tuo. Et apud Iſaiam: Quis poterit habitare de
Iſa.33.14. vobis cum igne deuorante? Eſt ergò verborum ſententia: Vt requieſcam de die tribulationis & captiuitatis. Idem eſt autem, De die tribulationis, ac ſi dicas, De tribulatione. Quinimò, vt requie-
Pſal.36.19. ſcam in die tribulationis, idem eſt, quod, In tribulatione, vel, à tri-
Pſal. 25. 5. bulatione. Vt eſt idem: In diebus famis ſaturabuntur, quod, In fame ſaturabuntur, vel, A fame ſaturabuntur. Et, In die malorũ protexit me. Septuaginta ſeniores de tribulatione captiuitatis Iudaicę id apertè intellexiſſe videntur, vertunt enim Requieſcam in die tribulationis meæ. Quam autem Vates requiem ſignificet, confeſtim de more declarat.

*Vt

Digitized by Google

228. * *Vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum.* Habens enim ad verbum Hebræa: Aſcendendo ad Populum accinget eum, vel, Aſcendendo ad Populum colliget eum. Id eſt, vt requieſcam à tribulatione captiuitatis, aſcendendo ad populum accinctum, vel congregatum, ſiue collectum. Hebraiſmo videlicet, diuinis Scriptoribus vſitato, quo frequenter vſurpant tertiam perſonam futuri temporis, pro nomine verbali, cùm actiuè, tùm etiam paſſiuè. Oſeæ quidem capite quinto, vbi nos legimus: Et miſit ad regem Oſe. 5. 13.
vltorem: Hebręis eſt, Ad regem vlciſcetur. Et eiuſdem capite decimo, pro, Munus regi vltori, eſt Hebræis, vt ſuperius, Regi vlciſcetur. Oſe. 10. 6.
Dicendo igitur Habacuc: Vt requieſcam in die anguſtiæ aſcendendo ad populum accinctũ: manifeſtè facit intelligi, otium atq; requiem vocare, non ſolùm ꝙ captiuitatem enadat, ſed etiam ꝙ in Palæſtinam aſcendat, dulciſſimã videlicet patriam: ob id tamen expetitam præcipuè, ꝙ in illa ſui maiores requieſcant: nam *Populum accinctum* hos vocat. Verbum quippè יְגוּדֶנּוּ, pro quo *Accinctum* vertit Vulgatus, Vnitum, colligatũ, collectũ, coniunctum, & congregatum ſignificat. Eſt enim radix גָּדַד, Coniungere, copulare, colligere vel còlligare: reſte Vulgata editione, quæ Ieremiæ capite quadrageſimo octauo, pro nomine גְּדֻדֹת, conuertit Ier. 48. 37.
Colligationem, vbi legimus: In cunctis manibus colligatio. Vnde Pſa. 93. 21.
Hieronymus pro eo, quod Vulgata editio habet: Captabunt in animam iuſti: ad Hebraicam proprietatẽ conuertit: Copulabunt aduerſus animam iuſti. Pagninus, Congregabunt exercitum. Vatablus, Turmatim conueniunt. Leo Iudæ, & Campenſis in textu, Concurſant aduerſus animam iuſti. In paraphraſi verò Campenſis: Ipſi congregabunt ſatellites in perniciem iuſti. Eſt enim Hebræis יָגוֹדּוּ pro Captabunt ſiue copulabuntur.

229. * Porro, olim ſancti ac pii viri, cum obita morte decederent, congregari & colligi ad populum ſuum, apponiq; patribus ſuis, & coniungi maioribus, dicebantur. Vlciſcere prius filios Iſrael de Nu. 31. 2.
Madianitis (dixit Dominus ad Moyſen) & ſic colligêris ad populũ tuum. Et in alio loco: Aſcende in montem iſtum Abarim, in montem Nebo: quem conſcendens iungêris populis tuis. Ad Ioſiam Deut. 32. 49.
verò: Iam colligam te ad patres tuos, & infereris ſepulcrum tuum 2. Par. 34. 28.
in pace. Dicebantur autem pii viri, colligi vel colligari in faſciculo

Digitized by Google

viuentium: vt, inſtar fragrantium florum olfactorioli, æternùm
1. Reg. 25. iam eſſent in manu Domini. Hinc eſt enim quod ad Dauidem di-
29. cebat Abigail: Si ſurrexerit aliquando homo perſequens te, &
quærens animam tuam: erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi
Sap. 3. 1. in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Iuſtorum
quippè animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum
mortis. Vocanturq; homines pii, roſæ & flores, in diuina Scriptu-
Eccl. 39. 17. ra. Sic namque legimus in Sapientia Sirach: Obaudite me diuini
fructus (vel, vt habent Græca, filii ſancti) & quaſi roſa plantata ſu-
per riuos aquarum, fructificate. Quaſi Libanus odorem ſuauitatis
habete. Florete flores quaſi lilium, & date odorem, & frondete
in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in
operibus ſuis.

* Significat etiam גזר Incidere, amputare, ſecare. Vt in Deu- 23
Deu. 14. 1. teronomio, Non vos incidetis. Et in libris Regum, Incidebant ſe
3. Reg. 18. cultris & lanceolis. Vnde Pagnini expurgatores verterunt: Aſcen-
28. Iſa. 53. 8. dendo ad populum excìdet eum. Eſt tamen nihilominus ſenſus:
Vt aſcendam ad populum meum, abſciſſum de terra viuentium:
ad patres noſtros nimirum, & maiores iam de medio ſublatos: ve-
rumtamen apud Dominum Deum in faſciculo viuentium colle-
ctos, atq; connexos. Ad hos vtiq; in Palęſtina ſepultos, ſe aſcenſu-
rum lætatur Habacuc, populi Iudæorum repreſentans perſonam.
Quippe credibile eſt, horum ſummum deſiderium Iſraelitas in
captiuitate tenuiſſe. Tenebatur Iacob in Ægypto, ingenti deſide-
rio ſuorum, vehementerq; illum angebat, ſi vel mortuus in terra
aliena relicta, longè à parentibus piis, mortuis etiam, ſeparatus
abeſſet. Cumq; appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, voca-
Gen. 47. uit filium ſuum Ioſeph, & dixit ei: Si inueni gratiam in conſpectu
29. tuo, ſi me amas, pone manum tuam ſub femore meo, & facies mi-
hi miſericordiam, promittendo, & veritatem. promiſſa præſtan-
do, vt non ſepelias me in Ægypto: ſed dormiam cum patribus
meis, & auferas me de terra hac, condasq; in ſepulcro maiorum
meorum. Ipſe quoq; Ioſeph locutus eſt fratibus ſuis: Poſt mortẽ
Gen. 50. 23 meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta, ad
terram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob. Cumq; adiuraſſet
eos, atq; dixiſſet: Deus viſitabit vos, aſportare oſſa mea vobiſcum
de loco

Digitized by Google

de loco iſto, mortuus eſt. Rex in æternum viue (aiebat Nehemias) 2. Eſd. 2. 3.
quare non mœreat vultus meus: quia ciuitas domus ſepulcrorum patris mei, deſerta eſt, & portæ eius combuſtę igni? Et ait illi rex Artaxerxes: Pro qua re poſtulas? Et reſpondit Nehemias: Si videtur regi bonum, & ſi placet ſeruus tuus ante faciem tuam: vt mittas me in Iudæam, ad ciuitatem ſepulcri patris mei, & ædificabo eam. Vrbes (inquit Iſocrates in Plataico) inſtaurandæ ſunt ꝓpter egregia facinora ibi facta, propter loci genios, propter virtutes maiorum, & propter conſeruandas honores defunctorum.

231 * Humanũ veteribus viſum eſt, ſuorum cineribus ſociari. Vnde filio dicebat Tobias: Cum mater tua cõpleuerit tempus vitæ ſuæ Tob. 4. 5.
ſepelias eam circa me. Abraham vxori ſuæ Saræ conſepultus eſt. Gedeon, & omnes ferè reges Iſrael, non abſq; emphaſi, ſepulti dicuntur in ſepulcris maiorum ſuorũ. Scipio, ille maior, ingratum Romanæ vrbis animũ hac vna vindicta ſatis vlciſci iudicauit, ſi tam benemeriti de republica ciuis oſſibus priuaret. Frequentior namque fama eſt, Linterni mortuũ ibiq; ex ſua inſtitutione fuiſſe ſepultum: ne patria beneficiis ingrata, eius cineribus potiretur. Sepulcroq́; iuſſit inſcribi: Ingrata patria non habebis oſſa mea. Celſus iureconſultus, carere laribus & ſepulcris auitis, dolorem intolerandum, & ingens incõmodum eſſe, duxit. Is enim libro Pandectarum ſexto, titulo, De rei vendicatione, lege trigeſima nona, ſic inquit: Finge pauperẽ, qui, ſi reddere id cogatur, laribus ſepulcriſq́; auitis carendum habeat: ſufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ poſſis, dum ita ne deterior ſit fundus, quam ſi in initio non foret ædificatum. Neoptolemus apud Sophoclem in Philoctete, Ob id libenter in Troiam, hoſtium terram, ſe profectũ affirmat: quod ibi condita eſſent patris ſui Achillis oſſa. Et Cornelia apud Lucanum in nono, ab Ægypto ſic auelli conqueritur:

Non mihi nunc tellus Pompeio ſi qua triumphos
Victa dedit, non alta terens Capitolia currus,
Gratior. elapſus felix de pectore Magnus:
Hunc volumus quem Nilus habet, terraq́, nocenti
Non herere queror: crimen commendat arenas.
Linquere (ſi qua fides) Peluſia littora nolo.

232 * Feſtinabant ergo Iſraelitæ captiui ad illos ſuos diuos (vt So-

 crates

crates aiebat) ad illos optimos viros, ad beatiſſimum illum populum ſuum, ſanctum nempe ac Deo dilectum Patriarcharum ac Prophetarum cœtum, aliorumq; iuſtorum complurium, qui in Palęſtina conſidebant ſepulti, quaſi ſtationarii quidam ac præſidiarii terræ illius milites: quorum ſubſidio Iudæi, tot ac tantis beneficiis affecti, tot ac tantis periculis & calamitatibus liberati ſemper extiterant. Ad hunc feliciſſimum populum noſtrum vt aſcendam, ad hoc arcis ac terræ noſtræ ſtatiuum præſidium vt redeam (inquit Habacuc) Babylon antea par pari recipiet. A Medis enim atque Perſis ſubacta, non ſolum ampliſſimi & vetuſtiſſimi imperii iacturam faciet, ſed & opes cum libertate vniuerſas, oliueta, vineas, & arua, greges, & armenta etiam amittet. Quinimò ad extremũ vaſtata, his omnibus emolumentis carebit. Hoſtili quippè incurſione ſubuerſa, partimq; ciuium & incolarum nece, partim captiuitate & abductione agricolarum, habitatoribus vacua, ac peinde cultura omni deſtituta, nullos deinceps proferet fructus, nulla emolumenta præſtabit.

* *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abſcindetur de onili pecus, & non erit armentum in præſepibus.* Tota hæc oratio atque minæ, plenæ ſunt emphaſi & litote figuris: plus enim ſignificatur, quam dicitur. Imò verò, ex his paucis, quæ dixit, alia compluria & grauiſſima, quæ non dixit, Vates voluit intelligi. Quippè, à rerum cunctarum defectu, ad victum & ſuſtentationem humanæ vitæ pertinentium, deſcribit atque deſignat Habacuc, omnimodam Babylonis deſolationem. Neque enim ad pręſens tantum, hoſtili depopulatione vaſtatam, à fructificatione tellurem ceſſaturam eſſe prædicit, ſed interfectis etiam, abductiſq; colonis, ſqualentem ſitu perpetuo, & vepribus atque ſpinis horrentem, feris atq; beſtiis immitibus exinde habitationi futuram. Cauſam Babylo-
Ier. 50. 16. nicæ ſterilitatis, apertiſſimè tradidit Ieremias, dicens: Diſperdite ſatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſſis. Et
Ier. 51. 20. in alio loco: Collidis tu mihi vaſa belli, & ego collidam in te gentes, & diſperdam in te regna. Et collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, & aſcenſorem eius. Et collidam in te virum & mulierem, & collidam in te ſenem & puerum, &

collidam

collidam in te iuuenem & virginem. Et collidam in te paſtorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius. Ieremias ex colliſione & perditione paſtorum & agricolarum, futuram ſterilitatem telluris, & pecorum ac iumentorum de-
234 fectum, omnigenamque penuriam inſinuat. * Etenim, vt Cyrus dicebat apud Xenophontem, libro quarto Cyripædiæ: Terra ab hominibus habitata & exculta, ipſa eſt vtilis & pretioſa poſſeſſio. At verò, habitatoribus vacua, atque deſerta, omnibus confeſtim deſeritur bonis, cunctiſque mox caret vitæ commodis & emolumentis. Econtrariò verò Habacuc, ex terræ ſterilitate, & ex ipſo rerum defectu, colonum & habitatorum viduitatem & abductionem ſubindicat. Vtrumque pariter Iſaias Babyloni comminatur, ſic inquiens: Venient tibi duo Iſa. 47. 9.
hæc ſubitò in die vna, ſterilitas & viduitas. Ieremias quoque: Con- Ier. 50. 12.
fuſa eſt mater veſtra nimis, & adæquata pulueri quæ genuit vos: ecce nouiſſima erit in gentibus, deſerta, inuia, & arens. Hæc enim duo, viduitas hominum, & ſterilitas agrorum, natura connexa ſunt, ſeque inuicem conſequuntur. Nam terra ſteriliſcente, ciboſque neceſſarios negante, aliò habitatores migrare, ſolumque vetere conſueuerunt. Exemplo ſunt Patriarchæ, & alii, in diuina ſcriptura. Abſente porrò cultura, abductiſque aut ſublatis colonis, tellurem ſterileſcere, quin & ſilueſcere, atque feris repleri, conſequens ac neceſſarium eſt. Agricolatione ceſſante:

Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ,
Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

235 *Hæc igitur omnia (quę diximus) eſſe Babyloni ventura, ſolius ſterilitatis mentione, & penuriæ rerum cunctarum, per conſequentiam ſubindicat Habacuc, & per hæç leuiora quæ intentat, regionis ipſius vaſtitatem, & hominum ipſorum defectum, per exilium atque necem, ſignificat. Hęc porrò clarè & apertè
vaticinatus eſt Ieremias, dicens: Gladius ad Chaldæos, ait Do- Ier. 50. 35.
minus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad ſapientes eius. Gladius ad diuinos eius, qui ſtulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt: Gladius ad equos eius, & ad cur-

Digitized by Google

rus eius, & ad omne vulgus, quod eſt in medio eius: & erunt quaſi mulieres: gladius ad theſauros eius, qui diripientur. Siccitas ſuper aquas erit, & areſcent: quia terra ſculptilium eſt, & in portentis gloriantur. Propterea habitabunt dracones cum fatuis ſiccariis: & habitabunt in ea ſtruthiones: & non habitabitur vltra vſque in ſempiternum, nec extruetur vſque ad generationem & generationem. Sicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham, & vicinas eius, ait Dominus, non habitabit vir ibi, & non incolet eam filius hominis. Hactenus Ieremias.

* Hæc autem omnia Babyloni imminere, in vltionem op- 236
preſſionis Iudæorum, & Iſraeliticæ captiuitatis, ante prædixerat
Hab. 2. 17. Habacuc, dicens: Iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos, de ſanguinibus hominis, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Prædixerat etiam non ſemel Ieremias, vt ibidem notauimus. Addit verò nunc Habacuc, Babylonem fore vaſtandam, vt Iudæi, captiuitate ſoluta, gaudentes & honorati, lætiſſima ſua montana reuiſant, vbi patrũ ac maiorum ſuorum cœtus ſanctiſſimus conquieſceret. Hæc di-
Ier. 50. 33. cit Dominus (inquit Ieremias) Calumniam ſuſtinent filii Iſrael, & filii Iuda ſimul: omnes qui cœperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet cauſam eorum: vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. Iſaias demoliendam prædixerat Babylonem: vt reædificaretur Ieruſalem. Ait enim: Qui
Iſa. 44. 26. dico Ieruſalem, Habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, Ædificabimini & deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico profundo, Deſolare, & flumina tua areſaciam. Qui dico Cyro, Paſtor meus es: & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ieruſalem, Ædificaberis: & templo, Fundaberis. Præmonuimus autem ſuperius, Babylonis deſolationem ſub Cyro fuiſſe inchoatam, & poſt illum multis ętatibus, ab aliis regibus abſolutam.

* *Ficus enim non florebit.* Plinius, Naturalis hiſtoriæ libro ſexto 237
decimo, ſic ſcribit: Arborum flos eſt pleni veris indicium, & anni renaſcentis, flos gaudium arborum. Tunc ſe nouas, aliaſque quam ſunt, oſtendunt: tunc variis colorum picturis in certamen vſque luxuriant. Sed hoc negatum pleriſque, non enim omnes

florent,

florent, & ſunt triſtes quædam, quæque non ſentiant gaudia annorum. Nam neque ilex, picea, larix, pinus, vllo flore exhilarantur, natalesúe pomorum recurſus annos verſicolori nuncio promittunt: nec fici atque caprifici; protinus enim fructū flores gignunt. Hæc Plinius. At Macrobius, libro tertio Saturnaliorum, capite viceſimo, vnam omnium arborum ficum non florere, teſtatus eſt. Nec hoc ignorandum eſt (inquit) ficum ſolam ex omnibus arboribus non florere. Quod de frugiferis dici, Cœlius Rhodiginus intelligit, quippe libro decimo octauo Lectionum antiquarum, ſic inquit: Accedit admirationi, quod inter frugiferas arbores, ficus modo eſt *ἀνάνθεος*, id eſt; citra flores. Sed vt reliquas miſſas faciamus, Ficus citra dubium non floret. Ergo, *Ficus non florebit*, dixit Habacuc, pro Non fructum faciet, quoniam fructum florum vice præmittat, vt Plinius dixit. Animaduerterunt hoc Septuaginta ſeniores, vertentes: *Συκῆ οὐ μὴ παρεξδῷ τὸν καρπὸν.* Ficus non afferet fructum.

238 * *Mentietur opus oliuæ*: pro Fallet, dixit Propheta, & ſpem atque expectationem, quæ de illa habebatur, eludet. Similiter & Oſeas: Area & torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis. Oſe.9. b
Et Horatius: Spem mentita ſeges. Et libro carminum tertio, Fundum mendacem vocauit, dicens:

Deſiderantem quod ſatis eſt, neque
Tumultuoſum ſollicitat mare,
Nec ſæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi:
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusq́ mendax.

Opus oliuæ, fructum ipſum Vates appellat, nam arbores in diuina Scriptura, fructum facere perhibentur. Vt Pſalmo centeſimo ſexto: Seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis. Id eſt, germinis atque prouentus. Et apud Iſaiam: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Pſa. 106. 37. Iſa.5. 4.

239 * Pro *Armentum*, Hebræa habent בָּקָר, id eſt Bos, quod etiam Septuaginta verterunt: Et non ſunt boues in præſepibus. Pagninus ſimiliter: Et non erit bos in ſtabulis. Videt porrò mihi Ha-

Ier.51.23. bacuc, Ieremiæ conſonare, cum dixit: Et collidam in te paſtorem & gregem eius, & agricolam & iugales eius. Vulgatus per ſynecdochen, ſpeciem poni pro genere, intellexiſſe videtur, pro Boue ſubſtituens Armentum. Ea quippè Prophetæ mens eſt: Omnes arborum ac ſegetum fructus, poma omnia, vinum & oleum, genera frumenti vniuerſa: denique cuncta animalia eſui apta, pecora, ſcilicet, & armenta, ab hoſtibus eſſe vaſtāda, abductiſq; aut cæſis agricolis, numquam in poſterum reſtituenda. Hæc mala cuncta Chaldæos oppreſſura, Vates affirmat: vt gens Iudæorum in libertatem aſſerta, cum exultatione & honore, ad amœna Palæſtinæ montana, & ad populum maiorum ſuorum, iam collectum & colligatum, aſcendat. Addit enim Vates:

18. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.

19. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum: & ſuper excelſa mea deducet me victor in Pſalmis canentem.

GAVDERE *in Domino*, apud Scriptores diuinos, eſt, de illius in nobis imperio, protectione, & gubernatione, lætari: quicquid boni lętiq; interius, aut exterius nobis contingit, illi ante alios acceptum referre, & pro acceptis ab eo beneficiis, gratias illi cum iucunditate rependere. Notius & vulgatius hoc eſt, quam vt teſtimoniis indigeat. 240

* *Ieſus* autem in hoc loco, non proprium Saluatoris eſt nomen, ſed appellatiuum, Salutem ſignificans: habent enim Hebraica יִשְׁעִי. Hinc eſt quod vertit Pagninus: In Deo ſalute mea. Id eſt, in Deo ſalutis meæ authore. Septuaginta quoque & Vulgatus, & Hieronymus ad proprietatem Hebraicam (qui Vulgatus creditur in Prophetis) in Pſalmo decimo ſeptimo, pro hac ipſa voce יִשְׁעִי, Salutis meæ, reddiderunt. Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ. At quoniam apud Habacuc, Septuaginta verterunt, Σωτῆρί μου: Id eſt. Salutari meo, vel, Saluatore meo: Hieronymus eos æmulatus, proque ſuo erga Christum amore, & vt vel vnico 241

Pſa.17.47.

verbo

verbo totam huius Vatis patefaceret allegoriam: nomen poſuit Saluatoris IESV. Quod Saluatorem ſignificare, Angeli teſtimonio tenemus. Is enim, cùm puero diuino nomen imponendum, Ioſepho ederet, rationem è veſtigio ſubiungit, dicens: Ipſe Mat. 1. 21.
enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Idipſum Iud. 1. 5.
fecit Vulgatus in Epiſtola catholica Iudæ. Pro eo enim quod vertit: Scientes ſemel omnia, quoniam Ieſus, populum de terra Ægypti ſaluans: Græci legunt, Εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ κύριος λαὸν ἐκ γῆς αἰγύπτου σώσας. Quæ ſunt ad verbum: Scientes vos ſemel hoc, quod Dominus populum ex terra Ægypti ſaluans. Vertit ergò pro Κύριος, Ieſus: cùm illo, nec multo poſt, tempore, nondum Ieſus Chriſtus aduenerit. Et verè nihilominus dicitur, ab eo populum fuiſſe ſaluatum: quia ipſe eſt agnus occiſus ab origine mundi, ex cuius paſſionis præuiſo merito, ab origine quoque tollit totius mundi peccata, & largitur hominibus beneficia: peculiariter autem Iudæis, quoniam eſſet ex eis naſciturus. Hoc eodem Auguſtinus affectu, libro decimo octauo de ciuitate Dei, capite trigeſimo ſecundo, illud pronunciaſſe videtur: Melius (inquit) mihi videntur quidam codices habere: Gaudebo in Deo Ieſu meo: quàm hi qui volentes id Latinè ponere, nomen ipſum non poſuerunt, quod eſt nobis amicius & dulcius nominare.

242 * Fuit autem ſeruatori noſtro nomen proprium Hebraicè ישוע. Vt conſtat ex Hebraico Euangelio, quod Matthæi nomine circumfertur. Dicitur etiam conſtitiſſe ex titulo Dominicæ crucis, qui Romæ in hunc diem aſſeruatur. Attamen, vt extat in præſens, vera illius figura, ab eo abſolutiſſimè omnibus ſuis numeris & menſuris tranſumpta, penes me eſt: neque ex eo (vtpotè lacero, & vndequaque diſtracto) vllo iam pacto percipi valet, quibus literis Hebraica conſtiterint. Fertur porrò, hunc titulum inueniri in ſententia Pilati, contra ſeruatorem noſtrum prolata: quæ nuper in Italia Amiterni, inter veteris ædificii ruinas fuerit reperta. Cuius fecit omnibus copiam frater Rodericus de Yepes Hieronymianus, in ſua Palæſtinæ chorographia. Habet autem titulus in hunc modum.

ישוע הנוצרי מלך היהודים

144 facilius ſentiat. * Adde, quod ferarum quadrupedum (eodem Ariſtotele autore) cerua maximè prudentia excellere videtur: tum quia circa ſemitas pariat, quò beluæ propter homines minus accedunt: tùm etiam, quia cum peperit, inuolucrum primum exedit, mox ſeſelim herbam petit, quam cum ederit, redit ad prolem. Præterea, hinnulum ducens in ſtabula, aſſuefacit, quò refugere debeat. Saxum hoc eſt abruptum, vno aditu, quo loco eam ſi quis inuadit, expectare, repugnareque, etiam ſi ſit excornis, affirmant. At contra maribus

Degener eſt animus, pectuſq; ignobile, ceruis:
Ingens ad faſtum cornu, ſed inutile pondus
Eminet, vt nunquam confligere cornibus auſint,
Atroces ve feras, catulos ve laceſſere pugna:
Non etiam lepores imbelli corde pauentes.

Non igitur vacat myſterio, quod ceruarum, non ceruorum, pedes populo ſuo Dominum præbiturum, vaticinatur Habacuc: neque enim fortaſſis expeditam tantùm ac celerem reuerſionem in patriam, antiquaque ſtabula, & excelſa abruptaque ſaxa Palæſtinæ, ſed etiam acrem illam & virilem fortitudinem, qua finitimis nationibus, vrbis Ieruſalem reædificationem interpellantibus, obſtiterunt, præuidit & prænunciat Vates.

145 * Neque abſque emphaſi dictum exiſtimo: *Super excelſa mea deducet me:* vel, quod alii transferunt, Calcare faciet me. Pronomen enim *Mea*, affectum ergà patriam deſignat: quæ qualiſqualis contigerit, vnicuique ſolet eſſe gratiſſima.

Vt nihil è patria propriis ve parentibus vlli
Dulcius.

Vt canit Homerus. Apud quem Vlyſſes inducitur,

Exoptans oculis ſurgentem cernere fumum
Natalis terræ.

Quippè, vt Lucianus teſtatur, patriæ fumus luculentior homini videtur, quàm ignis alibi. Ouidius de Ponto ſic ait:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui

 Ergò

Digitized by Google

Ergò per, *Excelſa*, Habacuc regionem Palæſtinæ ſignificat, Iudæorum ſcilicet patriam, quam Excelſam vocat, non ſolum quòd montium iugis emineat, ſed quod cæli bonitate & clementia, affluentia rerum cunctarum, vberrate bonorum omnium, cæteris regionibus antecellat. Vtrumque multis in locis, nec vulgaribus quidem encomiis, diuinæ literæ prodiderunt. Con-
Deu.32.13. ſtituit eum (inquit Moyſes, loquens de Iſraelitarum populo) ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agrorum, & ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo, butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan, & hircos cum medulla tritici, & ſanguinem vuę biberet meraciſſimum. Et alibi: Terra ad quam ingredieris poſſidendam non eſt
Deu.11.10. ſicut terra Ægypti de qua exiuſti, vbi iacto ſemine in hortorum morem, aquæ ducuntur irriguæ: ſed montuoſa eſt & campeſtris, de cœlo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi illius in ea ſunt à principio anni vsque ad finem eius.
Deut. 8.7. Et in alio loco: Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquarumque, & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi: terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus & malogranata & olíueta naſcuntur: terram olei ac mellis. Vbi abſque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfruêris: cuius lapides ferrum ſunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur. Talia ſunt montana & excelſa, in quæ Vates ſe aſcenſurum lætatur, quoniam (vt ſuperius prædixit) populus maiorum ſuorum inibi iam collectus conſiſteret.

*Poſtremo prætereundum non eſt, pro, *Victor*, haberi in 246
Gen.1.5. Hebræo hanc vocem לַמְנַצֵּחַ. Et quoniam litera ל, lamed nonnunquam accuſatiuo deſeruit, vt in Geneſi, vbi dicitur: Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: præponitur enim no-
2.Re.3.30. minibus Diem & tenebras. Et in libris Regum, vbi dicitur: Ioab & Abiſai frater eius, interfecerunt Abner. Eſt namq; Hebraicè לְאַבְנֵר. ideo nonnulli verterunt: Super excelſa mea calcare faciet me, victorem in modulationibus meis. Et poteſt eſſe ſententia: Reducet me in Palæſtinam, lætum ac pœanas canentem: vtpotè votorum compotem, & cũctis hoſtibus meis, atq; aduerſitatibus,

ſupe-

ſuperiorem. Præponitur litera, ל, interdum & nominatiuo. Vbi enim legimus in libro Ioſuæ: Nullus contra filios Iſraël mutire auſus eſt: Hebræa habent ad verbum: Non mutiuit contra filios Iſraël vir lingua ſua. Et tamen vocabulo, Vir, præponitur litera lamed, לאיש. Et in libris Paralipomenon, quæ apud Vulgatum interpretem efferuntur per accuſatiuum, in hæc verba: Dauid vero hos habuit filios, qui nati ſunt ei in Hebron: primogenitum Amnon, ſecundum Daniel, tertium Abſalom, apud Hebræos leguntur in nominatiuo, ad hunc modum: Et ij fuerunt filii Dauid, qui nati ſunt ei in Hebron, primogenitus Amnon; ſecundus Daniel, tertius Abſalom. Et tamen litera ל, præponitur dictioni Abſalom, לאבשלום. Apud Iſaiam quoque, vbi dicitur: Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum: Hebraice legitur, ללבושך. Nihil ergo impedit, quominus & apud Habacuc, dictio Hebraica למנצח, Victor in nominatiuo reddatur. Quomodo etiam Chaldæus paraphraſtes legiſſe, haud obſcure videtur, vertit enim: Super domum potentiæ meæ conſtituet me, cuius ſunt victoriæ & virtutes.

Ioſ. 10. 21.

1. Par. 3. 1.

Iſa. 63. 2.

248 *At vero litera, ל, nomini præfixa, aut pronomini, datiuum caſum frequentius, quam cæteros, ſolet indicare. Vnde Pagninus & alii, Victori, in hoc loco verterunt. Sicque etiam habet Hieronymi textus: ſatisque ex eius commentariis apparet, Victori eum vertiſſe, non Victor. Inquit enim: Canam autem victoriam eius, & triumphum, & trophæum crucis. Et rurſus: Omnem mundanam ſolennitatem contemplatione cœleſtium tranſcendere me facit, victoriam eius & triumphum atque trophæum canentem. Sed & in Pſalmorum titulis, vbicunque cum Septuaginta ſenioribus, pro hac voce למנצח, vulgatus vertit, In finem: Hieronymus, Victori, conſtanter in datiuo interpretatus eſt. Et Aquila (eodem teſte Hieronymo, in prologo Commentariorum in Danielem) τῷ νικοποιῷ traduxit, hoc eſt, ei qui præbet victoriam. Remigius Altiſiodorenſis epiſcopus, Victori legit euidenter: inquit enim: Deducet me ſuper excelſa mea. Ipſe autem deducet me, quia hæc non mea virtus efficiet, ſed eius gratia. Deducet autem me canentem Victori, id eſt, Chriſto triumphatori mortis & diaboli. Deducet ergo me ſuper excelſa, hoc eſt, ad beatam ſupernæ ciuitatis frequentiã, quæ

ex Angelis & ſanctis hominibus conſtat, vt illis admixtus atque coniunctus, canam victori cum Angelis, Gloria in Excelſis Deo. Hæc Remigius.* Porro autem quomodocumq; legas, Victori nimirum, ſeu Victor: vtriuſq; lectionis idem eſt ſenſus: vtraq; victoriam Deo aſcribit, vtraque pro parta ſalute, laudes & gratiarū actiones, in pſalmis & canticis pollicetur. Solet vtique diuina ſcriptura victorias atque triumphos, vt par eſt, Deo ſemper aſcribere: nō, vt Iſocrates in Panegyrico, Fortunæ temeritati. Locutus eſt Iephte ad regem filiorum Ammon: Nonne ea quę poſſedit Chamos deus tuus, tibi iure debent? Quę autē Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtrā cedent poſſeſſionem. Dauid quoque benedixit Domino, & ait: Tua eſt Domine magnificētia, & potentia, & gloria, atq; victoria. Hoc vel impii Saraceni nouerunt, & ex ritu quotidie proclamant. Narrat enim Gloſſa in clemētina de Iudęis: Pręconem apud Saracenos quinquies per ſingulos dies, in meſchitæ turrim conſcendere, & digitis immiſſis in aures, vt vocē ſonabiliorem emitat, prædicare Arabica lingua: non eſt alius victor, niſi ſolus Deus. Narrat quoque, Hæc eademmet verba, clypeis & ſcutis inſcripta, ab omnib⁹ Saracenis geſtari. Hieronymus in loco citato, dictionem לַמְנַצֵּחַ, Pro victoria, ſignificare decreuit. Et Symmachus ἐπινίκιον conuertit. 149

Iudic. 11. 24.

1. Par. 29. 11.

* Poteſt Etiam לַמְנַצֵּחַ, verti In finem: id eſt, in perpetuum, vel In æternum: vt Septuaginta, & vulgatus, in titulis Pſalmorū verterunt. Et Pſalmo quadrageſimo octauo, vbi illi & iſte legūt: Vincet in finē: Hieronymus autē, Viuet vltra in ſempiternū: Hebraica legūt, לָנֶצַח. Eadē eſt dictio apud Iſaiā, vbi nos legimus: Nō habitabitur vſq; in finē. Pro quo Septuaginta verterūt, εἰς τὸν αἰῶνα. id eſt, in æternū. Eadē eſt deniq; & apud Habacuc, vbi legitur capite primo: Et nōpuenit vſq; ad finem iudiciū. Quod ſi hoc præcedentibus copuletur, ſenſus erit: Dominus, ſoluta Babylonica captiuitate, faciet me ꝑpetuo calcare (Hæc eſt nāq; germana ſignificatio verbi דָּרַךְ) id eſt, incolere & poſſidere, excelſa illa mea amœniſſima, lætū hymnos illi canentē. Vt ſit, ſcilicet, ꝙ Dominus dixit ad Abraham: Dabo tibi & ſemini tuo terrā peregrationis tuæ, omnē terram Chanaan in poſſeſſionem æternā. Neq; enim populus Iudæorū poſt Babylonicā captiuitatē, vllam aliam perpeſſus eſt, quovſque 150

Pſa. 48. 10.

Iſa. 13. 20.

Gen. 17. 8.

vſque pro Domini nece, à Romanis eſt omnino deletus. Si id vero connectatur ſequẽtibus, ſenſus erit: Dominus calcare faciet me ſuper excelſa mea, vt æternas illi laudes occanã. Neq; enim poſt reditũ è Babylone, Iudæorũ populus coluit idola. Probabile autẽ mihi admodũ fit, & iã ante ꝓlixe docuimus: diuinũ Prophetarũ ſpiritum, quidquid elici ex vnaquaq; dictione, & inſenſum accõmodari cõcinnè queat, id omne intellexiſſe & dixiſſe: hacq; vna voce Habacuc, Victor, & Victori, & Victorẽ, & Æternũ, ſignificaſſe. Eſt itaq; Prophetæ ſententia: Deus Dominus meus & fortitudo mea, Victor ipſe, me victorẽ hoſtium meorũ, & cunctarum ærumnarũ, Pſal. 103. 18 efficiet: ponenſq; pedes meos quaſi ceruarũ (quibus mõtes excelſi deſtinati ſunt) ſuper mea me excelſa reſtituet, ibiq; dabit commorari perpetuo: Victori illi ſolemnia epinicia, & laudes canentem in ſecula ſeculorum. Pſal. 17. 34.

Amen.

Digitized by Google

D. ANTONII DE GVEVARA ECPHRASIS

JN

HABACVC.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Lectorem.

PERANTIQVVM EST HABAcuco, & quaſi fatale, Chriſtiane Lector, vel de ſolo capillo trahi, & in terras procul remotas, & regiones incognitas aſportari. Nam & olim in hunc modum ab Angelo in Babylonem delatus eſt. Et impræſentiarum à nobis, quaſi ex crine, ex occaſione leuiſſima, in tam varia & peregrina diſtractus, vt mirum videri non debeat, ſi lector aut obliuioſus, aut negligens, hunc cæcum labyrinthum ingreſſus Exegematum prolixiſſimorum, exitum inuenire non poſſit, nec videat, quo expoſitio Prophetæ per tot flexus & ambages euadat. Quippe (vt Florus dixit, vel Seneca, in Epitoma rerum Romanarum) ipſa ſibi obſtat magnitudo, & diuerſitas rerum aciem intentionis abrumpit. Sed huic malo ſubuenire deſiderans, pretium operæ me facturum putaui, ſi (ceu Theſei filo) lectori hac Ecphraſi contractiore ſuccurrerem: in quam pura & puta Prophetæ explicatio tantū ſelecta eſt, arcta, recta, breuiq; via, ad ſententiam Vatis lectorem, quantumlibet dormitantem, perducens. Nam ſi interdum ei, qui verba Prophetæ numerarit, quædam adiungi, & peti longiuſcule, videbuntur: is ſciat, illa ſolum acciri, quæ Vates, pro Hebraica dialecto, & Laconica breuiloquentia, tanquam manifeſta & vulgata, & his, quæ dicuntur, annexa, lectori ſubaudienda reliquit: abſque quorum additamento ſenſus Vatis explanari non queat.

Quoniam vero in prolixiori Exegemate ad archetypa perſæpe recurrimus: modò, vt inquiramus propriorem, frequentius, vt verborum Prophetæ variã ſignificationẽ notemus, & multiplices eruamus: in rem quoq; fore putaui, ſi è latere Vulgatæ editioni aliã itidem adiungeremus: quæ preſſius ex Hebraicis expreſſa, non

verbum ſolummodo verbo, ſed & (vultum imitata parentis) tempus tempori, perſonam perſonæ, & numero numerum coaptaret: & quæ varios ſignificatus, à nobis annotatos, oſtenderet. Porrò Ecphraſis ſuo interpretamento, vtrique translationi reſpondet, vtramque pariter complexa eſt. Varias autem clauſularum ſententias hoc ſigno ✠ prænotamus in Ecphraſi: at varios ſignificatus dictionum, in duabus huiuſcemodi fibulis [vti includi ſolet parentheſis] in verſione, quæ eſt ad verbum, includimus:

Si pro voto noſtro eueniſſent hæc, quæ ſcripſimus, humane Lector, nil reliqui profectò fuiſſet, quod tu deſiderare potuiſſes. Sed non omnes omnia valemus: præcipuè verò cui ſit, vt eſt mihi, curta ſupellex. Tu porro verò ſi quid nouiſti rectius iſtis, candidus imperti: ſi non, his vtere mecum.

Onus

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
1	ONVS quod vidit Habacuc propheta.	*ONVS quod vidit Habacuc propheta.*	GRAVIS Nuncius, & moleſtum oraculum: quod accepit propheta Habacuc ſexto prophetarum ſenſu, prǽſcientię futurorũ capaci: de graui Iudæorum ſupplicio. Dum eorum offenſus ſceleribus, quadam die iu hunc modum cum Deo, medicinam nõ adhibente, ſed illa diſſimulante, conqueritur.
2	Vſquequo Domine clamaui, & non exaudies? vociferabor ad te rapinam, [iniquitatem, mendacium] & non ſaluabis?	*Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis?*	Vſquequo clamabo ad te, Domine? & , perinde ac ſi me non audires, me nulla reſponſione dignaberis? Vſq;quo vociferabor ad te, perculſus ſceleribus Iudæorum, & illis curationẽ expoſcens? Et tu tamen neque leni fomento, neque cauſtico acerbiore mederi, ſalutemq; inferre curabis? ✠ Vſquequo vociferabor ad te, denuncians, & proclamans identidem: Rapinam in populo tuo, mendacium, & iniquitatẽ, graſſari? Et tu, quaſi audire diſſimulans, tardabis inferre ſalutem: aut animi ſollicitudine me, qua crucior ex illorum aſpectu, cunctabundus procraſtinabis exoluere:
3	Vt quid oſtendes mihi iniquitatem [iniuſtitiam, dolorem, luctum, vanitatem, mendacium] & peruerſitatem [miſeriam, laborem, trans-	*Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me?*	Quod ſi nunquam me exaudire conſtituis, nec tantis medicari piaculis: in q̃, quæſo, vtilitatem & vſum, niſi vt indies magis diſcrucier, me tamdiu facies eſſe ſuperſtitem? malorum iniquitates videa-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis*.
greſſionem, prçuaricationem, fraudem] aſpicere facies? & direptionem [ærumnam, vaſtitatem] & rapinam [iniquitatem, mēdacium] cōtra me?		videntē, miſeriaſq; & labores bonorū: nilq; obuiā vſquam habentem, q̄ hinc impiorum tyrannidē, fraudes, rapinas, iniuſtitiam: hinc porro deuaſtationē iuſtorū, iniuriā, & cōtemptionem immeritā: quæ nullibi locorum non iugiter ante oculos meos obuerſantur?
Et fuit lis, & contentio exaltauit.	*Et factum eſt iudicium, & contradictio potentior.*	Increuerunt contentiones & lites: intantumque diſſidia & inuidiæ, rixæ, æmulationes, & odia, adaucta & multiplicata ſunt: vt in ſummum vſq; deuenerint, nec poſſe iam amplius augeſcere, aut amplius multiplicari, videantur. ✠ Iniurii, violentique ciues, quique leges habent in manibus, aut qui ſola prauitate permoti, lites & contētiones venant̄: manſuetis atq; iuſtis abiectis, honores & magiſtratus inuadūt ſupremoq; in faſtigio locati, reipublicę gubernatione potiunt̄. Ambitio, violentia, & iniuria, ſolę vigent in populo Iudæorū: vnaq; certatio & contentio, vitiligatores exaltat.
4 Propterea debilitata eſt lex, & non egredietur in ſeculum iudiciū: quia impius circūdans iuſtum, ideò egredietur iudiciū peruerſum.	*Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vsque ad finem iudiciū: quia impi⁹ praualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur, iudicium peruerſum.*	Ex quo fit, vt debilitatæ leges ac lacerati ſint: neq; ad normam & præſcriptum earum, iudiciū legitimum vnquam fiat. Quia enim in republica Iudæorum, poſthabitis & repulſis hominibus permodeſtis ac bonæ frugi, tutela iuris ac legum ſupremaque iudicii

pote-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		poteſtas, in ipſos iuſtos imperium, violentis ac litigioſis hominibus,impiiſque in Deũ & in patriam, commiſſa ac demandata ſunt: & quę peſſimi & ſtultiſſimi decreuêre, ea ſunt à bonis & à ſapientibus facienda: conſequitur, vt, per improbitatem miniſtrorum legib⁹ obliquatis,(quæ ſunt norma & moderamen iudicii) nunquam rectum & moderatũ, verum,atque iuſtum, iudicium: ſed diſtortum, & peruerſum, & mendax, & præpoſterũ egrediat.
		Cum ego Habacuc in hunc modũ queritans expoſtularẽ cum Deo: reſponſum ab eo tandẽ accepi. Sed tamẽ oneroſum & graue: hæc enim eius verbis & nomine,iuſſus ſum annũciare Iudęis.
Aſpicite in Gentibus [contemptores] & videte, & obſtupefacti obſtupeſcite: quia opus operans in diebus veſtris, nõ credetis cum narrabitur.	*Aſpicite in Gentibus,& videte: admiramini,& obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet, cum narrabitur.*	Iniqui & contumaces Iudæi, qui(quoniam in profundũ malorũ deueniſtis) omnia iura contemnitis: aſpicite populum Gẽtium, propediem aduentantẽ in pœnam & vltionem iniquitatum veſtrarũ. Videte obſtupefacti & attoniti,miranda & ſtupẽda ſupplicia,q̃ veſtris ſcelerib⁹ apparant. Veſtra namq; ętate & diebus,op⁹ ego molior & apparo,tã immane, ferox,& horridum: vt vos ipſi,etſi expti& ppeſſi,fidẽ ſitis abrogaturi, ſi qs vobis eueniſſe narrauerit.

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
6	Quia ecce ego ſuſcitans Chaldæos, gentem amaram, & properatam, ambulantem in latitudines terræ, ad poſſidendũ habitacula non ſibi.	*Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amarã & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua.*	Ecce enim poſt modicũ tempus, Ego ipſe Deus patrum veſtrorum, quique vos in peculium ſelegeram, & ab omnibus vbiq; periculis cuſtodiui, atque tutatus ſum: Ego, inquã, veſter ipſe protector, veſtris ſceleribus irritatus, Chaldæos contra vos irritabo, gentem difficilem & moroſam, iracundam & implacabilem, imperii atque tyrannidis auidam, expeditam atque celerrimam, & in bellis exercitatiſſimam, prædis & rapinis aſſuetam: & quæ exercitu numeroſiſſimo cunctas vbique terrarũ & gentes & nationes inuadat: vt domos poſſideat alienas, & non ſibi ſtructa habitacula,
7	Horribilis & terribilis ipſa: ex ipſa iudicium eius & onus eius egredietur.	*Horribilis & terribilis eſt: ex ſemetipſa iudiciũ & onus eius egredietur.*	Truculenta & ferox genus eſt, quæque Titanicum intueatur, & vel facie crudelitatem oſtendat, vultuque aſpicientes exterreat. Ex hac gente, ô Habacuc, egredietur ſupplicium oneroſum & graue, ſceleſtiſſimi populi Iudæorum: quẽ tantis tu flagitiis obnoxiũ, tantis criminibus queritaris. Ad vltionẽ nequiſſimi populi, nequiſſimum populum excitabo.
8	Et leues erunt præ pardis equi eius, & acuti erunt præ lupis veſperæ.	*Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis.*	Accedit naturali ferociæ, accedit & exertitationi, ingens rerum bellicarum inſtructus. Abundant enim Chaldæi equis, que velocitate currendi, nocendique appe-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		tentia & acumine, pardos atque lupos anteuolant. Nec lupos vulgares dumtaxat: ſed his quoque nocentiores hyænas. Quæ, (ꝙ viſu ſint obtuſiore,& qui lucis ſplẽdorem non ferant) nocte ſolum diuagantur opaca: vnde & Lupi veſpertini vocantur.
Et irruent equites eius: & equites eius de longe venient, volabunt tanquam aquila feſtinans ad comedendum.	*Et diffundentur equites eius: equites namque eius de longe venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.*	His equis inſidentes Chaldæi, irruent,& inuadent Iudæos. Ex quo (quamuis venient de longe: de terra Babylonis nimirum, procul diſſita regione) iter adeo breui conficient: adeoq; perueniẽt celerrime, vt illos imparatos excipiant. Nã ſtrenui celetizontes, ociſſimis equis ſubuecti, non tam iter facient euntes, quã proprius atque vetius volabũt, inſtar aquilæ feſtinantis ad prædam,& ad eſcam famelicè deuolantis:
9 Tota ipſa ad rapinam veniet: oppoſitio facierũ eorum Eurus.	*Omnes ad prædam venient: facies eorum ventus vrens.*	Nec dubii de victoria & ſpoliis, cateruatim atq; certatim Chaldæi omnes, non tàm ad bellum, quàm ad prędam& rapinam procurrent. Neque illos ſua fruſtrabit ſpes. Nam quocunque peruenire contigerit, obuia quæque populabuntur: non ſecus ac flagrantiſſimus Eurus, quacumque flammeo flatu ſpirauerit, poma, vineas, atque meſſes exurit.
Et cõgregabit tãq̃ arenã captiuitatẽ.	*Et cõgregabit quaſi arenã captiuitatẽ.*	Quod etiã ſi populus Iudęorũ, vt arena in littore maris, multus

Digitized by Google

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		& innumerabilis ſiet : Chaldæis tamen repugnare non poterit. Sed eorum abactus violentia, captiuus in Babylonem abibit. ✱ Tamque facile vis Chaldæorum, ſolũ vertere compellet Iudæos, & captiuos in Babylonem migrare : quam facile tenuiorem arenam Euri rapidioris inflatus locum commutare compellit.
10 Et ipſe in regibus illudet, & gubernatores riſus. Ipſe omnem munitionem irridebit, & coaceruabit puluerem, & capiet eam.	*Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erũt. Ipſe ſuper omnem munitionẽ ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.*	Quippe ad reſiſtendum Chaldæis, nulla regum, nulla principum vis, potentia, vel induſtria valebit. Populus ſedenim Chaldęorũ illudet fortiſſimos quoſq; : dum omnino viribus impares, nequicq̃ reſiſtere conabuntur. Et quaſi per riſum ac ludum, nullo fere niſu aut labore, neque millitum bellatorum virtute: ſed opera foſſorum inermiũ, & imbellium exercitus miniſtrorũ: deiiciet excelſiſſima quęque, & capiet inacceſſa præſidia. Nam etiam ſi ad propugnacula firma, ad vrbesq; munitas confugiant, ſi ſe muris inexpugnabilibus tueanť : omnem ipſe munitionem ridebit, &, vel pulueris cumulis aggeratis, & poſtmodum ventilatis in hoſtes, illos capiet, ac ſubiugabit ſibi. Ingruet enim tanta vis Chaldæorum, vt vel pulueris inſperſione & iniectu, obruant &

in

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			inhument obſeſſos, & ad deditionem compellant.
11	Tunc mutatus eſt ventus, & præteriit, & delinquet: hæc potentia eius Dei eius.	*Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.*	Mox vero vt gens Chaldæorũ, ventilati pulueris iniectione obſeſſam munitionem ſubegerit; ventus, qui ſuſtulerat puluerẽ, & intra munitionem intulerat, cœli plagam & regionẽ mutabit; aut omnino cõcidet, & quieſcet. Nimirum, vt aperte innoteſcat, non caſu, aut naturali ratione, non ſuopte ingenio & potentia: ſed Dei iuſſu, vindicantis Iudæos, eatenus ab illa regione, tanta conſtantia & vehementia, recta in munitionẽ à puluere, donec caperet̃ inflaſſe. Et quidem cùm ego Habacuc, tam minacibus & indignantibus verbis Deum mihi reſpondentẽ audiiſſem: excidium veritus Iudæorum, his illum delinire blanditiis, his dura de ſententia deducere argumentis, conatus ſum.
12	At non tu à principio Dominus Deus meus? Sanctus meus? Non moriemur.	*Numquid non tu à principio Domine Deus meus, Sancte meus, & non moriemur.*	Nonne, Domine, idem ille tu es, qui, cum dominus vniuerſorũ ſies, ſingulariter præ cæteris gentibus ab antiquo patres noſtros amaſti, elegiſti que eorum ſemen poſt eos? Vt tu nobis eſſes in Deum omniũ ſcilicet bonorũ autorẽ, omniũ depulſorẽ malorũ? Vtque nobis eſſes in ſanctũ? fide nimirũ & cultu, religioneq́; venerabilẽ? Cũ omnes reliquę natio-

Digitized by Google

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			nes variis iactarent ærũnis, variis ſuperſtitionum erroribus,& cęca caligine tenerent? Nõ es tu,qui iã olim Iudęos magnis criminib⁹ irretitos,poſt ingentes cõminationes è magnis periculis liberaſti? blãdisq; precibus delinitus, identidem pollicitus es hunc populũ nunquam fore delendum? Sane, cum ipſiſſimus ſis, & neque pœnitentia tangaris, neque tuæ pollicitationes vllo pacto eſſe irritæ queant: Proculdubio non moriemur: neque modo contra morẽ antiquum,te penitus exuente clementiam) vniuerſi internecione peribimus. Sed vero ad purgationem ſalubrem: & paternã caſtigationẽ,amaro populo Chaldęorum, & regi Babylonis trademur.
	Domine ad iudicium poſuiſti eũ: & petram, ad increpandum, fundaſti eum.	*Domine in iudicium poſuiſti eum: & fortem, Vt corriperes fundaſti eũ.*	Non,Domine, vt eum honorares,non vt gloria vel diuitiis augeres: tyrannum hunc impiiſſimum tanta firmitate & potentia, tantoq; robore ſolidaſti. Sed vero vt tuus eſſet miniſter, iudiciique tui executor, & vt ſalutare ſupplicium,per hunc ipſum populo tuo, & paternã caſtigationẽ inferres: illum,inſtar petrę firmiſſimę, firmum atque fortem fundaſti.
13	Mundus oculis à videndo malum, & reſpiciendo ad	*Mundi ſunt oculi tui, ne Videas malũ, & reſpicere ad*	Alioqui, ſi vnum hoc molireris,malè in malos animaduertere; ſi hoc vnum conſtituiſſes, prorſus

pecca-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
laborem non poteris. Vt quid reſpicies præuaricatores, tacebis in deglutiendo impio iuſtum præ ſe?	*iniquitatem nō poteris. Quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces, deuorante impio iuſtiorem ſe?*	peccatores de terra, & iniquos abolere & abſcindere quia mūdus omni vitio cum ſis, & à labe penitus alienus: inuiſa peccata ſint tibi, & crimina maxime deteſteris: cur non prius vlciſceris Chaldęos iniquiores multò Iudęis. Cur iuſtiorem populum tuum (ſi merita conferantur vtriuſq;) iniuſtiori, infeſtoq; tibi, deuaſtandum ac deuorandum addiceres? nedum ſciens videnſque, ipſum impio deglutiente, taceres?
14 Et facies hominē velut piſces maris, tanquam reptile non dominator in eo? 15 Totum in hamo ſubleuauit: congregabat illud in ſagena ſua, & congrebabit illud in reti ſuo.	*Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem. Totū in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum.*	Et cur etiam populum tuum (qui, ſi cæteris conferatur nationibus, ſolus Hominis appellationem meretur: namq; reliquæ cū beſtiis ſtupent) ſtolidis piſcibus coæquares? Qui, cū maria & flumina peruagantes, nullius ſint addicti dominio, in ius occupantis concedunt & impune à quolibet capiuntur. In hunc enim modum minaris: fore, vt Babylonius tyrannus, & amarus populus Chaldæorum, tum fraude, tum aperta vi: nō ſecus atque piſcator in hamo, aut reti, aut ſagena: ſit capturus & expiſcaturus Iudæos.
16 Propterea lætabitur & exultabit. Propterea ſacrificabit ſagenæ ſuæ, & ſufficit reti ſuō: quia in ipſis in-	*Super hoc lætabitur & exultabit: propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuō: quia in ipſis incraſ-*	Maxime vero cum non ignores: vt ſit, Domine, rex Chaldæorum, vt ſit populus abuſurus victoria. Nam, vt piſcium venatione piſcator, ſic hominū piſcatio-

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
	craſſata eſt pars eius, & cibus eius pinguis.	*ſata eſt pars eius, & cibus eius electus.*	ne & captura, non ſolum gaudebit interius, ſed exterius quoque & aperte, omnis expers humanitatis, elatus impotenti lætitia, geſtiens inaniter exultabit. Neque ſe diuini iudicii miniſtrũ & executorem agnoſcet. Neque pro victoriis adeptis, pro ſecundis rerum ſucceſſibus, victimarum immolatarum, aut turis tibi ſoluet honores. Verum ſibi, aut exercitibus ſuis, quibus gloriam victoriarum attribuet, cum quibus, tamquam reti aut ſagena, captis & deuictis Iudæis, ſui ſe auxiſſe partem imperii tamque pingues & electos cibos, tam lauta & delicata cupedia, honoris, diuitiarum, & famę, ex populo ſe iuſtiore condita, ſibi ſe obſonaſſe gloriabitur. Aget etiam gratias idolis: & victorias, quas tu illi conceſſeris, ſtolidis piſcibus aſſignabit: quos, illis ſtolidior, pro numine inſana ſuperſtitione veneratur. Per hos enim obtinuiſſe triumphum, & imperii protraxiſſe ditionem hiſque autoribus ſuam partem craſſeſcere, & cibos pingueſcere, iudicabit.
17	An non ob id euacuabit ſagenã ſuam, & ſemper, interficere gentes nõ parcet? [lętabit?]	*Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere gentes non parcet.*	Nonne obid quod rex Babylonis, tuum ſe, Domine, miniſtrum ignorans, victorias atque triũphos, nõ tibi (vt deberet) at-

tri-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		tribuit: ſed vero per propriã virtutẽ, aut exercitus ſui fortitudinem, vel per idolorum auxilium, aut per piſciũ fortè fauorẽ indies ſe ſagina pingueſcere, honoreque & diuitiis, & fama, indies craſſeſcere, ſibi pſuadet: ob id nihil tẽperãter molitur, ſed properat ſtomachum laxare ſaginis? neq; finem facit piſcandi: aut vllum deuorandis hominibus, vrbibus, gentibus imponit modum? neq; aut vno aut altero regno, vna vel altera natione, redactis in poteſtatem, ſatiatur? Verũ expetens totius orbis imperium, vniuerſas gentes aggreditur, in omneſque ſagenam expandit? Cumque ſæpius euacauerit plenam, & in vas ſuæ ditionis transfuderit: denuò tamen rurſus ac rurſus, in nouam continuo capturam, & nouam in piſcationem immittit? neque eſt vſquam gentium gens vlla, cui ab armis & violentia tyranni ſecuram degere, concedatur.
	⁂	⁂ Cum igitur videatur abſurdum: ſi tu antiquus Deus Iudæorum, veterum Patriarcharum oblitus, ceu ſolita beneficia pertæſus, illis eſſes cauſæ ruinę: Cumq; tuã ſanctitatẽ & puritatem, iuſtitiam & æquitatẽ dedeceat: vt qui ſolam perditionem malorum, &

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		pœnam peccatorum exquireres: impiſſimis conniuens Chaldæis, eorumq́; peccata diſſimulans: in tibi vernaculum & peculiarẽ Iudæorum populũ deſęuires: ordineq; inuerſo iuſtitiæ, iuſtiorẽ hũc iniuſtiori piſcandum & deuorandũ permitteres: Quod nõ tibi ſit aſcripturus: ſed ſibi, ſed exercitibus ſuis, ſed idolis, vel, piſcibus, arrogabit: Cũ hęc omnia abſurda videãtur: porro iniuſtũ quicquã de te, aut præpoſterũ, ſuſpicari nõ deceat: An non ergo cõſequens eſt, propter id quod dixi ab initio: nempe in expurgationem tuorum, non autem in excidium & mortem, populum Chaldæorum exciri? & in curationem & commodum, non in Iudæorum perniciem, eſſe ſuam expanſurum ſagenam? Id eſt, viribus & armis exertis, tamquam reti piſces è mari, extractos è Palæſtina Iudæos, captiuos in Babylonem ductur ũ. Vt, partim occiſione aliquorum, partim ſeruitute cunctorum: ceu membrorum abſciſſione tabentium, atque cauſtico medicamento, vel amaro ſed ſalubri veneno: (quandoquidẽ obiurgationes, & monita non profuerũt;) ægroto Reipublieæ corpori, vel eius ſceleribꝰ medeatᷣ. At Gẽtes idololatras

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			tras perpetuam captiuitatem aut mortem inferre populo Iudæorum: non permittet nec indulgebit Deus: nec de eorum perditione lætabitur. ☙ Non gaudebit impius Chaldæus, Dei gentes interfeciſſe pepetuo, & de terra penitus deleuiſſe. *CAPVT II.* CVM his ego Habacuc argumẽtis, humana ratiocinatione, & prudenti coniectura collectis, de negotio & caſtigatione Iudęorũ diſſererẽ & diſputarem cum deo: nihil tamẽ ipſe reſpondit: nec quorſum euaſura res eſſet, aperire mihi dignatus eſt. Ergo veritus, ne tam altum ſilentiũ eſſet iræ, atq; indignationis acrioris & deſperatioris, indicium: adhucq; perniciem meorum, & excidium deprecari deſiderans: vehementius vrgere cõſtitui, & mecum met ipſe in hunc modum, intra me collocutus ſum.
1	SVPER cuſtodiam meam ſtabo, & ſubſiſtam ſuper munitionem, & cõtemplabor ad vidẽdum quid loquatur in me, & quid reſpondeam ſuper increpatione mea.	*SVper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me.*	QVANDOQVIDEM me populi ſui Deus cõſtituit ſpeculatorẽ, Prophetæq; dignatus eſt munere: nõ animũ vtiq; deſpõdebo, neq; abiecta cõfidẽtia & ſpe, excubias agere derelinquã Nõ ſane ab ſtatione diſcedã: ſed inſiſtã ſuper ſpecula, & firmus ſuper murũ ſtabo. Non deſinã ora-

Digitized by Google

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		re pro populo, nec precibus & aſſiduo ieiunio, Deum ſolicitare quieſcam. Vſquequo placatior ac lenior, quicquam boni mihi loquatur, detque lætum & iucundũ reſponſum: quo poſſim conſolari Iudæos, reſpondereq; increpantibus me. Et cum iurgio aut irriſione dicentibus: Nil me vnquàm niſi triſtia prædicere, & infauſta vaticinari.
2 Et reſpondit mihi Dominus, & dixit.* Scribe viſum, & explana ſuper tabulis: vt percurrat legens in eo.	*Et reſpondit mihi Dominus, & dixit: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit eum.*	Ergo Deus orationis inſtantia, & precum importunitate deuictus, in hæc tandem mihi verba reſpõdit.* Scribe quæ videris, ô Habacuc: & quæ tibi verba dictauero, tabulis compluribus imprime. Vt literis excepta, diutius dictorũ pduret memoria: variis porro locis appẽſa, ad pluriũ perueniat notitiã. Scribe porrouero explanatè, verbis claris, & grandiuſculus literis. Vt abſq; aliquo impedimento obſcurę dictionis, aut characteris exigui, expeditè intelligatur à quolibet, nedum expeditè legatur. Quo diuinum decretum de hac re, apud poſteros teſtatum fiat: & Dei prænunciatum iudicium, à venturis expectetur hominibus. Cumque anticipata calamitas, & præcognita, Babylonios oppreſſerit: non credatur ab idolis immiſſa: non fa-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		to, non caſu fortuito, non denique viciſſitudine rerum humanarum, exiſtimetur inuecta. Sed vero ordinatione diuina in promeritam peccatorum vltionem prouidenter eueniſſe, noſcatur.
3 Quia adhuc viſus ad ſtatutũ tempus, & loquetur ad finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta eũ: quia venire veniet, non tardabit.	*Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.*	Ergo literis excipi viſionem, & in tabulis ſcriptoriis exara: neque enim propediē futura eſt, ſed poſt lõgam tẽporis morã. Procul diſſita docebit te viſio, & de extremis tẽporibꝰ annũciabit: nullatenus attamē mẽtietur, nec fallet annunciationem propheticã. Sed enim tempore pręſtituto, quæcumque prędixerit apparebunt, & integrũ complementum accipiẽt. Proinde, ſi differri videbitur: hortare ne deſperet euentus, ſed abſq; hęſitatione expectetur. Neq; enim poſt prolixũ ſpacium, mãdati executioni inchoabunt: etiam ſi poſt moras longiores plenum aſſequẽtur effectum.
Ecce, Tenebrio non recta anima eius in eo: & Iuſtus ex fide ſua viuet.	*Ecce, Qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo: Iuſtus autem in fide ſua viuet.*	En igitur agedum, hanc in tabulis ſententiam ſcribe. Flagitioſus & improbus quiſque, & caligine peccatorũ tenebricus, quãquam bonis externis abundet, valetudine vigeat incolumi, forma conſpiciatur inſigni, diuitiis & dignitate præpolleat: non tamē rectã ac placidam, ſecurã & hilarem vitam deget: ſed curis & anxieta-

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			tibus plenam, periculiſq; multis obnoxiam. Hinc intus exagitatã conſcientia: hinc foris inuidiæ, calumniis, odiis, & rapinis expoſitam. Ille ſolus viuet recte & ſuauiter: qui abſolutam operationis iuſtitiam viua cum Dei fide coniunxerit. Qui Dei nempe cognitione illuſtratus, illi debitam dilectionem & cultum: & hominum vnicuiq; ſuum ius, cõſtanti voluntate tribuerit.
			NE exiſtimes ergo Habacuc: victorias & glorioſos triumphos, imperii ac diuitiarũ argumẽtum honori aut tranquillitati, impio populo Chaldeorũ, impio eorũ regi futura. Cedẽt enim potius in dedecus, & erunt in occaſionem ruinæ.
5	Et quanto magis vino præuaricans vir ſuperbus non pulchre habitabit?	*Et quomodo vinũ potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur.*	Nam ſi quilibet tenebrio & iniuſtus, non recte nec ſuauiter viuet: quanto magis vir ſuperbus & arrogans, qualis eſt Babylonius tyrannus, nõ tranquille & pulcre habitabit? nõ ſtabit felix perpetuo, nec iugi proſperitate fruetur? Cũ, in modũ ebrii bacchãtis, tumultuetur, & conturbet omnia: nec per rectũ incedat iter: ſed obliquet greſſus in deuia. Id eſt, nihil ex præſcripto rationis, nihil faciat ad virtutis amuſſim. Sed ad normam cuncta libidinis, ambi-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		ambitionis & cupiditatis immodicæ ad regulam vti Lesbiam, accommodet. ✠ Tenebrio quiſque & iniuſtus, haud rectam & placidam vitam deget. Sed inſolens ac ſuperbus, ante alios (cum radix ſit malorum ſuperbia) nõ aliter quam deluſus à vino, variis modis exagitatus, ad extremum de diuitiis & gloria, deturbabitur, & ignominioſe iacebit. Eueniet Nabuchodonoſori inſolẽti, & ſuperbo populo Chaldæorũ, quod bibacibus plerũq; ſolet. Qui vini ſuauitate decepti, auariter ſe ingurgitãt mero: quo poſt in temulentiã adacti, dum inſaniunt atq; furiũt mirifice, dum titubant, dum balbutiunt, dum ringunt, dum vomũt & conſpurcant ſeſe, dum denique proſternũtur ac decidunt: fabula cũctis ac riſus fiunt. Sic ſuperbus rex Babylonis, blanda frõte allectus imperii, & gloriæ ſuauitate deceptus: omnes populos & gentes in ſe, tamquam vinum, intemperanter ingurgitat. Sed plurimis iactatus ærumnis, ad extremum turpiter ruet: & imperio ac vita priuatus, fabula cunctis ac riſus fiet.
Qui dilatauit ſicut Infernus ani-	*Qui dilatauit quaſi infernus animã*	Quin etiam crudelitatem, inſatiabilemque auaritiam, ad ſuper-

Digitized by Google

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
mam ſuam, & ipſe veluti Mors, & nõ ſaturabitur: & cõgregabit ad ſe omnes gentes, & coadunabit ad ſe omnes populos.	*ſuam, & ipſe quaſi Mors, & non adimpletur: & congregabit ad ſe omnes gentes, & coaceruabit ad ſe omnes populos.*	biã & ambitionem adiũxit. Nam non ſolum vt præclarus euadat, vniuerſoſque præcedat honore, gloria, & fama rerũ geſtarũ (quæ ſpecimẽ magnanimitatis, quamuis fallax, præ ſe ferre videntur) blande ac leniter, vt philopotę vinum, omnes in ſe gentes ingurgitat. Nec demẽtit ſolum vt ebrius, & innoxie deridẽdus bacchatur. Sed & turpiter: ob innatã ferociam, & diram acquirendi cupidinem: dilatans extra fines rationis appetentiam, & animoſitatẽ, cunctos populos ferro aut igne trucidat, aut vinclis & carcere fręnat, aut imperio duriſſimo defatigat. Neque ſubigendis nationibus, rapiniſque exercendis ac cædibus, modum vllum vnquam imponit. Non ſecus ac Infernus tyrannus, id eſt Mors, Tartarorũ regina: quæ nulla mortaliũ ſtrage, nulla internecione ſatiatur: nulla numeroſitate ſeruorũ, nulla copia ſubditorũ expletur. Sed hunc vnum finem ac terminum, occidẽdi atque capiendi conſtituit: omnes homines occidiſſe, omneſq; ad vnũ ſuo imperio violenter ac ſæuiter ſubiugaſſe.
6 Nonne illi omnes ipſi ſuper eum parabolã ſument,	*Numquid non omnes iſti ſuper eũ parabolã ſument,*	Ergo ex hoc quod rex Chaldęorum, ſuperbus & auarus cum ſit, Mortis inſtar omnes gentes ac-

cumu-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
& illuſionis ænigmata ei ?	*& loquelam ænigmatum ei ?*	cumulat : nõ ſuæ vitæ tranquillitatẽ, non ſuo nomini comparabit honorem. Quinimo turbulentã & anxiam, & plenã laboribus vitã deget. Hacq; ipſa ignominioſe priuabitur: ex quo dedecus & infamiam poſt mortem, ſuæ apud poſteros recordationi relinquet. ✠ Nonne enim vniuerſę nationes, quas nefariòs ad ſuum regnũ adiunxerat (poſtquam eius ruinam conſpexerint, tantumq; auaritiæ & ſuperbiæ, tantum diuitiarum & gloriæ, eo miſeriæ decidiſſe cognouerint) ſibi ipſis congratulantes, & vindictam iniuriarum ſumentes, ſibiq; cauentes à vitiis, & alieno periculo ſapiẽtes : de eo, deq; eius occaſu, materiam parabolarum deſumẽt, & ſermonum ænigmaticorũ ? cõponentq; morales ſentẽtias, & fingẽt ſcommata deriſoria, feſtiua ambiguitate contecta, metaphoris & allegoriis exornata ? Ponetur procul dubio in prouerbium, & in capitis cõmotionẽ in populis : fietq; cunctis in exemplum miſerię, & in ſimilitudinem improperii.
Et dicet, Væ multiplicanti non ſibi : Vſquequo & aggrauans ſuper ſe denſum lutum.	*Et dicetur, Væ ei qui multiplicat nõ ſua ? Vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum.*	Et quicumque viderit, vel audiuerit, quò eius immanis ſuperbia, & auiditas inexhauſta deuenerit : dicet mirabundus, aut ridibundus : O quã dirus exitus ma-

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			net eum, quicumq; per iniuriam & vim, diuitias inceſſanter conquirit, nec pręſcribit modum cupidini. Verum nullo fine beatus, perpetuo multiplicat & accumulat, quæ ſibi præparata non fuerant, neque ad ipſum vllo iure attinebant. Eaque id copia & facilitate, qua denſum & ſpiſſum lutum, facillime in cumulos aggeratur: nec eſt qui congregare & congerere, & quolibet aſportare prohibeat. Cum tamen ea ipſa quę congerit, fœditati ſibi atque ſordi, damno & exitio futura ſint: neque ex illis magis eximere, quam tenaci ex luto, ſe poterit: donec humi prolabuntur obſcœnè: aut ſub illis, ceu ſub onere immodico, depreſſus lethaliter obruatur.
7	Nonne repente conſurgent mordentes te? & euigilabunt commouentes te? & eris in rapinas eis?	*Numquid nō repente cōſurgent qui mordeant te? Et ſuſcitabuntur lacerantes te? & eris in rapinam eis?*	Nonne enim, ſi Nabuchodonoſoris exemplo, alios laceres, & rapinis diuexes: repente (vt eidem euenit) conſurgent qui te mordeant & lacerent? Et qui, prę deſidia & inertia, aut fortunę imbecillitate, ſomno videbātur oppreſſi, & idcirco nil ab illis cauebas? extēplo ſe erigent experrecti, atque graſſabuntur in te, & gradu te ac loco mouebunt: tuq; & tua, quæque aliena rapueras, in rapinas eritis eis?

Ve-

Digitized by Google

	Ad verbum.	Vulgata	Ecphraſis.
			✠ Vecors, & mente capte Tyranne, qui perpetuo corradebas non tua: & (quo firmior ac robuſtior euaderes, & de manu mali te erueres : vtique alios, tamquam lucta, proſterneres: tu autem inconcuſſus ſtares) opibus inceſſanter alienis (ſicut luto ſolent athletę, & ceromate) te muniebas: Numquam ne vindictam diuinam, Fortunæ æſtuarię incõſtantiam, & rerum viciſſitudinẽ verebaris ? Neque tibi veniebat in mentem: diuitias, irritamenta malorum, quæ te in cædes ac rapinas impulerant: alios in te poſſe incitare, qui te inopinato morderent ? qui mẽbratim te dilaniarent ? qui te deturbarẽt è regno: tibiq; & diuitias & vitam, par pari referentes, eripient ?
8	**Quia tu ſpoliaſti gẽtes multas, ſpoliabunt te omne reſiduum populorum.**	***Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis.***	En, vt tecum actum ex æquo, & par pari relatum eſt. Et quia tu diuitiis ac vita, gentes multas deſpoliaſti: te quoq; diuitiis & vita, gentes illæ deſpoliarũt, quas ſolas ex multis nationibus, nondum tuę poteſtati ſubegeras. Quę quidẽ: ſi ad te conferantur, & ad gentes quæ tibi parebant, tum numero, tum bellica vi: non tam populi, quam populorũ reliquię, id eſt, pauci & imbelles ex multis & fortibus populis, videbantur.

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
	A ſanguinibus hominis, & rapina terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.	*Propter ſanguinem hominis, & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantiũ in ea.*	Ab his tamen tam tibi diſparibus, vita & imperio deſpoliatus es quod multorum ſanguinibus te repleueris, id eſt, vitam & ſubſtantiam detraxeris: omnes terrę ciuitates vacuaueris, per rapinam & iniquitatem. Non ſolum facultates diripiens: ſed etiam habitatores earum in miſerrimam ſeruitutem exportans. ✠SED præcipue te deſpoliarunt, quod fuderis ſanguinem Iſraël, qui ad cæteras comparatus nationes, ſolus Hominis appellationem meretur. Et quia ciuitatem Hieruſalem (vniuerſæ terræ delicias: & quę, ad alias vrbes cõpoſita, ſola eſt digna Ciuitatis vocabulo) per cædes & rapinas exhauſeris, vniuerſas eius opes rapueris, vniuerſos eius ciues & incolas, captiuos in Babylonem abduxeris.
9	Væ auenti auaritiam malã domui ſuæ, ad ponendum in excelſo nidum ſuum, ad eruendũ ſe de vola mali.	*Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali.*	VÆ igitur ſtudenti auaritiæ, & alienis capaciter inhianti: vti ſe, familiamque ſuam, conſpectiorem, & illuſtriorem efficiat, & aduerſus pericula tutiorem. Cum ipſa è contrario auaritia, & opes, quas auaritia cõgeſſerit: non prę ſidio, vt falſo putauerat: ſed vero deiectioni ac dedecori, excidio, & extremæ ruinæ, ſint ſibi futuræ, ſuiſque.

Væ

Digitized by Google

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
10 Conſuluiſti pudorem domui tuę, decurtando populos multos, & peccans anima tua.	*Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua.*	✠ VÆ illi, qui, peſſimum fere omnium, auaritiæ vitium exercet: domui ſuę commodare arbitratus. Quo ſe, ſcilicet, progenieq́; ſuam, quaſi excelſo conſiſtentem in loco, nobiliorem reddat & clariorē: & aduerſus mala ingruentia, aduerſus Fortunæ tumultus, hac ſe putat adiutrice ſecurum. Quippe cum hac mente & conſilio, multos populos concidiſti: & illos per rapinas & cędes, diuitiis, & libertate, & vita ipſa, decurtatos ac mutilos reddidiſti: tum quidē & animam tuam peccatis ingentibus polluiſti: & in plurimas calamitates vitam quoque tuā cōieciſti: tuamq́; in poſterum familiā & domum, ignominia atque pudore affeciſti. ✠ Cum diſperderes populos multos, & rapinis ac cædibus agitares: cumque te inexhauſta appetentia, & effrenis acquirendi libido, tranſuerſum à ratione raptaret, peccatiſq; infinitis inuolueret: non equidem tutamen & gloriā, (vt falſo putaueras) apparaſti: ſed infamiam tibi, tuiſq;, & pudorem, re cognita, cogitaſti Nam qui alienis te munire crediderás: ſpe falſus, propria quoque amiſiſti: &, quos iure hęreditario tenebas, innumeros populos per-

	Ad verbum	Vulgata	Ecphraſis.
			didiſti: tuamq; vitam in plurima mala, in mortem miſerrimã deturbaſti.
11	Quia lapis è pariete clamabit, & ſubſcus è ligno reſpondebit ei.	*Quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit.*	Certe vel lapides ipſi, lignaque domus ex rapinis conſtructæ: raptori pudorem incutient, infamiam & ignominiam accerſent. Namque marmora ipſa prætioſa, & cedrina ac cypreſſina ligna ædibus ex alienis auulſa domuique raptoris affixa, & in publico ad oſtentationem expoſita: imo ſingulæ quæq; partes eiuſdẽ, minutæ quantumlibet & obductæ, (vti eſt lapis intra parietẽ, & ſubſcus intra tabulata vel tigna) non ſolum eius mẽtem interius, peccati exprobratione torquebũt, & conſciẽtia ſceleris agitabunt: ſed palam quoque opprobriis inceſſent: hæcq; & illa, velut pari concentu, aut viciſſim & alternis dicentia, violentum proclamabunt & improbũ. Dum illius iniurioſorũ facinorũ velut quoddã monumentum ac titulus: obtutibus ſpectantiũ obiicient, quas edidit, compilationes ac cædes, & quaſi vindicari depoſcẽt. Nec eſt, qui nõ domini domus iniurioſæ facinoroſęq; vitę ex ſpoliis cõmonefiat, & ad pœnã inferendam exciatur.
			✱ Rapacique & violento tyranno, non ſolum, quos oppreſſerit,

ho-

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			homines: ſed etiam quacumque tranſierit,aut quocumque cõmorari, contigerit: ſaxa & ligna conuiciabuntur: & (vt habet vulgare prouerbium:) vel lapides in illum conſurgent, & diras imprecabuntur hoſtiliter.
12	Væ ædificanti ciuitatem in ſanguinibus, & ſtabilienti ciuitatem in iniquitate.	*Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat Vrbem in iniquitate.*	O igitur infelicem ac miſerũ, lamentiſque merito proſequendum: quicumque vel rapinis apertis, vel opertis dolis & fraudibus, ſubſtantiam atque vitæ ſubſidia, imo & vitam plurimorum, eripiens: regni ſibi dignitatem parare, aut partam amplificare, molitur. Sic ſe illam ſtabilire confidens, & ab omni perturbatione tueri: ſi alienis communiuerit opibus, ſi de ſpoliis plurimorum extruxerit: ſi inuictam, in concuſſam, immobilem, ex multorum deiectione reddiderit. Vę, inquam, ſic facienti.
13	Nonne ecce à Domino exercituum?	*Numquid non hæc ſunt à Domino exercituum?*	Numquid enim ędificatio huiuſcemodi, hæcque auara & inhumana facinora, non à Domino cæleſtium copiarum ſunt examinanda & punienda? ℟ NVMQVID non de ædificante in hunc modum, deque his, qui operarij & miniſtri iniuriæ faciendæ fuerunt: hæc à Domino exercituum ſunt dicta?

Digitized by Google

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
	Et laborabunt populi in abundantiam ignis : & gentes in abundantiā vacui laſſabuntur.	*Laborabunt enim populi in multo igne : & gentes in vacuum, & deficient.*	Cunčti Chaldæorum conatus, ſtudia, labores, & operæ : quæ in ædificanda ſua vrbe, Babyloneq; illuſtranda, poſuerint : quę in domibus ſuis exornandis, & locupletandis, impenderint : quæ in toto ſuo denique regno dilatando, aut ſtabiliendo, cōſumſerint : omnia quidem in ingentē pyram, & in eſcam ignis apparabuntur. Omnia quippe abſumet incendium, aut in hoſtium cedent ſpolia. Omnia Medi ac Perſæ diripient, vacuoſq; facient Chaldęos, & bonis atq; imperio nudabunt. Quātoque populus Chaldæorum, & Nabuchodonoſor eorū rex, plura & prætioſiora cōgeſſerint : rapinis, & bellorum tumultu, & humani ſanguinis effuſione, ad laſſitudinem laborando : tantò nuditatē maiorem, vacuitatemq; abūdātiorē, patientur. Itaq; defatigabūtur : vt multo labore conquirāt, quę abundāter ignis abſumat, & hoſtis abundanter exhauriat.
14	Nam replebitur terra (ad ſciendum gloriam Domini) tanquā aquæ operient ſuper mare.	*Quia replebitur terra (vt cognoſcāt gloriam Domini) quaſi aqua operientes mare.*	Etenim : vt Domini gloria (id eſt, ſanctitas, iuſtitia, potentia, ſapientia : quibus cuncta gubernat, & animaduertit in malos, nec flagitia ſinit inulta) à cunctis hominibus cognoſcatur : vt appareat etiam, iniuriis illatis ſuo templo atque populo, tamquam pro-

priis,

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			priis, irritari & moueri: eorumque liberatione proprii nominis honorem aſſerere: Vt hęc omnia mūdus intelligat: replebitur terra Chaldæorum multis atque ſæuis Perſarum, Medorum, & aliarum nationum, turbis & manibus copioſis: in modum tempeſtatis marinę infrementibus, & tumultuantibus. ✠ Aut vaſtantibus & obruentibus Babylonem: tamquam maris aquæ nonnunquam, tranſcendentes ſolitos fines, operire littora ſolent: & in terras finitimas ſcandentes, regiones contermìnas inundare.
15	Væ propinanti ſocio ſuo, adiungenti venenum tuum, & etiam inebriando: ad aſpiciendum ſuper nuditates eorum.	*Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians: Vt aſpiciat nuditatem eius.*	Væ ei, qui nullo iure ſubnixus, nulla prouocatus iniuria: ſed vero per furorem & iram, & ingenitam amarulentiam, & quod parem ambitioſus non ferat: reges alios, aut populos alios, pares ſibi dignitate, diuexat: infectaque pocula miſeriarum, & malorum acerborum, propinat. Donec (velut ebrios temerum) illos gradu & dignitate deiiciat, faciatq; turpiter inſanire: diuitiiſque, honore & imperio, & ipſa libertate nudatos, boniſque omnibus ſpoliatos, conſpiciat.
16	Saturatus es ignominia præ gloria:	*Repletus es ignominia pro gloria:*	Væ, inquam, tibi ſic facienti. Nam pro gloria, quam ex his ve-

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
	bibe etiam tu, & denudare præputium: vertet ſe ſuper te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominioſus ſuper gloriam tuam.	*bibe tu quoque, & conſopire: circumdabit te calix dextera Domini, & vomitus ignominia ſuper gloriam tuam.*	nabaris: dedecore & ignominia repleberis. Sicut enim tu propinaſti aliis amarulentiam & iram, eos vſque ad nuditatem ſpolians: ſicquoq; Domini dextera: id eſt, virtus atque potentia: tibi largiſſime propinabit poculum indignationis diuinæ. Et faciet, te pœnam ebibere vſque ad ebrietatem & nauſeam: qua, (veluti pudendis nůdatis) pudore atque ignominia repléaris. Quippe faciet, cuncta te euomere, quæ per vim & auiditatem glutieras, iactanterq; & glorioſe tenebas. Ex quo quidem tota tua gloria, maieſtas, autoritas, amplitudo, tamquam turpi nauſea fœdabitur: & etiam, præ abundantia potionis, & furoris Dei acrimonia (ſicut ebrii ſolent à vino) ſomno mortis conſopieris æterno.
17	Quia rapina Libani operiet te: & præda animalium conteret ea.	*Quia iniquitas Libani operiet te: & vaſtitas animalium deterrebit eos.*	Enimuero (ô Babylon) ſolitudo & vaſtitas Libani continget tibi, teque totam occultabit ac conteget. Nam ſicuti leonum ſæuitia, pardorum, & aliarum ferarum, quæ in Libani cacuminibus degunt; illum facit inhabitabilem, & ab hominum cultura deſertum: ſic Perſarum atque Medorum, aliarumque nationum immanitas: quæ crudeliter in te graſſabuntur: te vacuam habi-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis*.
		habitatoribus faciet, & ab hominum cultura deſertá. Illos namq; (ceu ferarũ crudelitas) aut conteret & trucitabit in te: aut à tui habitatione deterritos, aliò abire atque migrare compellet. ¶ Etenim quicquid noxium & rapax, quicquid ferum eſt & immane in præcelſis Libani iugis: te totá operiet, ô Babylon. Id eſt, Medi ac Perſæ ferociter, ad hoc etiam Græci & Romani, inſtar Libani crudelium ferarum, in te inuadent, & omnino vaſtabunt. Vtque ferę ſolent frequẽter, eo perire modo, quo viuunt, & quæ de prædis aluntur, præda & ipſæ venatoribus fiunt. Sic etiá & amari Chaldęi, rapinis & cędibus aſſueti, quique multas ſpoliarũt nationes & ſuam ciuitatẽ & regnum, in ſanguinibus ædificabãt: ab aliis ſpoliabũtur nationibus: & variis infortuniis attriti, ad extremum deſolabuntur.
Propter ſanguines hominis, & rapinam terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.	*De ſanguinibus hominum, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.*	Sed præcipue (vt ſupra iam dixi) hæc omnia contingent Chaldæis: quod ſanguinẽ fuderint Iſrael: qui cũ cęteris gẽtibus cõparatus, ſolus Hominis appellationẽ meretur. Et quia ciuitatẽ Hieruſalẽ (vniuerſę terrę delicias: & q̃ ad alias vrbes collata, ſola eſt digna Ciuitatis vocabulo) per rapi-

Ad verbum

18 Quid profuit ſcul-
ptile? quia ſculpſit
illud fictor eius,
conflatile, & do-
cens mendacium?
quia ſperauit fi-
ctor figmento ſuo
ſuper eo, ad facien-
dum vana muta?
19 Væ dicenti ligno:
Expergiſcere: ſuſ-
cita te, lapidi ta-
centi. Ipſe docebit?
Ecce ipſe cooper-
tus auro, & argen-
to: & omnis ſpiri-
tus non in interio-
ri eius.

Vulgata

Quid prodeſt ſcul-
ptile: quia ſculpſit
illud fictor ſuus cō-
flatile, & imaginē
falſam? quia ſpera-
uit in figmento fi-
ctor eius, vt faceret
ſimulacra muta?
Væ qui dicit ligno:
Expergiſcere: Sur-
ge, lapidi tacenti.
Numquid ipſe do-
cere poterit? Ecce
iſte coopertus eſt
auro & argento:
& omnis ſpiritus
non eſt in viſceri-
bus eius.

Ecphraſis.

nas, perq́; cædes exhauſerint: diripientes cuncta quæ habebat, & ciues in captiuitatem ducentes.

Numquid autem, vt non hæc patiantur, Chaldæis proderunt ſimulacra deorum, quibus fidunt, & honorē impēdunt? Nihil certe eos iuuabunt idola, neq; ab impendētibus malis, & prædictis calamitatibus vindicabunt. Nihil aliud prorſus cum ſint, quā opera mortalium artificum, ex foſſili materia vel ductili, conflata pro libito, vel ſculpta: & in falſam ac mendacem imaginem cuiuſpiam corruptibilis rei ab opifice configurata. Eo ſiquidē peruenit amētiæ cęca hominum ignorantia & credulitas: vt à lingno, vel metallo, vel lapide, ſperet ſe poſſe defēdi: quinetiam erudiri, ac beari: ſi in cuiuſpiā animantis inanimam & mutam cōformarit imaginem: & indito fallaci vocabulo, eſſe Belum, aut Dagonem, aut Iouem, aut Iunonem, aut Palladem mentiatur. Miſer omnino & infelix: qui ligno ſenſus prorſum experti preces fundit, & oratione ſolicitat. Vt aut ſibi ferat auxilium, aut certa de futuris oracula: aut de dubiis & obſcuris quęſtionib⁹ det aperta & certa reſponſa. Et vt hæc ab idolo aſſequatur, & ſe piū

ac

Digitized by Google

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		ac religioſum oſtendat: argento ueſtit & auro, turibulis & pateris munerat, donatiiſque opulentat opimis. Nec videt præ caligine mentis: nequaquã poſſe quemq̃ docere, nec prodeſſe cuiquam idolum, nulla prorſus anima viuens, nullo ducto ſpiritu reſpirans. Cum artifex figuram & formã, pro arbitrior potuerit inducere: at vitam, & ſpirabilem animum: quo viſcera refrigerantur, & quo vox articulata compingit: vllo pacto inferre nequiuerit.
20 Et Dominus in templo ſanctitatis ſuæ: ſile à faciebus eius omnis terra.	***Dominus autem in tẽplo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.***	Præterea, ſimulacra deorum (cum in ſe non valeant conſiſtere, ſintque rerum omnium egena) in anguſtis collocãtur ędiculis, fabrorum miniſterio conſtructis, multiplici reuincta ligamine, & variis fulcimentis innixa. At Dominus, qui haſce minas intẽtat, & prædictas calamitates infliget: non ab alio accepit, vt ſit, neque in templis manufactis moratur: etſi cælum atque terrã ipſe impleat. Verum in ſe, & apud ſe, fuit: & eſt, & erit, æternũ. Suamquemet diuinam eſſentiam, & ſuę templũ ſanctitatis inhabitat: ipſeq; ſuimet ab æterno habitatio & habitator exiſtit. Quì igitur valebũt idola, ab ipſo liberare Chaldęos, auertere prænunciata ne-

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
		ricula? Sileat, ſileat orbis terrarũ: & præ reuerẽtia & timore, in cõſpectu Dei obtumeſcat. Cedãt illi cuncta creata. Nec ſit quiſquam adeo vecors & amẽs, inſolens, ſuperbus, & arrogãs, vt cum illo decertare præſumat, aut eius impedire decreta. Nec ſit quiſquã, qui idolorum auxilio, aut alio quouis vindice fretus, eius poteſtatẽ euadere, & minas deuitare confidat. Et quidem cum his verbis ac minis, Deus mihi Habacuc reſpõdiſſet: prolixe Chaldæorum peccata, & his pœnas apparatas, recenſens: haud obſcure viſus eſt indicare: non populum Iudæorũ ob id, illis vlciſcendum dediſſe: quod eſſent iuſtiores Iudæis: aut quod gentem idololatram vellet diuitiis & gloria, adaugere, & illuſtriorẽ efficere. Porrouero, quid ad extremum decreuiſſet de populo Iudæorum, quemq; eſſet finem habitura captiuitas: adhuc Deus mihi non indicauit. Ergo, nihil certi lætique audiens, quod reſpondeam increpantibus me: quinetiam ex diuino reſponſo timidior & ſolicitior affectus de ſalute & libertate meorum: firmus in ſtatione perſiſtens, ſequẽti Deum oratione vrgere, & interpellare, perrexi.

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
1	ORATIO Habacuc ſuper ignorantiis.	*ORATIO Habacuc propheta pro ignorantiis.*	ORATIO, & obſecratio Habacuc: qua Dominũ obnixe precatur: ne diutius ſolicitũ ſe, ac ſuſpenſum animo teneat. Sed, quem occultauit hucuſque, Iudaicæ captiuitatis ſucceſum, ſibi iam dignetur oſtendere: neq; amplius huius rei ignorantia angi ſe, & torqueri patiatur.
2	Domine, audiui auditum tuum, timui.	*Domine, audiui auditionem tuam, & timui.*	Ex his, Domine, quæ ab initio ſermonis, de Iudæorum captiuitate & ſupplicio (quamuis durè interminatus) edixeras: non magno fui timore pculſus, ne delẽdi forent omnino: quantũuis ſæuiſſimis hoſtibus tradẽdos, & addicendos audirem. Quin bonam de illorum ſalute illud mihi conciliarat ſpem: Te nempe Deum noſtrum & Sanctum: pro veteri in Iudæos dilectione, proq; ſolita beneficientia: non illos in extremam perniciẽ: ſed in morum emendationem, & vitiorum curationem, Chaldęis, velut tuæ iuſtitię miniſtris, cędendos verberibus tradidiſſe. At hæc, quæ ad extremum audiui, de ipſorum vaſtatione Chaldæorũ: in metu me maximo poſuerunt, Iudęos in Babylone degẽtes, & ſeruitio Chaldæorum addictos: fore eorum calamitatibus inuoluendos, eorumque opprimendos ruinis.

Digitized by Google

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
Domine opus tuum in interiori annorum viuifica illud.	*Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud.*	Recordare Domine, quæſo te: populum hunc Iudæorum, tuum eſſe ſingulariter opus, tuam fabricam & plantationem haberi. Hunc eſſe, quem ex omnibus gentibus, in peculium tute tibi ſelegeris: & in eo excolendo & ornando, multũ quaſi ſumptus iam olim multumq; laboris impẽderis: eique (velut operi exacto, & quod tuum gloriareris agnoſci) ſtigma circumciſionis inuſeris. Memorare hæc Domine, quæſo te: & nequaquam opus tuum patiare, miſeriis Babyloniorum inuolui, obrui Chaldæorum ruina, ſimulq; cum illis deleri. Sed in tẽpore calamitoſo, in medioque infelicium annorũ Babylonicæ deſolationis, hunc viuum & incolumem ſerua: nec ſinas ab hoſtibus Chaldæorum, excindentibus Babylonem, excindi.
In interiori annorum notum facies, in ira miſericordiæ recordaberis.	*In medio annorum notum facies: cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.*	Nequaquam patieris, ſpero: quę tua in illũ fuit: perpetuo clemẽtia. Sed in medio triſtiũ annorũ excidii, & euerſionis Chaldęę: cum res prorſum deſperata videbitur, nullumq; patebit effugiũ: tũc tu, Domine, innoteſcere facies, te numquã miſericordiæ obliuiſci: neque in æſtu tui furoris & iræ, in perniciem populi tui, clementiam & lenitatem abiicere.

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			Cur hoc autem non ſperem de te? cũ præterita beneficia recorder: quę peccãti populo Iudęorũ, & crebro cõtra te rebellanti, pœnę promeritę loco, indefeſsè reponere ſueuiſti?
3	Deus à Theman veniet, & Sanctus de monte Pharan. Selah. Operuit cœlos decor eius, & laudis eius plena eſt terra.	*Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.*	Nonne populus Iſraël, ob multa & execranda facinora (quæ tum in Ægypto detentus: tum per tot ac tanta miracula ereptus ex Ægypto, commiſerat) aboleri penitus merebatur? cum Deus, tamquã horum ignarus, vel oblitus, ſe illis oſtẽdit? ſeq; illis communicauit amice? & pro pœna iniquitatis ac ſcelerum, beneficiis ingentibus munerauit? Nam profectus de montibus Idumææ, qui ſunt nobis Palæſtinis ad Auſtrum: denſiſſima & glorioſiſſima nube, ceu triumphali curru, deuectus: (quæ cælorum faciem operiens, fulguribus exardeſcebat creberrimis, & tonitribus perſtrepebat horriſonis) trãſiuit per deſertũ Pharã, & peruenit in mõtem Sinai: ad cuius radices Iudæi conſiſtentes, caſtra poſuerunt. In hoc monte decor & gloria: id eſt, ſigna clara & aperta, aſtantis atq; præſentis Dei, Iſraëlitis demonſtrata ſunt: laudabilibus operibus eius, ſupra curſum Naturæ conſuetum, totam illam aëris regio-
4	Et ſplendor vt lux erat.	*Splendor eius vt lux erit.*	

	Adverbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			nem,totum illum terræ tractum implentia. Nam & fumo,& nube condenſa, & facies & ſpecies cœlorum, ſolito magis contenebrata eſt: & perſtrepuit buccinæ clangor: atque vox diuina perſonuit: quæ tulit rectiſſimam legē: Iſraëlemq; in populum ſibi, & in regnum, & in peculium, aſſumſit. Ex quo clamor vndique populi,Deum laudantis, vehementius increpuit: tantamq; Dei dignationem, & glorioſum apparatum, mirantis. Apparuit enim aperte ſpecies Dominicæ gloriæ, inter denſam nubis caliginem,ſupra verticem,montis Sinai,in ſpeciem ignis ardētis.Qui Solis ſplēdorem ac lumen, lucis magnitudine vinceret: eiuſque conſpectum (vt Sol occultat ſtellarum) occuleret.
5	Cornua è manu eius ei, & ibi abſconſio fortitudinis eius. Ad facies eius iuit Mors, & egrediebatur Reſeph ad pedes eius.	*Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit Mors, & egredietur Diabolus ante pedes eius.*	Poſthæc, inſtar tauri ferocis: cui robur, atque pugnæ inſtrumentum,in geminis cornibus ſitum eſt: arma Deus fortitudinis ſuæ, & diuinæ executores vindictæ,pręmittens: nempe Mortem ac Diabolum: terram eſt Chananæorum ingreſſus: vt expulſis & deletis indigenis,Iſraëlitas inibi: collocaret.
6	Stetit, & menſus eſt terram. Vidit, & extirpauit gen-	*Stetit, & menſus eſt terram. Aſpexit,& diſſoluit Gē-*	HISQVE faciem Dei præcedentibus,& tamquam ſternen-

tibus

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
tes,& contriti ſunt montes perpetuitatis : incuruauerunt ſe colles ęternitatis, itineribus Æternitatis ei.	*tes,& contriti ſunt montes ſeculi : incurnati ſunt colles mundi, ab itineribus Æternitatis eius.*	tibus viam: regionis pulcerrimæ Chanaan compos Deus ac poſſeſſor ſtetit: illamq; populo ſuo funiculo ſuo menſorio diſtribuit. Neq; enim humano labore, aut induſtria,negotium peractum eſt. Sed ſolo diuino conſpectu,Deiq; vultus illumin: t'one, gentes illæ ſunt diſſolutę,& è terra euulſæ & extractæ. Cum & fortitudine, & numero, eſſent multò præſtantiores Iudæis. Et tamen vbicumque locorum Æternitas Dei perueniebat,quacumq; faciebat iter: ſedens nimirum in arca, & deducens populum Iſraël: vniuerſi reges ac principes, inſtar montium atque collium ſublimes, firmi, pręduri, & ſtabiles: non tulerunt grauitatem & pondus, calcantis & itinerantis Dei. Sed veſtigiis eius cedentes, tumore & elatione depoſitis, incuruati ſunt & contriti: id eſt,comminuti & deiecti.Qui, quod terram illam tot ſeculis,nullo diſturbante, tenuiſſent: & quia fulti vi gigantea, infinitaq; militum vi, nequaquam ſe caſuros timerent: eò forſitan elationis deuenerant: vt ſe æternos aut perpetuos iactarent : vel æternos fore,aut perpetuos, vulgo forſitan exiſtimarentur.

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
7	Pro iniquitate[labore, vanitate, nihilo] vidi tentoria Æthiopiæ contremuerunt, cortinæ terræ Madain.	*Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.*	Præterea, dum vetuſtas hiſtorias; & antiqua Dei beneficia, peccantibus Iſraëlitis exhibita, mecũ recolo, ac memoria reuoluo: video, loco pœnæ & laboris, quibus caſtigari & puniri, iniquitas Iſraëlitarum meruerat: Deum illis aſtitiſſe propitium, contra Madianitas AEthiopes, horumque turbaſſe tentoria, & copias innumeras barbarorum ad nihil propemodum redigiſſe. Neque id quidem multo apparatu, aut multo Iſraëlitarum labore, & armorum ac machinarum inſtructu: ſed pro nihilo, vel pro vanitate, commoti & tremefacti corruerunt. Vano nempe terrefacti terriculo, perculſique lymphatico metu, & (quod aiunt) peluis fulgore. Quippe qui à trecentis hominibus, neq; his etiã conſerẽtibus manũ: ſed, fractis & cõploſis lagenis, ardẽtes proferentibus lãpades, & tubarũ obſtrepentibus ſono: deterriti ac profligati ſunt.
8	Numquid in flumina iratus eſt Dominus? Numquid in flumina naſus tuus? Numquid in mare ira tua? Quia equitabis ſuper equos tuos, quadrigas tuas ſalus.	*Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? Qui aſcendens ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.*	Cum olim intumeſcentẽ Iordanẽ, ceu furiata mẽte dirũperes: & cum flante horriſono vẽto, ceu voce indignabũda & minaci, Mare diſſecares Arabicũ: numquid, Domine, hæc idcirco faciebas: quod flumina fortaſſe, vel mare, iniuria te aliquando affeciſſent,

ad

Ad verbum

9 Suſcitatione ſuſcitabitur arcus tuus, iuramenta tribubus dictum. Selah Fluuios ſcidiſti terra.

10 Viderunt te, reſederunt [conquieuerunt, expectauerunt] montes, inundatio aquarum transſiit: dedit abyſſus ſonitum ſuum, altitudo manus ſuas eleuauit.

Vulgata

9 *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. Fluuios ſcindes terra.*

10 *Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum tranſiit, dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit.*

Ecphraſis.

ad furoremque irritaſſent & irã? Certe nullum tibi cum aquis potuit eſſe rixę negotium, nulla irarum & furoris occaſio: cum tibi à cõditionis ſuæ exordio, tam vernaliter obſecundauerint. Verum ſuſcitans & adimplens promiſſa, & præſtita tribubus iuraméta (vt ſaluatum populum Iſraël, & ereptum ex Ægyptiorum tyrannide, in terrã promiſſionis induceres) aſcendebas nubes, ceu currum: & ventos, tamquam equos, agebas. Tuum arcũ exerebas è theca, & ſagittas è pharetra ſuccitabas. Quæ, dum populus tuus in Ægypto, duro impune premeretur ſeruitio, graui ſomno videbantur oppreſſa. Id eſt, omni armorum inſtructu, aduerſus impedientia Iſraël, ne in promiſſam terram tranſmitteret, validiſſime decertabas. Hac cauſa, non aquarum faſtidio, terra fluuios interſecuiſti. Nam confeſtim vt te fluuii viderunt, & Iordanis arcam aſpexit: in qua, ceu in ſolio regali, vel in curru triumphali, vehebaris: pars fluminis, inſtar montis, intumuit, & in cumulum aquarũ excreuit: dum in populum tuum tranſeuntem, & in arcam, vereretur incurrere. Pars vero præcipiti fuga, ingẽtiq; fragore decurrens: quaſi q̃

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			cederet Iſraëli: in ſaſiſſimũ mare defluxit. Inferior quippe vndatũ abyſſus, & aquarũ profundiſſimi gurgites, qui à ſiniſtris populo decurrebant: ingenti clamore & ſtrepitu, in mare præcipites ſe dederunt. Altior autẽ populo pars, quęque illi à dextris ſtaret: vndarum decurſus coërcuit, contraxitque lõgiſſima brachia, quibus ripas complecti ſueuerat: & manus, quibus terram attrectat, tamquam ſupplex tulit in cœlum, & quaſi venerabunda leuauit.
11	Sol, Luna ſtetit habitaculo ſuo, ad lucem ſagittarum tuarum ibunt, ad ſplendorem fulguris haſtæ tuæ.	*Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.*	Video inſuper atque mente contemplor: vicę punitionis ac pœnæ, ſceleribus debitæ Iudæorum, Deum illis tam adfuiſſe propitium: vt ad vocẽ vnicã Ioſue, Sol & Luna cœli in medio conſtiterint, nec vnius ſpatio diei, curſum in Occaſum intenderint. Nimirum, quò gens Iudæorũ de ſuis ſumeret aduerſariis vltionem. In quos etiam de nubibus Deus lapides magnos eiaculatus eſt: quibus plures Amorrhęorum, quam gladio Iſraëlitico, perierunt. Porrouero, cum per tenebras noctis Iudęi Amorrhęos inuaſiſſent: ad lucem armorum tuorum: nempe fulgurũ & fulminũ, Domine, quibus lapides ferebãtur permiſti, ibãt in cõtrarios illęſi. Tua mi-

ra-

Digitized by Google

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*

12 In ira incendes terram, in naſo triturabis gentes.

In fremitu conculcabis terram, in furore obſtupefacies gentes.

rabili diſpẽſatione faciẽte, vt quæ extremum inimitis excidium, & omnimodam, vaſtationem inferrent: eametipſa populi tui commoditatibus inſeruirent.

✠ Poſtq̃ vero Sol exortus illuxit, & in medium cœli cõſcendit, ipſe & Luna, ad imperium Ioſue, in cœlo conſtiterunt immoti: ſuoſque curſus ad exercitus Iſraël temparatunt commoditatem & vſum. Qui ſuis ergo luce, motu, & virtute, cuncta moderari ac metiri, ab initio conditionis acceperant: illo die Iſraëliticæ pugnæ, modum curſus, & tẽporis rationem, ab humano deſumpſere negotio. Modus namque pugnæ & vindictę, modum Aſtris definiuit itineris, facultatemq; fecit eũdi Soli & Lunę, parta victoria.

Ibant igitur Iſraëlitæ ad lucẽ iaculorũ tuorũ. Ibant Sol & Luna ſimiliter, ad armorũ tuorũ fulgorẽ: id eſt, ad exercit⁹ tui hoſtiũ debellationi faciendę, & vltioni, neceſſariũ ſpatiũ. Dũ tu, Domine, cũ ingẽti fragore fulgurũ: tonitruũ, & fulminũ magnorumq; lapidũ, furibundus proculcabas regionẽ Chanaã, & indigenas penitus cõterebas: adeoq; reddebas ſtupidos, vt nullus inimicorũ poſthac, cõtra tuos vel mutire p̃ſumpſerit.

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
13 Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.	*Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.*	Colebat populus Iſraël deorũ ſimulacra in Ægypto. Et tamen ſuſpectus Ægyptiis, quod nimioperè coaluiſſet, duriſſimis operis premebatur. Vniuerſique maſculi Iudæorum, mox vt nati in lucẽ prodiiſſent, ad necem crudeliter quærebantur. Ex quo certo videbatur futurũ: vniuerſum genus eorũ breui penitus extinctum iri. Sed tu, Domine, cum res Iudæorum deploratæ ſic viderentur, vt nil prorſus ſupereſſet ſpei: in ira miſericordię nõ immentor, Moyſen miro modo ſeruaſti. Ipſumq; deſignans, & vngens, tui populi Prophetã & ducẽ: qui in id temporis à populo tuo ſecretus & abditus videbaris, ꝙ eius opreſſionẽ negligeres: egreſſus es tãdem cũ Moyſe, non vtique greſſibus, ſed effectibus: vt illis ſalutẽ afferres, ſeruitioq; rigido liberares.
Percuſſiſti caput de domo Impii, denudãdo fundamẽtum vsque ad collum. Selah.	*Percuſſiſti caput de domo Impii, denudaſti fundamẽtum eius vsque ad collum.*	Ingreſſus cum Moyſe in Ægyptũ (terram primitus inhabitatã à nepotib⁹ impiiſſimi Chã: tunc autem domũ & regnum, impiiſſimi Pharaonis) tantis illã exagitaſti laborib⁹, tãtis incõmodis affeciſti: vt capita vniuerſa Ægyptiorũ prędolore fuerint attõſa, turpiq; caluitio percuſſa. Imo fuerũt corpora tota villis vniuerſis ac pilis, (ne quid ſupereſſet decoris) à

Ad verbum	Vulgata
14 Maledixiſti ad virgas eius, caput paganorum eius : turbinabūt ad diſpergendum me.	*Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorū eius : venientibus vt turbo ad diſpergendū me.*
15 Exultatio eorum quaſi ad comedendum afflictum in abſcondito. Calcare feciſti in mari equos tuos, luto aquarum multarū.	*Exultatio eorum ſicut eius, qui deuorat pauperem in abſcondito : Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarū multarū.*

Ecphraſis.

pedibus, corporis fundaméto, ad ipſum vſque collum nudata.

❧ Tot ac tātis malis vexaſti poſteros impiiſſimi Cham : vt pugnis, atque effero laniatu, caput p̄ dolore pcuterēt : & corporis honeſtiſſimā partem (nimirū illius fundamentum ſenſuūq; cunctorum initium) turpiter & ignominioſe nudarent. Quippe collo tenus tonderēt : id eſt, barbā cum capillis abraderent.

Ærumnis ingentibus affeciſti ſceptrigeros principes dom⁹ Chā totiuſque Ægyptiorum exercitus duces, & capita, perdidiſti. Vel, Simul cum ſceptrigeris ducibus, omnē quoq; populi ſummā tum militum tum paganorū, necaſti. Qui magno furore & tumultu, magno curruum & armorum inſtructu, inſtar turbinis deſæuientis, conuenerant, vt opprimerent me. Videlicet, vt populū meū, cuius ego repræſento perſonā, penitus internecione delerent : aut retractum in captiuitatem, totā per Ægyptum diſpergerent.

Cum enim (quaſi nullo negotio id conficere poſſent negotii) immodicè exultarent Ægyptii : cū nō aliter Iſraëlitas, hinc mari, hinc eremo cōclusos, inde copiis hoſtiū obſeſſos, ſe poſſe deglutire

Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
16 AVDIVI, & expauit vẽter meus, ad vocẽ palpitarũt labra mea. Ingreſſa eſt putredo in oſſa mea, & ſubtus mẽ expaui.	*AVdiui, & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter.*	putarent: q̃ latrones ſolent Ægyptii ſpoliare & deglutire viatorẽ, omni deſtitutũ auxilio, & in loco ſecretiori repertum: Cum ſic, inquã, exultarẽt AEgyptij; & veluti iã parta victoria, gloriabundi pęanas occinerẽt: tũc tu, Domine, equos tuos, id eſt, vẽtos, calcare Rubrũ Mare feciſti. Illoq; p illos diſſecto, expeditã ſtrauiſti viã: per q̃ populus Iſraël, non ſolũ nihil lęſus ab aquis: ſed à luto quoq; purus, tranſmitteret. At vero AEgyptii, demẽter Iudæorũ inſequẽtes veſtigia, ad vnũ vniuerſi perirent. DVM ego Habacuc in hunc modũ diuina beneficia, recẽſeo, rebellib[us] collocata Iudęis: ecce, voti cõpos effect[us], quid Dominus de populo meo decreuerit ad extremũ, audiui. Et de reb[us], & ſtatu meorum, deq; fine captiuitatis, accepi iucundiſſimum nuncium: quo poſſim conſolari Iudæos, & reſpondere increpantibus me. Vnde tam ingenti lætitia, atq; adeo impotẽti, corrept[us] ſum: vt intus viſcera mea ſint (quaſi præ timore) turbata: & vox foris balbutiendo, & labra palpitando, tremuerint. Imouero parum abfuerit, quin mortuus prę lętitia putreſcerem, & putridus vermibus ſcaterem.

Et

Ad verbum	Vulgata	Ecphraſis.
		✠ Et táquam introgreſſa fuiſſet in omnia mea oſſa putredo: genua ſic, atq; crura, tremuerũt. Itaque, à capite ad pedes, intra ſum & extra cõmotus: &, tamq̃ putredine tabuiſſent, oſſa conſiſtere nequiuerunt. ✠ Poſthac cõtentus occũbam, lętuſq; moriar, ac putrefiã, & in puluerẽ atq; vermes reſoluar. Nil iã moror. quin libenter admittã: in oſſa putredinẽ ingredi, & ſubter me vermibus ſcatere.
Qui requieſcam in die anguſtiæ, aſcendendo ad populum, excidet eũ. 17 Quia ficus non florebit, & nõ germen in vitibus: mentiebatur opus oliuæ, & arua non fecit cibum, abſcidit de ouili pecus, & non bos in bouilibus.	*Vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum: ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, mẽtietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum, abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus.*	Etenim futurũ audiui, vt Babylõ funditꝰ diruatur: omniaq; penitus vaſtãda ſint, ad humanę habitationis & vitæ victũ, & ſuſtẽtationẽ accõmoda. Nã cęſis, vel abductis colonis, terra prorſus ſqalore ſordeſcet: ceſſãteq; omnino cultura, nullos iã proferet fructus nulla emolumenta pręſtabit. Nõ groſſi è ficu ꝓ floribꝰ, nõ germẽ è vineis, prouenient. Oliuæ, baccarũ & olei ſolennẽ expectatiõẽ eludẽt. Nullos arua ſegetũ cibos, nullos carniũ animalia parabũt. Quęcũq; in alimentũ, & vſum vitę humanę, nõ ferinè degẽdę ſunt apta, deſiderabunt. Perpetuo Babylõ ſitu, veptis, & ſpinetis, horreſcet & feris atq; beſtiis immitibꝰ ꝓ placidis & mãſuetis pecudibꝰ, exinde habitationi futura eſt.

	Ad verbum	Vulgata	*Ecphraſis.*
			Hæc autẽ vniuerſa ei eueniẽt:vt ego,captiuitate ſoluta, ab anguſtia & oppreſſione quieſcã. Et liber,ac lętus, & honoratus, ꝓſtratis oppreſſoribus meis, in patriã deſideratã regrediar: ad illũ clariſſimũ cætũ parentũ, ac maiorũ meorũ,Patriarcharũ&Prophetarũ ſanctorũ,in ſepulchris Palęſtinę degentiũ:abſciſſum & ſublatũ de terra: ſed vero colliga.t.m à Deo,inſtar florũ fragrantiſſimorũ, in faſciculo ꝑpetuo viuentiũ.
18	Et ego in Domino gaudebo,lætabor in Deo ſalutę mea.	*Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.*	Ergo verſa vice Chaldæi, qui mę extorrẽ ę Palęſtina pepulerãt, extorres è Babylone pellent: exilioq; perpetuo multati,perpetuis in miſeriis lugebũt. At ego poſtliminio reuerſus, gaudebo atque lætabor in Domino, in Deo quidẽ ſaluatore meo.
19	Deus Dominus virtus mea, & ponet pedes meos tanquam ceruarum: & ſuper excelſa mea calcare faciet me, victorẽ in modulationib⁹ meis.	*Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum: & ſuper excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentem.*	Neq; enim fortitudine mea verũ Dei potentia & virtute,tantis è procellis euaſi,tantisq; è malis liberatus ſum. Et ille; nõ mea ingenii ſolertia,nõ robur,nõ bellica vis, pedes meos, tanq̃ pedes ceruorum,qui libenter mõtes altos inhabitãt,excelſis in mõtibus collocabit. Meq;, & hoſtiũ & laborũ victorẽ, in edita & amœniſſima iuga patrię meę Palęſtinę reducet: læta Deo victori epinicia, & laudes cũ cantico pſonantem.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRÆ DIVINÆ, QVÆ IN IIS EXEGEMATIBVS ELVCIDANTVR. PRIOR NVMERVS CAPVT VATICINII HABAcuc: poſterior notas interiori margini aſſcriptas oſtendit. At literę, Pr: Præfationem, numeri notas marginales ſignificant.

GENESIS.

CAP. I. verſu. 5. Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. 1. 56.

1. 14. Sint in ſigna & tempora. 1. 56.

3. 19. Puluis es, & in puluerem reuerteris. 1. 125.

4. 10. Vox ſanguinis fratris tui clamat. 2. 266.

4. 15. Vt non interficeret eum, omnis qui inueniſſet eum. 2. 355.

6. 11. Repleta eſt terra iniquitate. 2. 329.

8. 10. Expectatis autem vltra ſeptem diebus. 3. 94.

9. 18. Erant ergo filii Noe, qui egreſſi ſunt de arca Sem, Cham, & Iaphet. 3. 146.

9. 19. Tres iſti filii ſunt Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram. 3. 146.

10. 11. De terra illa egreſſus eſt Aſſur. 2. 207.

13. 1. Et Lot cum eo, ad Auſtralem plagam. 3. 29.

13.7. *Facta eſt rixa inter paſtores.1.45.*
14.6. *Vſq. ad campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine.3.33.*
14.23. *A filo ſubtegminis vſq. ad corrigiam caligæ.3.172.*
18.27. *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis.2.359.*
20.1. *Peregrinatus eſt in Geraris.3.82.*
21.33. *Et inuocauit ibi nomen Domini Dei Æterni.3.52.*
22.17. *Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.2.244.*
26.1. *Abiit Iſaac ad Abimelech regem Palæſtinorum in Gerara.3.83.*
27.27. *Ecce odor filii mei.1.27.*
27.29. *Incuruentur ante te filii matris tuæ.3.62.*
33.6. *Incuruati ſunt.3.62.*
36.8. *Habitauit Eſau in monte Seir, ipſe eſt Edom.3.21.*
36.30. *Iſti duces Horrhæorum.1.98.*
37.9. *Vidi per ſomnium, quaſi Solem & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.3.202.*
37.35. *Deſcendam ad filium meum lugens in Infernum.2.107.*
41.7.27. *Percuſſæ vredine.1.119.*
41.45. *Saluatorem mundi.3.60.*
43.28. *Incuruati adorauerunt eum.3.62.*
44.29. *Deducetis canos meos cum mœrore ad Inferos.2.107.*
45.26. *Quo audito Iſrael, quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis.3.223.*
45.27. *Reuixit ſpiritus eius.3.223.*
46.30. *Iam lætus moriar.3.213.*
47.29. *Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub femore meo, &c.3.230.*
47.31. *Qua iurante, adorauit Iſrael Dominum, conuerſus ad caput lectuli.1.96.& 3.202.*
48.6. *Reliquos autem, quos genueris poſt eos, tui erunt: & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis.3.146.*
49.10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda.3.195.*
49.14. *Accubans inter terminos.1.158.*
49.22. *Filiæ diſcurrerunt ſuper murum.3.105.*
49.25. *Benedictionibus abyſſi iacentis deorſum.3.91.*
49.27. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam.1.86.*

50.24.

Digitized by Google

50. 25. Aſportate oſſa mea vobiſcum.3.230.

EXODVS.

CAP. II. verſu.16. Erant autem ſacerdoti Madian ſeptem filiæ. 3.75.
3.5. Solue calceamentum de pedibus tuis.3.172.
3.16. Viſitans viſitaui vos.2.39.
4.21. Ego indurabo cor eius.1.32.
5.21. Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone.1.27.
6.3. Et nomen meum Adonai non indicaui eis.2.356.
11.10. Indurauit Dominus cor Pharaonis.1.32.
14.17. Ego indurabo cor Ægyptiorum.1.32.
14.21. Abſtulit mare Dominus flante vento vehementi.3.97.
14.31. Et manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos. 3.45.
15.2. Laus mea Dominus.3.38.
15.14. Aſcenderunt populi, & irati ſunt.1.157.
20.18. Cunctus autem populus videbat voces.1.27.
23.28. Terrorem meum mittam in præcurſum tuum.3.50.
32.9. Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos.2.10.
34.29. Ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua.3.22.

LEVITICVS.

CAP. III. verſu.17. Nec ſanguinem nec adipem omnino comedis.2.355.
41.1. Non vos incidetis, nec facietis caluitium ſuper mortuo.3.171.
18.5. Cuſtodite leges meas, atq; iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. 2.27.
23.3. Omne opus non facietis.2.355.
16.6. Dormietis, & non erit qui exterreat.1.157.

NVMERI.

CAP. I. verſu.5. Ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael de tribu in tribum.3.196.
2.17. Singuli per loca & ordines ſuos proficiſcantur.3.93.
6.18. Tunc radetur Nazaræus.3.120.
10.11. Recubuit nubes in ſolitudine Pharan.3.30.

10.33. Profecti ſunt de monte Domini viam trium dierum, &c. 3. 30.
11.6. Anima noſtra arida eſt. 2.116.
11.20. Donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam. 2.316.
11.23. Numquid manus Domini inualida eſt? 3.45.
12.1. Propter vxorem eius Æthiopiſſam. 3.75.
13.27. In deſertum Pharan, quod eſt in Cades. 3.31.
17.2. Accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cunctis Principibus tribuum. 3.194.
18.2. Et ſceptrum patris tui ſume tecum. 3.194.196.
20.16. Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis. 3.31.
21.14. Sicut fecit in Mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. 3.98.
23.8. Quomodo maledicam cui non maledixit Deus? 3.182.
24.8. Oſſaq́ eorum confringent. 1.90.
31.2. Et ſic colligeris ad populum tuum. 3.229.
33.4. Nam & in diis eorum exercuerunt vltionem. 1.144.
33.16. Sed & de ſolitudine Sinai egreſſi, venerunt ad ſepulchra concupiſcentiæ. 3.30.
33.17. Profectique de ſepulchris concupiſcentiæ, caſtrametati ſunt in Haſeroth. 3.30.
34.4. Et perueniant à Meridie vſque ad Cadesbarne. 3.31.
35.6. In campeſtribus Moab. 1.107.

DEVTERONOMIVM.

CAP. I. verſu. 1. Inter Pharan & Thophel. 3.34.
1.2. Vndecim diebus de Horeb, per viam montis Seir, vſque ad Cadesbarne. 3.31.
3.8. A torrente Arnon vſque ad montem Hermon, quem Sidonii Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir. 2.317.
4.31. Deus miſericors Dominus Deus tuus eſt. 1.142.
4.49. Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo. 1.124.
7.20. Inſuper & crabrones mittet Dominus. 3.50.
8.7. Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum, &c. 3.245.

11.10.Terra ad quam ingredieris poſſidendam, non eſt ſicut terra Ægypti, &c.3.245.
11.26.En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem & maledictionem.2.2.
17.8.Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris.1.45.
19.9.Si tamen cuſtodieris mandata eius.2.2.
23.12.Habebis locum extra caſtra.3.93.
25.9.Tollet calceamentum de pede eius.3.172.
27.19.Maledictus qui peruertit iudicium.1.44.
28.24.Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem.1.133.
28.49.In ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu.1.118.
29.18.Familia aut tribus.3.196.
32.13.Conſtituit eum ſuper excelſam terram.3.245.
32.37.Vbi ſunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam?2.335.
32.42.De cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.3.123.
32.49.Iungeris populis tuis.3.229.
33.2.Dominus de Sinai venit, &c.3.21.22.
33.13.Atque abyſſo ſubiacente.3.91.
33.17.In ipſis ventilabit gentes.3.41.

IOSVÆ.

CAP. IIII. verſu.12.Dimidia tribus Manaſſe.3.196.
6.2.Ecce dedi in manus tuas Iericho.2.324.
10.21.Nullus contra filios Iſrael mutire auſus eſt.2.359.
24.19.Deus enim ſanctus & fortis æmulator eſt.3.105.
24.20.Si dimiſeritis Dominum, & ſeruieritis diis alienis, conuertet ſe.2.3.

IVDICES.

CAP. V. verſu.4.Domine cum exires de Seir, & tranſires per regiones Edom.3.21.36.
9.33.Irrue ſuper ciuitatem.1.113.
11.24.Quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit.3.249.
15.8.Ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent.3.178.
16.23.Vt immolarent hoſtias magnificas Dagon Deo ſuo.1.164.

Digitized by Google

REGVM PRIMVS.

CAP. II. verſu.6.Deducit ad Inferos & reducit.2.114.
2.27. Numquid non aperte reuelatus ſum domui patris tui, cum eſſet in Ægypto,in domo Pharaonis.3.137.
5.4. Porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo.1.164.
12.23. Abſit à me hoc peccatum in Domino,vt ceſſem orare pro vobis. 2.6.
13.13. Iam nunc Dominus preparaſſet regnum tuum.2.274.
14.27. Extenditq́ ſummitatem virgæ.3.194.
18.9. Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid.1.146.
21.5. Et quidem ſi de mulieribus agitur.3.225.
25.16. Pro muro erant nobis.1.58.
25.28. Faciens faciet Dominus.2 39.
25.29. Erit anima domini mei cuſtodita,quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum.3.229.
27.8. Agebant prædas de Geſſuri.1.113.
27.10. In quem irruiſtis hodie.1.113.
27.11. Virum & mulierem non viuificabat Dauid.3.16.

REGVM SECVNDVS.

CAP. VII. verſu.19. Sed & hoc parum viſum eſt.1.100.
12.3. Pauper autem nihil habebat.3.189.
12.13. Dominus tranſtulit peccatum tuum.3.64.
17.13. Circumdabit omnis Iſrael ciuitati illi funes. 1.137.
18.3. Tu vnus pro decem millibus computaris.1.98.
20.10. Si ſuffecerit puluis Samariæ.1.133.
22.4. Laudabilem innocabo Dominum.1.97.

REGVM TERTIVS.

CAP. II. verſu. 5. Colebat Salomon Aſtarthen deam Sidoniorum.1.164.
11.18. Cumq́ ſurrexiſſent de Madian,venerunt in Pharan, tuleruntq́ ſecum viros de Pharan.3.33.
14.10. Sicut mundari ſolet fimus vſq́ ad purum.2.27.
22.8. Sed ego odi eum,quia non prophetat mihi bonum,ſed malum.2.5.
22.11. His ventilabis Syriam.3.41.

REGVM QVARTVS.

CAP. III. verſu. 18. Parumq́; eſt hoc in conſpectu Domini. 1. 100.
15. 29. In diebus Phaceeregis Iſrael venit Theglath-Phal-Aſar rex Aſſur. 2. 216.
17. 6. Poſuitq́; eos in Hala, & in Habor, iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum 2. 204.
17. 24. Adduxit autem rex Aſſyriorum de Babylone. 2. 210.
19. 12. Gozan videlicet. 2. 204.
20. 12. In illo tempore miſit Berodach Baladam rex Babyloniorum literas & numera ad Ezechiam. 2. 206. 207. 213. 214.
21. 8. Si tamen cuſtodierint opere omnia, quæ præcepi eis. 2. 3.
21. 13. Et delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ. 2. 26.
24. 12. Et ſuſcepit eum rex Babylonis anno octauo regni ſui. 2. 228.
25. 27. Factum eſt vero in anno trigeſimo ſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iuda, menſe duodecimo, vigeſima ſeptima die menſis, &c. 2. 228.

PARALIPOMENON. I.

CAP. V. verſu. 26. ſuſcitauit Deus Iſrael ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Thelgath-Phalnaſar regis Aſſur. 2. 216.
11. 23. Deſcendit igitur ad eum cum virga. 3. 194.
14. 13. Alia etiam vice Philiſtiim irruerunt, & diffuſi ſunt in valle. 1. 114.
29. 11. Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria atq́; victoria, 3. 249.

PARALIPOMENON. II.

CAP. XIIII. verſu. 9. Egreſſus eſt contra eos Zara Æthiops. 3. 82.
20. 9. Si irruerint ſuper nos mala, gladius iudicii. 1. 144.
21. 16. Suſcitauit Dominus contra Ioram ſpiritum Philiſthinorum & Arabum, qui confines ſunt Æthiopibus. 3. 85.
25. 13. Diffuſus eſt in ciuitatibus Iuda. 1. 114.
28. 18. Diffuſi ſunt per vrbes campeſtres. 1. 114.
32. 31. Vt interrogarent de portento. 2. 213.
34. 28. Iam colligam te ad patres tuos. 3. 229.

36.20. Si quis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit Regi, & filiis eius, donec imperaret rex Perſarum. 2. 202.
36.23. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus. 2. 201.

ESDRÆ PRIMVS.

CAP. I. verſu. 2. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus. 2. 201.
4.2. A diebus Aſor-Haddon regis Aſſur. 2. 210.
4.10. Quas tranſtulit Aſenaphar. 2. 210.

ESDRÆ SECVNDVS.

CAP. II. verſu. 5. Ad ciuitatem ſepulchri patris mei. 3. 230.
13.25. Et cecidi ex eis viros, & decaluaui eos. 3. 131.

TOBIAS.

CAP. I. verſu. 16. In Rages ciuitatem Medorum. 2. 204.

IVDITH.

CAP. I. verſu. 7. Tunc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, & miſit, &c. 2. 317.
8.26. Et nos non vlciſcamur nos pro his quæ patimur. 1. 143.

ESTHER.

CAP. I. verſu. 3. Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui. 3. 37.
4.11. Niſi forte Rex auream virgam ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ. 3. 200.
5.2. Extendit contra eam virgam auream. 3. 200.
8.4. At ille ex more ſceptrum aureum protendit manu, quo ſignum clementiæ monſtrabatur. 3. 200.

IOB.

CAP. I. verſu. 9. Nonne tu vallaſti eum. 1. 57.
1.20. Tonſo capite corruens in terram. 3. 171.
3.8. Maledicant ei, qui maledicunt diei. 3. 182.
4.4. Genua trementia confortaſti. 3. 216.
5.7. Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. 3. 48. 49.
8.6. Paccatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. 2. 103.

9.26. *Sicut aquila volans ad eſcam.* 1.118.
11.8. *Profundior Inferno.* 2.108.
13.28. *Qui quaſi putredo conſumendus ſum.* 3.219.
14.16. *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti.* 3.225.
15.33. *Lædetur quaſi vinea.* 2.328.
17.11. *Dies mei tranſierunt.* 1.132.
17.14. *Putredini dixi, Pater meus es.* 3.219.
17.16. *In profundiſſimum Infernum deſcendent omnia mea.* 2.108.
19.7. *Ecce clamabo vim patiens.* 1.41.
19.9. *Abſtulit coronam de capite meo.* 3.124.
19.21. *Manus Domini tetigit me.* 3.45.
19.23. *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei.* 2.17.
21.13. *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad Inferna deſcendunt.* 3.66.
25.6. *Homo putredo.* 3.219.
26.6. *Nudus eſt Infernus coram illo.* 2.108.
27.15. *Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.* 2.25.
27.16. *Si comportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta.* 2.128.
28.24. *Fines mundi intuetur.* 3.60.
30.17. *Nocte os meum perforatur doloribus.* 3.183.
30.27. *Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie.* 3.217.
35.14. *Iudicare coram illo, & expecta eum.* 3.94.
36.17. *Cauſam iudiciumque recipies.* 1.44.
38.17. *Numquid apertæ ſunt tibi portæ Mortis?* 2.114.
39.16. *Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui.* 2.247.
39.30. *Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum?* 2.255.
40.19. *In ſudibus perforabis nares eius.* 3.180.
42.14. *Cornuſtibii.* 3.44.

PSALMI.

PSAL. II. *verſu.* 1. *Quare fremuerunt Gentes.* 1.176.
4.5. *Iraſcimini, & nolite peccare.* 3.220.
5.7. *Viri ſanguinum & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos.* 2.273.

7.1. Pſalmus Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chuſi, filii Iemini.3.2.
7.17. In verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.2.329.
9.15. Qui exaltas me de portis Mortis.2.114.
9.17. Cognoſcetur Dominus iudicia faciens.2.280.
9.19. Non in finem obliuio erit pauperis.1.53.
9.28. Sub lingua eius labor & dolor.3.88,
9.30. Oculi eius in pauperem reſpiciunt.3.189.
10.4. Dominus in templo ſancto ſuo.2.358.
10.6. Pars calicis eorum.2.311.
10.11. Ne videat in finem.1.53.
12.2. Vſquequo Domine obliuiſceris me in finem.1.53.
13.15. Illic trepidauerunt timore.3.220.
15.5. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.2.311.
17.3. Et cornu ſalutis meæ.3.42.
17.4. Laudans inuocabo Dominum.1.97.
17.6. Funes Inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei Mortis.2.110.
17.34. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.3.243.
17.47. Exaltetur Deus ſalutis meæ.3.241.
20.9. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.3.45.
21.15. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.3.217.
22.4. Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis.3.17.
22.5. Calix meus inebrians quam præclarus eſt.2.311.
23.2. Super flumina præparauit eum.2.274.
25.5. In die malorum protexit me.3.227.
26.12. Ne tradas me in animas tribulantium me.2.116.
30.10. Conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. 3.217.
30.18. Domine non confundar, quoniam inuocaui te.2.260.
31.10. Miſericordia circumdabit.1.57.
32.7. Congregans ſicut in vtre aquas maris.3.186.
32.12. Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius.3.47.136.
33.8. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.1.57.
34.1. Indica Domine nocentes me.1.46.

34.11.

34.11. Quæ ignorabam interrogabant me. 3. 3.
36.1. Noli æmulari in malignantibus, &c. 2. 61.
36. 6. Educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. 1. 55.
36.15. Arcus eorum confringatur. 3. 105.
36.19. In diebus famis ſaturabuntur. 3. 227.
36.23. Apud Dominum greſſus hominis dirigentur. 3. 105.
36.28. Quia Dominus amat iudicium. 1. 56.
37.20. Inimici autem mei viuunt. 2. 73.
39.5. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius. 1. 136.
40.3. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum. 3. 16.
41.4. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes. 2. 309.
43.6. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. 3. 41.
44.8. Propterea vnxit te Deus. 3. 113.
47.3. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, &c. 2. 241.
47.13. Circumdate Sion, & cõplectimini eam, narrate in turribus eius. 2. 333.
48.5. Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in pſalterio propoſitionem meam. 2. 121.
48.10. Viuet adhuc in finem. 1. 53. & 3. 250.
48.18. Quoniam cum interierit, non ſumet omnia. 2. 355.
50.5. Peccatum meum contra me eſt ſemper. 1. 37.
51.4. Sicut nouacula acuta feciſti dolum. 1. 77.
54.11. Labor in medio eius. 1. 38.
54.24. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. 2. 273.
56.5. Lingua eorum gladius acutus. 1. 77.
56.7. Incuruauerunt animam meam. 2. 62.
59.8. Conuallem tabernaculorum metibor. 3. 57.
64.7. Præparans montes in virtute tua. 2. 274.
65.4. Omnis terra adoret te. 2. 359.
65.5. Qui aſcendit ſuper occaſum. 1. 107.
65.6. Qui conuertit mare in aridã, in flumine pertranſibunt pede. 3. 23.
67.7. Qui habitant in ſepulchris. 1. 173.
67.14. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ. 1. 155. 157.

Digitized by Google

67.35. Magnificentia Dei, & virtus eius in nubibus.3.102.
68.10. Zelus domus tua comedit me.1.36.
68.24. Dorſum eorum ſemper incurua.3.63.
68.28. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.1.32.
69.6. Ego vero egenus & pauper ſum.3.189.
70.20. Et de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.3.91.
71.9. Coram illo procident Æthyopes.3.62.84.
71.15. Viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ.2.73.
73.2. Mons Sion in quo habitaſti in eo.3.47.
73.14. Tu confregiſti capita draconis dediſti, eum eſcam populis Æthyopum.3.84.
73.15. Tu ſiccaſti fluuios Ethan.3.98.
73.22. Surge Domine, iudica cauſam tuam.1.46.
74.5. Nolite exaltare cornu.3.41.
74.9. Quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto.2.297.310.
75.4. Ibi confregit potentias arcuum.3.48.
76.17. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt.3.96.97.
77.2. Aperiam in parabolis os meum.2.121.
77.13. Statuit aquas quaſi in vtre.3.186.
77.15. Interrupit petram in eremo. &c.3.24.
77.48. Et poſſeſſionem eorum igni.3.48.
77.49. Miſit in eos iram indignationes ſua, &c.3.43.
77.51. In tabernaculis Cham.3.162.
77.54. Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.3.57.
77.64. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorũ non plorabantur.3.25.
78.6. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt.1.139.
79.6. Potum dabis nobis in lacrymis.2.309.
80.13. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum.1.32.
81.8. Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.1.63.&.3.183.
86.1. Diligit Dominus portas Sion.2.242.
86.4. Ecce Alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthyopum, hi fuerunt illic.3.85.
88.3. In cœlis preparabitur veritas tua in eis, 2.274.

88.9.

88.9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* 2.11.
88.12. *Aquilonem & Mare tu creaſti.* 3.28.
88.33 *Viſitabo in virga iniquitates eorum.* 1:33.
88.34. *Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo.* 1.142.
88.49. *Quis eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem, eruet animã ſuam de manu Inferi?* 2.110.
89.10. *Quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur.* 1.34.
89.10. *Amplius eorum labor & dolor.* 3.88.
90.5. *A ſagitta volante in die.* 3.48.
92.3. *Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam.* 3.95.
93.21. *Captabunt in animam iuſti.* 3.227.
101.10. *Potum meum cum fletu miſcebam.* 2.302.309.
102.5. *Renouabitur vt aquila iuuentus tua.* 1.118.& 3.174.
103.3. *Qui ponis nubem & aſcenſum tuum* 3.100.
103.7. *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.* 3.97.
103.18. *Illic paſſeres nidificabunt.* 1.160.
103.18. *Montes excelſi ceruis.* 3.250.
103.20. *Catuli leonum rugientes.* 1.82.
103.25. *Illic reptilia, quorum non eſt numerus.* 1.150.
103.25 *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus.* 3.93.
104.13. *Nolite tangere Chriſtos meos.* 3.113.
104.23. *Iacob accola fuit in terra Cham.* 3.162.
104.27. *Et prodigiorum in terra Cham.* 3.162.
105.3 *Beati qui cuſtodiunt iudicium.* 1.55.
105.9. *Et increpuit Mare rubrum.* 3.97.
105.22. *Mirabilia in terra Cham.* 3.162.
106.18. *Appropinquauerunt vſque ad portas Mortis.* 2.114.
106.37. *Et fecerunt fructum natiuitatis.* 3.238.
108.6. *Diabolus ſtet à dextris eius, &c.* 3.43.
109.6. *Conquaſſabit capita in terra multorum.* 3.136.
109.6. *Iudicabit in nationibus.* 3.183.
113.2. *Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius.* 1.74.
113.5. *Quid eſt tibi Mare, quod fugiſti? &c.* 3.97.
113.5. *Mare vidit & fugit, &c.* 3.188.

118.137.*Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* 3.105.
119.3. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam, &c.* 2.264.
119.4.*Cum carbonibus deſolatoriis.* 1.89.
121.3. *Cuius participatio eius in idipſum.* 1.136.
137.7.*Si ambulauero in medio tribulationis.* 3.17.
139.12.*Vir linguoſus non dirigetur in terra.* 2.63.
142.4.*Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi.* 1.173.

PROVERBIA.

CAP. II. verſ. 13. *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas.* 2.75.
6.12. *Homo apoſtata, vir inutilis.* 2.102.
6.23.*Mandatum lucerna eſt.* 1.52.
6.30.*Furatur enim, vt eſurientem impleat animam.* 2.116.
9.2.*Miſcuit vinum.* 2.307.
11.26.*Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis.* 3.182.
11.31. *Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator.* 2.204.
15.11.*Infernus & perditio coram Domino.* 2.109.
15.18.*Vir iracundus prouocat rixas.* 1.47.
16.28.*Homo peruerſus ſuſcitat litem.* 1.47.
18.8.*Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris.* 3.217.
22.10.*Eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgium.* 1.47.
23.29.*Cui Væ? cuius patri væ, &c.* 2.99.
23.30.*Et ſtudent calicibus epotandis.* 2.307.
26.22.*Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima ventris.* 3.217.
27.20.*Infernus & perditio nunquam implentur.* 2.109.
28.10.*In interitu ſuo corruet.* 3.63.
29.23.*Superbum ſequitur humilitas.* 2.100.
30.15.*Tria ſunt inſaturabilia, &c.* 2.109.
30.17.*Comedantem filii aquila.* 1.118.

ECCLESIASTES.

CAP. IIII. verſ. 13. *Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto.* 3.189.

CANTICVM CANTICORVM.

CAP. I. verſu.8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Praef. 30.
1.13. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. 2.326.
3.10. Aſcenſum purpureum. 3. 100.
3.11. Videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua. 2.319.
4.8. Veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis. 2. 318. 322.
5.1. Veni in hortum meum Soror mea, &c. 2. 324.
8.6. Fortis eſt vt Mors dilectio, &c. 2.112. & 3. 44.
8.6. Lampades eius lampades ignis. 3. 48.

SAPIENTIA.

CAP. I. verſu. 14. Quoniam Deus Mortem non fecit, &c. 2.111.
2.7. Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, &c. 2. 326.
3.1. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. 3. 229.
5.6. Ergo errauimus à via veritatis. & iuſtitia lumen non luxit nobis. 2.75.
10.14. Donec afferret illi ſceptrum regni. 3.201.
16.13. Deducis ad portas Mortis & reducis. 2. 114.
17.10. Cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis. 2. 74.
19.7. Ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in Mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. 3. 98. 187.

ECCLESIASTICVS.

CAP. XIX. verſu. 3. Qui ſe iungit fornicariis, erit nequam, putredo & vermes hæreditabunt illum. 3.219.
21.9. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. 2. 255.
27.30. Facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur. 2. 262.
28.25. Vtilis potius Infernus, quàm illa. 2. 112.

31.25. *Si coactus fueris in edēdo multū ſurge è medio, & vome.*2.314.
39.1. *Sapientiam antiquorum exquiret ſapiens,&c.*2.122.
38.17. *Obaudite me diuini fructus,&c.*3.229.
47.7. *In decem millibus glorificauit eum.*1.98.
48.7. *Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defenſionis.* 3.35.

ISAIAS

CAP.I. *verſ.*20.*quod ſi nolueritis, & me ad irraundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.*2.3.
1.22. *Vinum tuum miſtum eſt aqua.*2.307.
2.11. *Oculi enim ſublimes hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo Virorum.*2.62.
2.18. *Idola penitus conterentur.*3.105.
3.17. *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion.*3.122.
3.17. *Dominus crinem earum nudabit.*3.164.
5.1. *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei.*3.15.
5.4. *Expectaui vt faceret vuas,& fecit labruſcas.*3.238.
5.14. *Propterea dilatauit Infernus animam ſuam.*2.112.116.
5.22. *Viri fortes ad miſcendam ebrietatem.*2.299.308.
5.27. *Nec rumpetur corrigia calceamenti eius.*2.172.
6.10. *Excaeca cor populi huius.*1.52.
7.20. *In die illa radet Dominus in nouacula conducta, in iis qui trans flumen ſunt in Rege Aſſyriorum caput, & pilos pedum, & barbam.* 3.177.174.
8.7. *Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis,&c* 2.282.
9.4. *Virgam humeri eius,& ſceptrum exactoris eius ſuperaſti.*3.193.
9.6. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.*3.193.
10.5. *Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt.*2.251. & 3.44.
11.9. *Quia repletum eſt terra ſcientia Domini ſicut aqua maris operientes.*2.280.
13.9. *Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus.* 2.40.
13.20. *Non habitabitur vſque in finem* 3.250.
13.21. *Sed requieſcent ibi beſtiæ.*3.84.
14.5. *Virgam Dominantium.*3.194.

14.11.

14.11. *Subter te ſternetur tinea.3.219.*
14.11. *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua.2.40.*
14.11. *Concidit cadauer tuum.2.51.*
17.12. *Væ multitudo populorum, vt multitudo maris ſonantis.2.282.*
18.1. *Væ terræ Cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Ethiopiæ.3.98.*
19.4. *Tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium.3.105.*
19.14. *Dominus miſcuit in modio eius ſpiritum vertiginis 2.307.*
21.2. *Aſcende Ælam, Obſide Mede.2.40.*
21.3. *Propterea impleti ſunt lumbi mei dolore, &c.3.206.207.*
21.4. *Tenebræ ſtupefecerunt me. 2.51.*
21.5. *Pone menſam, contemplare in ſpecula.2.138.51.*
21.8. *Super ſpeculam Domini ego ſum.2.6.*
21.9. *Ecce iſte venit aſcenſor vir bigæ equitum.2.236.*
22.12. *Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum ad cilicium.3.128.*
22.22. *Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius.3.193.*
24.23. *Et erubeſcet Luna, & confundetur Sol.1.102.*
25.12. *Præcipitabit Mortem in ſempiternum.2.111.*
26.5. *Incuruabit Dominus habitantes in excelſo.2.62.& 3.23.63.*
26.19. *Viuent mortui tui.1.173.*
28.2. *Ecce validus, & fortis Dominus ſicut impetus grandinis, Turbo confringens, &c.2.282.*
28.8. *Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu. 2.313.*
28.9. *Quem docebit ſcientiã, aut quẽ intelligere faciet auditũ? 3.12.*
28.15. *Percuſſimus fœdus cum Morte, & cum Inferno fecimus pactũ 2.109.111.*
29.3. *Iaciam contra te aggerem.1.133.*
29.9. *Obſtupeſcite, & admiramini.1.63.*
29.23. *Sed cum viderit filios ſuos, opera manuum mearum.3.14.*
30.8. *Scribe ſuper buxum.2.19.*
30.10. *Loquimini nobis placentia. 2.5.*
30.28. *Spiritus eius velut torrens inundans.2.282.*
33.1. *Væ qui prædaris, non ne & ipſe prædaberis? 2.134.*
33.3. *Ab exaltatione tua diſperſæ ſunt Gentes.1.176.*
34.2. *Quia indignatio Domini ſuper omnes Gentes. 1. 176.*
34.14. *Et occurrent Dæmonia. 3.84.*

36.6. *Intrabit in manum eius, & perforabit eam.* 3. 186.
37.7. *Audiet nuncium.* 3. 12.
37.12. *Quos ſubuerterunt patres mei Gozam.* 2. 204.
38.10. *Vadam ad portas inferi.* 2. 114.
38.18. *Quia non Infernus confitebitur tibi, neq; Mors laudabit te.* 2. 190.
39.1. *In illo tempore miſit Merodach Baladam, filius Baladam, rex Babylonis, libros, & munera ad Ezechiam.* 2. 206. 114.
39.3. *De terrâ longinquâ venerunt ad me, de Babylone.* 1. 116.
40.2. *Suſcepit Ieruſalem de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.* 3. 68.
40.31. *Aſſument pennas vt aquila.* 1. 118.
42.3. *In veritate educet iudicium, &c.* 2. 188.
43.1. *Noli timere, quia redimi te.* 1. 142.
44.27. *Qui dico profundo, deſolare, & flumina tua arefaciam.* 2. 51. 138. 150.
44.28. *Qui dicô Cyro, Paſtor meus es.* 2. 40. 150.
45.1. *Hac dicit Dominus Chriſto meo Cyro.* 3. 114.
45.4. *Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electum meum.* 2. 239.
45.11. *Super opus manuum mearum mandate mihi.* 3. 14.
47.9. *Venient tibi duo hac ſubito in die vna, ſterilitas & viduitas.* 3. 234.
47.11. *Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius.* 2. 137.
48.5. *Predixi tibi ex tunc, antequam venirent indicaui tibi, ne forte diceres, Idola mea fecerunt hac.* 2. 7.
49.2. *Poſuit os meum quaſi gladium acutum.* 1. 77.
49.6. *Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus.* 1. 100.
49.23. *Vultu in terram demiſſo adorabunt te.* 3. 62.
51.9. *Vulneraſti draconem.* 3. 84.
51.9. *Numquid non tu percuſſiſti ſuperbum.* 3. 137.
51.14. *Non interficiet vſq; ad internecionem.* 1. 173.
51.17. *Vſq; ad fundum calicis ſoporis bibiſti.* 2. 295.
53.1. *Qui credidit auditui noſtro.* 3. 12.
59.1. *Non eſt abbreuiata manus Domini.* 3. 45.
59.6. *Opera eorum, opera inutilia.* 3. 88.
59.7. *Cogitationes eorum, cogitationes inutiles.* 3. 88.

60.5.Tunc videbis,& afflues,& mirabitur,& dilatabitur cor tuum.3. 220.
60.6.Inundatio camelorum operiet te.2.331.
60.21.Populus autem tuus omnes iuſti.3.15.
61.10.Quaſi ſponſum decoratum corona.2.319.
64.8. Et nunc Domine pater noſter es tu,nos vero lutum.3.15.
65.11.Qui ponitis Fortuna menſam.2.299.

IEREMIAS.

CAP. IIII. verſ.13.velociores aquilis equi illius.1.118.
4.16.Cuſtodes venire de terra longinqua.1.116.
5.6.Lupus ad veſperam vaſtauit eos.1.105.107.82.
5.15.Adducam ſuper vos gentem de longinquo.1.116.
7.16.Non obſiſtas mihi.2.50.
7.18.Vt faciant placentas regina cœli.1.164.
8.14.Potum dediſti nobis aquam fellis.2.290.
9.15.Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio,& potum dabo eis aquã fellis.2.290.
11.3.Maledictus vir,qui non audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus veſtris,&c.3.104.
11.23.Annum viſitationis eorum.3.17.
12.7.Reliqui domum meam,&c.2.247.
13.22.Propter multitudinem iniquitatis tuæ, reuelata ſunt verecundiora tua.3.133.
16.6.Neq; caluitium fiet pro eis.3.171.
18.14.Numquid deficiet de petra nix Libani?2.317.
22.6.Galaad tu caput Libani.2.329.
22.18.Non plangent eum,væ frater, &c.2.272.
23.12.Annum viſitationis eorum.3.17.
23.15.Cibabo eos abſinthio,& potabo eos felle.2.290.
23.33.Quod eſt Onus Domini.1.23.
23.39.Tollam vos portans.1.25.
25.5. Sume calicem vini furoris huius.2.311.& 140.
25.12.Cumq; impleti fuerint ſeptuaginta anni.2.199.
25.16.Bibent,& turbabuntur.2.290.
25.24.Et cunctis Regibus Arabiæ.1.106.

Digitized by Google

25.26. Rex Seſach bibet poſt eos. 2. 296.
25.38. A facie iræ Columbæ. 1. 138.
27.2. Vos viſitaſtis gregem meum, ait Dominus, & ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum. 1. 167.
27.7. Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius. 2. 224.
29.7. Quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci. 3. 11.
29.10. Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos. 2. 235.
30.11. Te autem non faciam in conſummationem, ſed caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. 2. 27.
30.14. Plaga inimici percuſſi te. 1. 139.
30.23. In capite impiorum conquieſcet. 3. 94.
31.19. Percuſſi femur meum. 3. 178.
32.32. Propter malitiam filiorum Iſrael, & filiorum Iuda, quam fecerunt, &c. 3. 68.
38.2. Qui profugerit ad Chaldæos, viuet. 2. 73.
44.17. Vt ſacrificemus Reginæ cœli. 1. 164.
46.10. Dies vltionis. 3. 17.
46.21. Quia dies interfectionis eorum venit. 3. 17.
46.16. A facie gladii Columbæ. 1. 158.
47.2. Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone. 2. 282.
49.7. Numquid non vltra eſt ſapientia in Theman? 3. 27.
49.14. Auditum audiui à Domino. 3. 12.
49.16. Cum exaltaueris quaſi aquila nidum tuum. 2. 55.
49.20. Quas cogitauit de habitatoribus Theman. 3. 27.
50.2. Capta eſt Babylon, confuſus eſt Bel. 2. 53.
50.2. Dicite, Capta eſt Babylon. 2. 324.
50.10. Erit Chaldæa in prædam, &c. 2. 240.
50.11. Effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam. 1. 112.
50.12. Ecce nouiſſima erit in gentibus, deſerta, inuia, & arens. 3. 234.
50.16. Diſperdite ſatorem de Babylone, &c. 3. 233.
50.16. A facie gladii Columbæ. 1. 58.
50.17. Primus comedit eum rex Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis. 2. 206.
50.18. Ecce ego viſitabo regem Babylonis, & terram eius, ſicut viſitaui regem Aſſur. 2. 219.

50.38.*Siccitas ſuper aquas eius erit.2.138.*
50.45.*Niſi detraxerint eos paruuli gregum.2.203.*
51.4.*Cadent interfecti in terra Chaldæorum, &c.2.240.*
51.7.*Calix aureus Babylon in manu Domini.2.140.291.*
51.9.*Curauimus Babylonem,& non eſt ſanata,derelinquamus eam.1.29.*
51.11.*Suſcitauit Spiritum Dominus Medorum,& contra Babylonem mens eius,&c.2.240.*
51.20.*Collidis tu mihi vaſa belli:& ego collidam in te Gentes,& diſperdam in te Regna,&c.3.233.*
51.24.*Comedit me,deuorauit me Nabuchodonoſor rex Babylonis,&c.2.240.*
51.31.*Currens obuiam currenti veniet.2.51.138.*
51.36.*Deſertum faciam mare eius,&c.2.40.*
51.39.*In calore eorum ponam potus eorum.2.51.138.*
51.39.57.*Dormiant ſomnum ſempiternum.2.294.*
51.42.*Aſcendit ſuper Babylonem mare.2.282.*
51.44.*Viſitabo ſuper Bel in Babylone.2.53.*
51.44.*Et eiiciam quod abſorbuerat de ore eius.2.314.*
51.58.*Murus Babylonis ille latiſſimus,ſuffoſſione ſuffodietur.2.52.*
52.12.*Ipſe eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor.2.228.*
52.28.*Iſte eſt populus,quem tranſtulit Nabuchodonoſor: In anno ſeptimo Iudæos tria millia,& viginti tres.2.228.*
52.29.*In anno octauodecimo Nabuchodonoſor de Ieruſalem animas octingentas triginta duas.2.228.*
52.31.*Et factum eſt in trigeſimo ſeptimo anno transmigrationis Ioachin Regis Iuda,duodecimo menſe,vigeſima quinta menſis, &c.2.228.*

THRENI.

CAP.I. verſu.1.Domina gentium.2.243.
2.3.*Confregit Dominus in ira furoris omne cornu Iſrael.1.139.*
2.6.*Diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum.2.326.*
2.11.*Conturbata ſunt viſcera mea.3.217.*
2.15.*Haccinne eſt vrbs,dicentes,perfecti decoris.2.241.*
3.1.*Ego vir videns paupertatem meã in virga indignationis eius.1.74.*

4.6.Maior effecta eſt iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in momento.3.64.
4.19.Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis.1.118.
4.21.Ad te quoq; perueniet calix.2.296.
5.7.Nos iniquitates eorum portauimus.3.64.
5.16.Cecidit corona capitis noſtri.3.124.

BARVCH.

CAP.I.verſu.11. Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Balth-Aſar filii eius.2.221.
4.10.14.Quam ſuperduxit illis Æternus.3.52.
4.21.Animæquiores eſtote filii, &c.3.208.
4.35.Ignis ſuperueniet ei ab Æterno.3.52.
5.7.Conſtituit Deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes.3.59.61.
6.3.Videbitis in Babylonia Deos aureos, &c.2.337.
6.7.Lingua etenim Idolorum polita a fabro, ipſa etiam inaurata & inargentata, falſa ſunt, & non poſſunt loqui.2.46.
6.42.Mulieres autem circumdatæ funibus in viis ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum.P.28.
6.45.Nihil aliud erunt, niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes.2.337.
6.50.Nullum Dei opus cum illis.2.354.

EZECHIEL.

CAP.VI.verſu.6.Interibunt aræ veſtræ.1.132.
8.14.Et ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem.3.168.
16.37.Nudabo ignominiam tuam.3.133.
17.3.Aquila grandis magnarum alarum.1.118.
18.5.Vir ſi fuerit iuſtus, &c.2.85.
19.12.Ventus vrens ſiccauit fructum eius.1.119.
20.5.Hæc dicit Dominus Deus, in die qua elegit Iſrael, &c.3.69.
20.6.16.Fluentem lacte & melle, quæ eſt egregia inter omnes terras.3.15.
21.9.Gladius exacutus eſt.1.77.
23.10.Iudicia perpetrauerunt in ea.1.144.
23.34.Et fragmenta eius deuorabis.190.
24.9.Væ ciuitati ſanguinum cuius ego grandem faciam pyram.2.276.

24.17.

24.17.Corona tua circumligata ſit tibi.3.124.
25.4.Et ipſi bibent lac tuum.2.325.
26.2.Euge, confracta ſunt portæ populorum.2.242.
26.10.Operiet te puluis eorum.1.134.
27.20.Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum.3.101.
27.31.Et radent ſuper te caluitium.3.171.
29.3.Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti draco Magne.3.84.
23.32.Calicem ſororis tuæ bibes.2.296.
33.7.Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te.2.7.
37.12.Ecce ego aperiam tumulos veſtros, &c.1.173.

DANIEL.

CAP.II.verſu.38.Tu es ergo caput aureum.2.205.
2.47.Dominus regum.1.70.
4.16.Domine mi.1.70.
5.6.Genua eius ad ſe inuicem collidebantur.3.216.
5.10.Rex in æternum viue.3.55.
5.30.Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar, rex Chaldæus, & Darius, Medus, ſucceſſit in regnum eius.2.148.199.
6.1.Placuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſatrapas centum viginti, vt eſſent in toto regno ſuo, & ſuper eos principes tres.2.150.
6.8.Vt non immutetur quod ſtatutum eſt à Medis, & Perſis.2.150.
6.28.Daniel perſeuerauit vſq; ad regnum Darii regnumq; Cyri, Perſæ.2.202.
9.1.In anno primo Darii, filii Aſſueri, de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum.2.148.199.
13.65.Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.2.146.150.194.

OSEAS.

CAP.IIII.verſu.15.Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda.2.249.
5.13.Et miſit ad regem vltorem.3.227.
8.10.Quieſcent pauliſper ab onere regis.3.94.
10.6.Munus regi vltori.3.227.
11.11.Quaſi auis ex Ægypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum.1.158.

13.14.De manu Mortis liberabo eos. 2. 110.
14.1. Pereat Samaria. 1.132.

AMOS.

CAP. II. verſu.9.Ego autem exterminaui Amorrhaum, &c.3. 188.
5.5.Et Bethel erit inutilis. 3.88.
6.13.Numquid currere queunt in petris equi,aut arari poteſt in bubalis? 3.67.

ABDIAS.

CAP. I. verſu.1.Auditum audiuimus à Domino.3.12.
1.4.Si exaltatus fueris vt aquila.1.118. & 2.255.
1.9.Et timebunt fortes tui à Meridie.3.29.
1.11.Et extranei ingrediebantur portas eius.2.242.
1.16.Quomodo bibiſtis ſuper montem ſanctum meum.1.167.

IONAS.

CAP. II.verſu.4.Flumen circumdedit me.3.98.

MICHÆAS.

CAP. I.verſ.3.Quia ecce Dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet,& calcabit ſuper excelſa terræ,&c.3.53.
1.9. Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſq; ad Iudam, tetigit portam populi mei,vſq; ad Ieruſalem.2.246.
1.11.Tranſite vobis habitatio Pulchra confuſa ignominia.2.103.
1.16.Decaluare & tondere.3.122.174.
5.2.Paruulus es in millibus Iuda.1.98.99.
7.17.Lingent pulueremſicut ſerpentes.1.134.

NAHVM.

CAP. I. verſu.3.Dominus in tempeſtate & turbine via eius, & nebula pulu is pedum eius.3.102.
2.10.Cor tabeſcens,& diſſolutio geniculorum.3.216.
3.5.Et reuelabo pudenda tua.3.133.
3.18.Latitauit populus in montibus.1.112.

SOPHONIAS.

2.12.Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis.3.85.
3.3.Iudices eius lupi veſpere.1.82.89.90.

Digitized by Google

ZACHARIAS.

CAP. I. verſu.9. Angelus loquebatur in me. 2. 11.
1.12. Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. 2.200.
1.14. Zelo zelatus ſum Ieruſalem, &c. 2. 251.
2.6. O, ô, fugite de terra Aquilonis. 2. 272.
9.3. Et aurum vt lutum platearum. 2. 128.
9.7. Et auferam ſanguinem eius de ore eius. 2. 273.

MALACHIAS.

CAP. III. verſu.17. Et parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo. 1. 172.

MACHABÆORVM PRIMVS.

CAP. III. verſu.6. Directa eſt ſalus in manu eius. 2.63.

MACHABÆORVM SECVNDVS.

CAP. VII. verſu.32. Nos pro peccatis noſtris hæc patimur. 1. 143.

MATHÆVS.

CAP. I. verſu.11. Ioſias genuit Iechoniam & fratres eius, &c. 2. 184. 190.
2.6. Nequaquam minima es in Principibus Iuda. 1. 98.
6.29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. 3. 37.
7.23. Non noui vos. 3.4.
12.39. Et ſignum non dabitur ei. 1. 171.
13.31. Aperiam in parabolis os meum. 2. 121.
16.18. Porta Inferi non praualebunt aduerſus eam. 2.113.245.
22.43. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum. 3. 202.
35.37. Tunc reſpondebunt ei iuſti. 2.89.
28.20. Ego ſum Oſtium. 2.245.

MARCVS.

CAP. VI. verſu.9. Calceatos ſandaliis. 3. 172.
16.16. Qui crediderit & baptiZatus fuerit, ſaluus erit. 2. 92.

LVCAS.

CAP. I. verſu.69. Erexit cornu ſalutis nobis. 3. 42.

2.29.*Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.*3.213.
4.25.*Et ad nullam illarum miſſus eſt Elias.*1.171.
7.46.*Oleo caput meum non vnxiſti.*2.326.
10.26.*In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis?*3.73.
18.13.*Percutiebat pectus ſuum.*3.178.
21.28.*Reſpicite & leuate capita veſtra.*1.63.
23.48.*Percutientes pectora ſua.*3.178.

IOANNES.

CAP. I. verſu.10.*Mundus per ipſum factus eſt.*1.168.
1.27.*Cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.*3.172.
4.13.*Qui bibit ex aqua hac.*1.168.
4.35.*Et meſſis venit.*1.168.
10.7.9.*Ego ſum Oſtium.*2.242.
7.42.*De Caſtello Bethlehem, vbi erat Dauid, venit Chriſtus.*1.101.

ACTVS APOSTOLORVM.

CAP. III. verſu.7.*Conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ.*3.163.
12.8.*Calcea te caligas tuas.*3.172.
12.14.*Præ gaudio non aperuit ianuam.*3.212.
13.41.*Videte contemptores.*1.64.104.

AD ROMANOS.

CAP. I. verſu.16.*Non erubeſco Euangelium, &c.*2.78.
1.28.*Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.*1.32.
3.20.*Per legem enim cognitio peccati.*3.4.
5.14.*Regnauit Mors ab Adam vsq; ad Moyſem.*2.111.
5.17.*Vnius delicto Mors regnauit.*2.111.
6.9.*Mors illi vltra non dominabitur.*2.111.
7.7.*Peccatum non cognoui niſi per legem.*3.4.
7.13.*Peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem.*3.4.
7.15.*Quod enim operor, ignoro.*3.4.
8.15. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.*3.21.

9.18. Quem vult indurat. 1.32.
15.3. Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me. 1.36.

AD CORINTHIOS. I.

CAP. V. verſu. 9. Neq; fornicarii, neque idolis ſeruientes, &c. 3. 67.
6.7. Quare non magis iniuriam accipitis. 1.36.
9.16. Vae enim mihi eſt, ſi non euangeliZauero. 2.272.
15.26. Nouiſſima autem inimica deſtruetur Mors. 2.111.

AD CORINTHIOS II.

CAP. IIII. verſu. 4. Deus huius ſaculi excæcauit mentes in fidelium. 1.32.
5.21. Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. 3. 4. 64.

AD GALATAS.

CAP. III. verſu. 11. Quia iuſtus ex fide viuit. 2.95.

AD EPHESIOS.

CAP. IIII. verſu. 18. Tenebris obſcura tum habentes intellectum. 2.65.

AD TIMOTHEVM II.

CAP. I. verſu. 7. Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris. 3.21.

AD HEBRÆOS.

CAP. X. verſu. 31. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. 3. 45.
10.37. Adhuc enim modicum aliquantulumq;, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. 2.36.
10.38. Iuſtus autem meus ex fide viuit. 2. 95.
10.38. Si ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. 2. 67.
11.21. Fide Iacob, moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius. 1.96. & 3.201.

IACOBVS.

CAP. V. verſu. 4. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat. 2. 266.

INDEX

PETRI I.

CAP. II. verſu.24. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo.3.64.

IOANNIS I.

CAP. III. verſu.7. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.2.89.

IVDAS.

CAP. I. verſu.5. Quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans. 3.241.

APOCALYPSIS.

CAP. VIII. verſu.13. Va, va, va, habitantibus in terra. 2.272.
9.12. Va vnum abiit.2.272.
14.10. Hic bibet de vino ira Dei, quod miſtum eſt mere in Calice ira ipſius.2.303.
18.2. Cecidit, cecidit Babylon magna. 2.57.
18.6. In poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum.2.293.307.308.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM CONTENTARVM IN HIS EXEGEMATIBVS HABACVC. PRIOR NVMERVS CAPVT VATIS OSTENDIT: POSTERIOR Notas interiori margini aſſcriptas. Sed vero litera, P. loco capitis, Præfationem ſignificat.

A.

AARON virgæ, quas introduxit in tabernaculum, ſceptra fuerunt Principum Iſraëliticarum tribuum. Capite. 3. num. 194.
Abantes bellicoſi & pugnaces. 3. 18.
Abantes priorem capitis partem radebant. 3. 118.
Abyſſini cum ieiunant, à vino abſtinere dicuntur. 3. 103.
Abyſſus interdum ſitum inferiorem ſignificat. 3. 199.
Accipitrem & Ibin coluerunt Ægyptii. 1. 159.
Achæi qui dicerentur. 3. 79.
Achæmenes Perſarum rex. 2. 193.
Achilles in funere Patrocli comam radit. 3. 119. & 165.
Actiſanes rex quomodo latrocinia Ægyptiorũ compeſcuit. 3. 191.
Adarnaſſus ſucceſſione regni priuatus ob crudele dictum. 3. 87.
Adiectiuo raro vtuntur Hebræi. 2. 314.
Adonidis ſacra quo ritu celebrarent Biblii. 3. 168.
Adorantes olim, procidebant in terram proni. 3. 62.
Ægritudo quid? 2. 290.

Digitized by Google

Ægyptus dicitur terra,& domus,& tabernacula Cham.3.86.& 138.
Ægyptus Hebræis dicitur Meſraim.3. 86. & 138.
Ægyptiis coma inſigne nobilitatis fuit. 3.170.
Ænigma quid ? 2. 121. 123.
Ægyptii varia animalia coluerunt.1. 159.
Ægyptii latrociniis dediti.3.190.
Ægyptiorum latrocinia quomodo compeſcuit Actiſanes. 3. 191.
Ægyptii in luctu capita deradebant.3.170.
Ægyptii ſacerdotes, Perſarum Magi, & philoſophi Pythagoræi, carnibus abſtinuiſſe feruntur. 3.129.
Ænigmata & Parabolæ variis ex rebus conficiebantur. 2.124.
Æquipollentibus & ſynonimis vti, familiare eſt Interpreti vulgato.1.152.
Æternitas & Æternus, Dei ſunt epitheta.3.52.
Æternitatis titulo decorabantur Imperatores Romani.3.54. & 55.
Æternitatis epitheton audientium & conſiderantiũ animos maxime rapit in admirationem. 3. 55.
Æternum,& ſeculum, longiſſimam durationem ſolet ſignificare Hebræis. 3. 60.
Æthiopia vnde dicta.3.76.
Æthiopia duplex, Orientalis & Occidentalis.3.75. 78. 79.
Æthiopes Madianitæ.3.75.
Æthiopes Indici. 3.78.
Æthiopes in Paleſtina, aut Palæſtina confines.3.79. 80. 82.
Æthiopes vtuntur cornibus pro amphoris. 2. 298.
Agamemnon Calchantem obiurgat, quod non niſi mala prædiceret.2.'5.
Agamemnon comam radit. 3. 165.
Agamemnon quo tempore bellum Troianis intulerit.3. 76.
Agamemnon iurans, ſceptrum porrigit deis. 3. 199.
Ageſilaus Pluto. 2. 111.
Agricolari & venari, ſeruilia officia Salluſtius eſſe dixit. P. 3.
Alexander iuſſit, vt Macedones barbas abraderent. 3. 118.
Alexander Magnus Babylone mortuus eſt. 2. 43.
Alexander templa Babylonis inſtaurari præcepit. 2. 43.
Alexander in funere Hephęſtionis equos atq; mulos totõdit.3.169
Alex-

Alexander Magnus nihil cunctando, tam breui tot regna expugnauit.1.71.
Allegoria verborum.2.58.
Alluſio & citatio differunt. 2. 38.
Alon Tartarus Baldacham expugnat. 2. 46.
Amari qui dicantur. 1. 70.
Ambitio & inſatiabilitas elementa malorum ſunt. 2. 106.
Ambitionis, & auaritiæ pericula. 2. 252.
Amon quandiu regnauit.2.220.
Anacoluthon figura. 1. 74.
Anaſtaſius Imperator tonſionem minatur Euphæmio epiſcopo.3. (135.
Andromeda Æthiopiſſa. 3. 81.
Andromeda in Ioppe expoſita fuit belluæ marinæ. 3. 81.
Anima vitam ſignificat.2. 63. & 64.
Anima interdum deſiderium & appetentiam ſignificat. 2. 116.
Animam malam male imperare neceſſe eſt. 1. 50.
Animoſitas quid ſit.2.116.
Anni nonnunquam integri, nonnunquam imperfecti numerantur. 2. 218.
Annius aſſeritur ab impoſtoris calumnia. 3. 141.
Annius immerito credit Metaſthenē & alios libros finxiſſe. 2. 231.
Annianos libros quomodo accipiendos exiſtimet Author.3.51.
Anniani Beroſi defenſio.3.139.
Antilibanus mons.2.317.
Antimachus ſolo Platone auditore contentus. 2. 197.
Antiſthenes Philoſophus deos Ethnicorum deridet.2.344.
Antonius inter iudicandum tabellas amatoriè ſcriptas lectitabat, 2. 18.
Antonius ſanctiſſimus eremita, abſq; hominis magiſterio doctus. P. 5.
Apis Ægyptiorum deus.3.170.
Apollo quomodo ediderit reſponſa.2. 348.
Apollonius Tyaneus attonſus fuit à Domitiano.3.135.
Apoſtoli & Euangeliſtæ ea tantum teſtimonia de ſeptuaginta interpretibus poſuerunt, quæ cum Hebræo conſonarent. 1. 65.
Apoſtolorũ Symbolũ quid vitæ æternę nomine profiteatur. 2. 73.

Apoſtoli & Euangeliſtæ nonnulla teſtimonia Teſtamenti veteris iuxta ſenſum myſticum adduxerunt. P. 16.
Aquarum vox in diuina ſcriptura, illarum mobilitatem & fluxibilitatem ſolet indicare. 3. 95.
Aquilam Thebani coluerunt. 1. 159.
Aquilæ ſenectus, atque caluitium. 3. 174.
Aquilæ vbi nidulentur? 2. 258.
Aquilam volare doces. 1. 118.
Aquilarum natura. 1. 118.
Arabico ſinu Aſiam ab Africa diuidi. 3. 79.
Arabia hyænas gignit ſæuiſſimas. 1. 92.
Arabes cur dicantur Chuſitæ. 3. 86.
Arabias plures cognouerunt ſcriptores diuini. 1. 106.
Arabes cur Scenitæ ſint dicti. 3. 87.
Arabia vnde dicta. 1. 108.
Arabes, Palæſtini, & Æthiopes, finitimæ nationes. 3. 85.
Arbaces Medorum rex. 2. 204.
Arbores Indice & Græcè fuiſſe locutas. 2. 352.
Arcadas antelunares ſe eſſe iactabant. 3. 61.
Argenteus pro Albus. 1. 155.
Argiui qui dicerentur. 3. 79.
Argiuorum votum de non nutrienda coma. 3. 120.
Arichpertus Rotarim totondit. 3. 135.
Ariſtotelis libri indiuiſe fuerunt ſcripti. 3. 154.
Ariſtoteles falſus in Cyri ſenioris hiſtoria. 2. 144.
Arnon torrens diuiſus fuiſſe creditur, vt Mare rubrum. 3. 98.
Artæos Perſæ eos vocant, quos Græci priſcos. 2. 180.
Artabanus filius Xerxis. 2. 182.
Artaxerxes Ochi filius, primus fuit regum Perſarum, qui ſtatuas ad colendum erexerit. 3. 153.
Artaxerxes etiam nomen fuit Xerxi. 2. 179.
Artaxerxes quis fuerit. 2. 42.
Artem nullam ſine magiſtro percipi poſſe. P. 4.
Artificiali opera inferiorem ſe homo rem profert: naturali, ad ſummum, rem parem. 2. 336.
Artybii Perſæ equus. 1. 78.

Aſar-Haddon falſo dicitur Sardanapalus. 2. 217.
Aſar-Haddon dictus eſt etiam Aſenaphar. 2.210.
Aſar-Haddon rex Aſſyriorum, Babyloniis etiam præfuit. 2. 210.
Aſinus piſcis cor habet in ventre. 3. 217.
Aſſuerus idem qui Aſtyages. 2. 18.
Aſſyriæ vocabulum multas regiones comprehendit. 2. 141.
Aſſyriorum nomen varias prouincias comprehendit. 2. 205.
Aſſyriorum reges poſt Sardanapalum. 2. 204. 216.
Aſſyriorum imperium non fuit finitum in Sardanapalo. 2. 204.
Aſtarthe quæ dearum dicatur. 1. 165.
Aſtyages dictus eſt Aſſuerus, & Apanda. 2. 148. 180.
Aſtyage ſuperſtite Cyrus non imperauit Perſis. 2. 146.
Atargatis prodigioſa. 1. 163.
Ate Homerica. 3. 49.
Athanaſius in paterno ſepulchro ſe abſcondit. 1. 175.
Athenienſium ambitio. 1. 71.
Athribitæ murem aranæum coluerunt. 1. 159.
Atticus Ciceronis librorum emendator. 2. 21.
Auaritiæ mala. 2. 106.
Auaritiæ & ambitionis incommoda. 2. 252.
Auditus vel auditio quod ſignificet Hebræis. 3. 12.
Auguſta Rauracorum. 2. 47.
Auguſtinus absque hominis magiſterio doctiſſimus. P. 5.

B.

BAbylon Chaldææ caput. 1. 69.
Babylon dicitur Terra longinqua in ſcriptura diuina. 1. 116.
Babylon aſtu & calliditate, non viribus, capta eſt à Cyro. 2. 135.
Babylon non fuit deſtructa à Cyro. 2. 41.
Babylonem penitus interiiſſe. 2. 47.
Babylon antiqua, nunc vocatur Baldacha. 2. 46.
Babylon deſtructa eſt in vltionem Ieruſalem. 2. 240.
Babylonis & Niniues imperium vnum atq; idem fuit. 2. 205. & 210.
Babylonii in vinum fuerunt prodiues. 2. 289.
Babylonii, qui ſunt extra Memphim, Cepum coluerunt. 1. 159.
Babylonis reges pro diis ſe coli & adorari fecerunt. 1. 153.

Babylonii,Syriique omnes,columbas albas & piſces coluerunt.1. 154.
Bagdat nunc,quæ olim Babylon.2.46.
Baldacha vrbs,olim Babylon dicta.2.46.
Balſaſar imperium Babylonis finiuit. 2. 117.
Balth-Aſar filius Nabúchodonoſoris Magni.2.221.
Balth-Aſar Gobriæ filium ob inuidiam occidit.2. 233.
Balth-Aſar,rex Babylonis,falſo dicitur frater Euil-Merodachi. 2. 236.
Banaias ſceptrum geſtabat.3.194.
Barba,cæſaries,& villi,plurimum exornant virum.3. 116.
Barba,promptiſſima anſa eſt in bello.3.118.
Barbam Vergilius & Lucretius appellauerunt veſtem.3. 164.
Barbam aut capillos præcidere,mollis olim habitum eſt.3.116.
Barbam præcidere,Alexandri tempore fuiſſe repertum.3.116.
Barbã tondebant nobiles, P. Scipionis Africani temporibus.3.121.
Barbarus à Deo edoctus.P.5.
Barchæorum ſepeliendi mos. 2.110.
Becanus contumeliis inſtructior,quam rationibus.2. 165.
Belochus Aſſyriorum rex. 2.204.
Belum Babylonii ſingulari religione colebant. 2.43.
Benedicere Dei, bene facere ſignificat.3.183.
Beroſus inſignis Aſtrologus.3. 145.
Beroſus Ieremiæ aduerſatur. 3. 145.
Beroſi Anniani defenſio. 3. 139.
Beroſo Anniano optime in multis cum primariis autoribus conuenit.3.156.
Beſſi patricidæ hiſtoria.2.70.
Bibebant olim conuiuæ ex Modiperatoris præſcripto.2. 312.
Bibendi cauſa olim venena conficiebantur.2.289.
Biblii quo ritu celebrarent Adonidis ſacra.3.168.
Bilis pro ira.2.285.
Bion poëta.2.320.
Bouem,canem,& felem,Ægyptii coluerunt. 1. 159.
Brachimanę,Taxali, & Iberi, corpora defunctorum obiiciebant vulturibus.2.110.

Bre-

Breuitas vitæ ex miſericordia Dei prouenit.1.34.
Bruti numiſma.3.126.
Brutus Cęſaris opus.3.14.

C.

CAdes-barne, eadem eſt ciuitas, quæ & Cades.3.32.
Cadesbarne, Auſtralis terræ promiſſionis limes.3.31.
Cades ciuitas contermina Idumææ.3.31.
Cades eadem eſt ciuitas, quæ & Cadesbarne.3.32.
Cæſar vitam contempſiſſe creditur.3.65.
Caſaries, barba, atque villi, plurimum exornant virum.3.116.
Calanus gimnoſophiſta vltrò pyram moriturus aſcendit.3.170.
Calicis nomine calamitates ſignificant ſcriptores diuini.2.290.
Calchantem obiurgat Agamemnon, quod non niſi triſtia prædiceret.2.5.
Caligula mirifice extimuit tonitrua.3.102.
Caliphæ ſedes Baldacha.2.46.47.
Calix in conuiuiis ad omnes compotores circumferebatur.2.296.
Calix quid ſignificet in diuina ſcriptura.2.311.312.
Campana caſtra in peruigilio à Graccho trucidata.2.139.
Cambyſes rex Perſarum, & Cyri pater.2.148.
Candace regina Æthiopiæ. P.27.
Canes ſepulcrales.2.110.
Canon diuinæ Scripturæ.2.55.
Canthari nomen multa ſignificat.2.268.
Capillis vellabant genas olim virgines, & purpuriſſo tingebant.2.323.
Capillos aut barbam deradere, mollis olim habitum eſt.3.116.
Capita radebant in luctu, & in charorum funere.3.165.
Capitis raſura olim probro fuit.3.133.
Capitis raſura loco pœnæ olim fuit.3.131.
Caput à capiendo dictum.3.176.
Caput eſt homini quaſi fundamentum.3.176.
Caput percutiebant dolentes.3.178.
Carmina poëtica in diuina Scriptura.1.18.
Caro volatilium permiſſa fuiſſe dicitur ieiunantibus.3.130.
Carthago præcipuè coluit Iunonem.1.165.

Digitized by Google

Caſſia lex.2.22.
Cauſus fluuius Pythagoram ſalutauit. 2.352.
Celeritas in bello plus ſolet prodeſſe quam virtus.1.71.
Centaretus Galata ab equo præcipitatus.1.78.
Centumuiri Romani. 2. 202.
Cera prima, cera media, cera ima, quæ diceretur. 2.21.
Cera pro pugillaribus.2. 20.
Ceræ miniatulæ.2.21.
Ceræ rubellæ.2.21.
Ceratis tabulis ſcribebatur olím.2.2.
Ceroma vnguentum Athletarum.2.130.
Ceruа cæteris quadrupedibus præſtat prudentia. 3. 244.
Ceruæ maribus præſtant pernicitate.3. 243.
Chaldæi cœlorum ſcrutatores eximii.2. 213.
Chaldæorum equi intrepide leones excipiunt.1. 79.
Chaldæorum multi ex præda & manubiis vixêre.1.71.
Chalus fluuius piſces habuit manſuetos. 1.161.
Cham antonomaſtice Impius vocatur.3.138.
Chananææ regionis termini.3.27.
Characitanos Sertorius puluere ad deditionem coëgit.1.125.
Chilo Lacedæmonius immodica lætitia periit.3.209.
China regio portis vrbium munitiſſimis vtitur, loco arciũ.2. 244.
Chirographa debitorum in tabulis ſcribebantur.2.18.
Chremes queritur, ſe deceptum à vino.2.99.
Chriſtum Dominum aduenturum in carne, nonnulli Philoſophorum prænouiſſe putantur. 2.343.
Chronicon Euſebii Hieronymus adauxit.3.150.
Chryſes Apollinis ſacerdos ſceptrum & coronam gerit.3.197.
Chryſippus philoſophus riſu enectus 3.210.
Chryſoſtomus, diuinas Scripturas abſque hominis magiſterio intelligi poſſe, putauit.P. 5.
Chus Æthiopia.3.70.72.
Chuſan rex Meſopotamiæ. 3.70.
Cicero aliquando Hebraizat.3. 47.
Cicero falſus eſt, cum dixit: Cyripædiam à Xenophonte, non ad hiſtoriæ fidem ſcriptam, ſed ad effigiem iuſti imperii.2.144.
Cicero-

Ciceronis eſſe libros Rhetoricos ad Herennium. 3. 144.
Cicero vtebatur Attico emendatore. 2. 21.
Cicero frequenter dixit contraria. 3. 144.
Cid cur dictus. 1. 98.
Cinædi barbam radebant. 3. 116.
Circumdare pro tueri & defendere. 1. 57.
Citatio & alluſio differunt. 2. 38.
Ciuitatis nomen apud Hebræos, Ieruſalem per antonomaſiam ſignificat. 2. 241.
Cleopatra in tabulis onychinis & cryſtallinis ſcribebat Antonio. (2. 18.
Clericorum coronæ vnde habuerint originem. 3. 133.
Clupeæ terra ſcorpiones necat. 1. 135.
Cœleſtium rerum quiddam tenuiſſimum delibare, multo eſt præſtantius, quam inferorum cunctorum cognitionem mente cōplecti. P. 6.
Cœneus ſceptrum coluit. 3. 198.
Cogitatio admirationem, admiratio ſtuporem parit. 1. 66.
Cognationis gradus facilius numerantur, quā nominantur. 2. 193.
Colligi ad populum ſuum, vel ad patres ſuos, cur dicerentur pii viri. 3. 229.
Collium & montium nomine Principes & Magnates ſignificantur. 3. 59.
Colubraria inſula ſerpentes parit. 1. 135.
Columbas albas & piſces, coluerunt Syri. 1. 154. 161.
Columbas albas Perſæ deteſtabantur. 1. 154.
Columbæ nomine rex Babylonis deſignatur. 1. 158.
Comam conſecrabant fluminibus. 3. 119.
Comitia haberi nefas fuit, tonante aut fulgarante Ioue. 3. 102.
Comparationis notam ſæpe omittunt Hebræi. 2. 132.
Confuſionis vocabulum quid ſignificet in diuina Scriptura. 2. 260
Conſcientia perturbata ſemper præſumit ſæua. 2. 74.
Conſcientia vnicuiq; mentis ſuæ maxime exiſtimanda eſt. 2. 23.
Conſolationem poſt minas attexunt Prophetæ. 2. 8.
Conſtantius Imperator nunquam ſpuit. 2. 315.
Contra pro coram, in diuina Scriptura. 1. 37.
Coniuiuæ olim coronabantur & vngebantur. 2. 329.

Digitized by Google

Corneis poculis bibebant veteres. 2. 298.
Cornu alicuius quid dicatur. 3. 41.
Cornua tollere quid ſit. 3. 41.
Cornibus pro amphoris vtuntur Æthiopes. 2. 298.
Cornuſtibii cur dicta fuerit filia Iob. 3. 44.
Cornu ventilare quid ſignificet. 3. 41.
Corona cur daretur victoribus. 1. 58.
Corona Regis murum repræſentat. 1. 58.
Coronas vnguentis perfundebant. 2. 321.
Coronæ clericorum vnde habuerint originem. 3. 133. 134.
Coronæ ex myrrha & ture. 2. 322.
Coronæ nuptiales ex diuerſis floribus & herbis fiebant. 2. 321.
Coronamenta pretioſiora habebantur, quę eſſent pinguiora. 2. 321
Coronabantur & vngebantur olim conuiuæ. 2. 326.
Corrumpi libros doctiſſimos multis contingit modis. 2. 191.
Coruus, ſi tacitus paſci poſſet, haberet plus dapis, & rixæ minus. 2. 133.
Coſmographiam neceſſariam eſſe diuinæ Scripturæ cognoſcendę. P. 26.
Crater quaſi cerater. 2. 301.
Cratinus poëta infamis. 3. 116.
Crœſus honorifice tractatus à Cyro. 2. 292.
Crucem domini de quatuor diuerſis lignis fuiſſe factam. 2. 19.
Crucis figura qualis fuerit. 2. 19.
Crucis titulum in buxo fuiſſe ſcriptum. 2. 19.
Cteſiphon ciuitas. 2. 49.
Cupidinem naturæ vitium eſſe, dixit Antiſthenes. 2. 344.
Cupidinem ſupremum deorum eſſe, dixit Euripides. 2. 344.
Curotrophon tonſuræ genus. 3. 118.
Currus, ſellæ genus. 3. 100.
Curtii nullus veterum meminit. 2. 163.
Cyaxares Aſtyagis filius, & Medorum rex. 2. 142.
Cyaxares cum Cyro nepote Aſſyrios inuadit. 2. 142.
Cyaxares quietis auidus expeditionem in Aſſyrios committit Cyro. 2. 148.
Cyaxares vocatur Darius in diuina Scriptura. 2. 142.

Cyri

Cyri primus annus quis dicatur.2.199.201.
Cyrus plerumque in locis occultis caſtra ponere conſueuit. 2.135.
Cyrus præficitur à Cyaxare exercitui in Aſſyrios eunti.2.148.
Cyrus appellatur Chriſtus à Deo.3.114.
Cyrus honorat Crœſum. 2.292.
Cyrus regnum Medorum iure hæreditario & dotali, non vi bellica obtinuit. 2.198.
Cyrus optimus atque pientiſſimus princeps fuit. 2.146.
Cyrus Perſa & Darius Medus, communiter regnarunt. 2.197.
Cyrus quomodo fuerit Xerxis patruus. 2.192.
Cyrus Babylonem expugnat. 2.142.
Cyrus quadragennarius regnum Babylonis obtinuit. 2.234.
Cyrus & Hyſtaſpes Darii pater, fratres patrueles fuerunt. 2.193.
Cyrus Chriſti figura fuit. 2.38.

D.

DAgon eadem cum Decerte. 1.164.
Daniel omnibus Satrapis Perſarum præerat. 2.202.
Dares Phrygius hiſtoricus. 3.77.
Darius Hyſtaſpis falſò creditur ſocer Cyri. 2.147.
Darius Medus, non Cyrus, ſucceſſit Aſtyagi. 2.148.
Darius Medus & Cyrus Perſa, communiter regnarunt. 2.197.
Darius, Hyſtaſpis filius, ex progenie regum perſarum.2.193.
Darius idem qui Cyaxares.2 142.
Darius Medus falſò dicitur filius Hyſtaſpis.2.147.
Darii primus annus quis dicatur.2.201.
Darius caput percutit. 3.178.
Dauid pro multis millibus computatus. 1.98.
Debitorum Chirographa in tabulis ſcribebantur.2.18.
Defenſio Beroſi Anniani.3.139.
Dei vox cuiusmodi ſit. 2.11.
Deliorum virgines crines conſecrabant.3.168.
Demetrius Poliorcetes Babylonem occupat.2.44.
Democritus Mileſius, ſtudiorum cauſa, ſepulchra incoluit. 1.175.
Democritus Philoſophus mortuos reſurrecturos cognouit. 2. 341.

Digitized by Google

Demodocus citharædus per ſeſe doctus. P.5.
Demoſthenes ſtudiorum cauſa, caput totondit. 3.135.
Deorum epulæ. 2.273.
Dercetis prodigioſa figura. 1.163.
Dercetes Semiramidis mater in piſcem couerſa. 1.163.
Deſertum, quid ſignificat Hebræis. 3.33.
Deſperatio veniæ, contumaciam gignit peccandi. 2.8.
Deſperatis adhibere medicinam, vetat Hippocrates. 1.28.
Deum vnum cognouerunt philoſophi. 2.337.
Deus non ſubito ſe oſtendit in monte Sinai. 3.21.
Deus in ſe: & apud ſe, eſt: non in loco. 2.358.
Deus quadamtenus cauſa eſt indurationis & executionis peccatoris. 1.32.
Diabolus & Mors, cornua Dei dicuntur. 3.41.
Diagoras Rhodius gaudio interemtus. 3.210.
Dictys Cretenſis hiſtoricus. 3.76.
Diodorus multum ac ſæpe nugatur in hiſtoria. 2.168.
Diogenis dicteria. 3.117.
Dionyſium Siciliæ tyranum, tragica peremit victoria. 3.209.
Dirigi, proſperari ſignificat. 2.63.
Dodonæa quercus quomodo ediderit reſponſa. 2.348.352.
Domitianus Imperator totondit Appollonium. 3.135.
Domus nomen quid ſignificet. 2.256.
Draconum & elephantorum pugna. 2.246.

E.

Earinus, Domitiani libertus, crines ſuos conſecrauit. 3.118.
Ebrietatis effectus. 2.98.
Ebuſi terra ſerpentes fugat. 1.135.
Ecce, quid ſignificet. 1.68.
Elephantorum & draconum pugna. 2.246.
Endiadys figura. 1.56.
Enim particula pro certe. 3.225.
Epentheſis, proſtheſis, paragoge, aphereſis, ſyncopa, apocopa, & metatheſis, figuræ poëticæ, frequentes ſunt in diuina Scriptura. 3.75.
Epicurus qua figura maximam voluptatem definierit. 2.102.

Epicu-

Epicuri præceptum :Latens viue.P. 3.
Epicurus negabat,iucunde poſſe viui,niſi cum virtute.2.4.
Ephеſii ſacerdotes caput percutiunt.3.178.
Epulæ deorum.2.273.
Equæ Ægyptiæ pretioſiſſimæ. P.31.
Equæ Theſſalæ præſtantiſſimæ.P.30.
Equi Chaldæorum præſtantiſſimi.1.78.
Equi in præliis quam plurimum nocere ſolent.1.77.
Equitare pro inſultare.1. 115.
Equus Artybii Perſę.1.78.
Equorum præcipua gloria eſt velocitas.1. 75.
Eres interemtus, ad vitam rediiſſe dicitur.2.341.
Eſdræ & Nehemiæ ſermones apud Hebræos, in volumen vnum coarctantur.3.154.
Eſſæni perpetuo vino abſtinebant.3.129.
Et,particula aduerſatiua.1.171.
Ethan deſertum alluebatur à Mari rubro.3.98.
Ethicæ munus. P. 4.
Ethnicorum fabulas nonnumquam perſtringit Scriptura diuina: P.24.
Ethnicorum libros ad Scripturæ diuinæ expoſitionem ſæpe conducere. P. 23.
Euilmerodach rex Babylonis in Medos expeditionem parat.2.142.
Euilmerodach rex Babylonis,triginta annos regnauit in Babylone 2.231.
Euphrates Babylonem interluit.1.119.
Excęcationis & indurationis peccatoris quadamtenus Deus cauſa eſt.1.32.
Exephebi primam barbam radebant. 3. 118.
Extenuatione aliorum alia exaggerat diuina Scriptura.1.100.
F.
Fabulas confingunt Iudęi,explicandis difficilioribus Scripturæ diuinæ locis.2.287.
Fabulas Ethnicorũ nonnunquã perſtringit Scriptura diuina.P.24.
Facel.tis dea 1.162.
Falli præoptandum,quam fallere.2. 263.

Fames & mora bilem in naſum conciunt Prouerbium.3.110.
Fel ſerpentum eſt virus. 2.285.
Felicitas mundana æmulationem & riualitatem ingenerat. 2.100.
Feliciter agere præter meritum, inſaniendi cauſam dementibus præbet.2.101.
Feræ eo modo pereunt, quo viuunt.2.332.
Ficus arbor,non emittit flores.3.237.
Fides eſt habitus credendi.2.76.
Fides abſque iuſtitia,mortua eſt.2.57.86.
Fides tarda ineſt magnis rebus.1.67.
Figuræ poëticæ frequentes in diuina Scriptura.3.73.
Filii multi parentes occiderunt.2.182.
Flores & roſæ vocantur pii homines in diuina Scriptura. 3.229.
Florus non eſt autor Epitomæ,quæ illi tribuitur,ſed Seneca. 1.193.
Fluminibus comam conſecrabanr. 3.119.
Fluuius Cauſus Pythagoram ſalutauit.2.352.
Fœdus Dei cum filiis Iſrael.2.1.
Fæminæ gaudio exanimatę.3.209.
Fœminæ quoque capillos radebant in luctu.3.168.
Fortunæ bona raro contingunt bonis.2.100.
Fortunę ſimulacrum locutum fuiſſe dicitur.2.347.349.
Frontini locus notatur.2.43.
Fundum Maris rubri herbidum apparuit, cum Iſraëlitę tranſierunt.3.187.
Funiculis metiebantur olim agros.3.5.
Furiæ iniuſtorum mentes exagitant.2.74.
Futura mala cur Deus prædicat.2.7.
Futuris promiſcue & præteritis vtitur Scriptura diuina, cum hiſtorias tranſactas enarrat.3.23.
Futurum pro præterito, & præteritum profuturo, ſæpe vſurpat Scriptura diuina.1.67.127.&.134.

G.

Gabinia lex. 2.22.
Galaad Libani iugũ, regio quoq;,& ciuitas fuit.2.330.& 334.
Galeæ coriaceæ.2.123.
Galatæ inſulæ terra ſcorpiones necat.1.135.

Ganges Æthiopum rex.3.78.
Gaudere in Domino quid ſit.3.240.
Gaudio perinde ac mœrore aciem mentis hebetari.3.212.
Gaudio Moyſes balbus effectus.3.218.
Gaudio multi periere.3.209.
Gaulæ inſulæ terra arcet angues,ſcorpiones necat.1.135.
Geminatio eiuſdem verbi vel nominis, quid importet. 2.39.
Genitiuum pro adiectiuo pſurpant Hebræi.2.314.
Gentium nomine aliquando Iudæi deſignantur.1.176.
Geometria in quem vſum,& à quibus fuerit inuenta.3.57.
Gerara ciuitas.3.82.
Geraritica regio, AEthiopia ab Scriptura vocatur.3.83.
Germanici mors quanto dolore deplorata ſit.3.169.
Germanorum pœna in adulteras 3.131.
Gloria Domini quid dicatur in diuina Scriptura. 3.37.
Gloria ſuperbi cito fit ignominia.2.100.
Glyconis athletica membra.P.5.
Gobriæ oratio ad Cyrum.2.233.
Gracchus Campana caſtra in peruigilio cęcidit.2. 193.
Gubernari oportet malos à bonis.

H.

HAalon Tartarus expugnat Baldacham.2.46.
Hebræi vnde dicti. 3. 86.
Hebræi non vitant numerorum diſcordiam.3.150.
Hecaergæ crines conſecrabant virgines Deliorum.3.168.
Hector iurat per ſceptrum.3.199.
Hephęſtionis in funere,equos & mulos Alexander totondit.3.169.
Heraclitus per ſe ſe doctus. P.5.
Hercules plures fuêre.3.144.
Hercules capillum inferias mittit Soſtrato puero.3.165.
Hermon pars eſt Libani montis. 2.318.
Hermopolitani Cynocephalum coluerunt.1.159.
Herodes Aſcalonita primus rex alienigena Iudæorum.3.195.
Herodotus mythiſtoriam ſcripſit. 2.145.
Herodotus & Xenophon de Cyri maioris hiſtoria valde diſſentiunt.2.137.

Herodotum fabuloſa de Cyro ſcripſiſſe.2.143.145.
Hieronymus adauxit Chronicon Euſebij.3.150.
Hippolyto virgines,ante nuptias capillos conſecrabant.3.168.
Hippocrates,deſperatis adhibere medicinam vetat.1.28.
Hiſpani aptiſſimi ad furta bellorum.1.75.
Hiſpana lingua Hebraiſmis ſcatet.3.47.
Hiſpani tonſura noxios plectebant.3.131.
Hiſtorici valde diſcordant inter ſe.2.167.
Homerus genere Syrus.1.161.
Homerus qualiter ſoleat laudare.2.102.
Homo mortuus homo ſimpliciter non eſt.1.54.
Homo arbor inuerſa.3.175.
Horatii locus explicatur.2.25.31.
Horeb pars fuit montis Sinai.3.35.
Hyæ epitaphium.2.72.
Hyæna Lupi genus.1.88.109.
Hyænarum ſæuitia.1.91.93.
Hyæna noctu venatur.1.88.
Hymenæus nuptiarum præſes,quomodo pingeretur.2.320.
Hyrcani cadauera obiiciebant canibus.2.110.

I.

Iacob,audito quod ſuperſtes eſſet Ioſeph,deliquium animi paſſus eſſe dicitur.3.223.
Iapix ventus.3.27.
Iberi,Brachmanę,& Taxali,mortuorum cadauera obiiciebant vulturibus.2.110.
Ibyci grues.2.270.
Idola irriſerunt Philoſophi.2.344.345.
Idola an locuta aliquando fuerint,2,347.
Idolis duplici ratione Dei maieſtatem lædi.2.145.
Idumæa terminabat Chananæam ab Auſtro.3.27.
Ieiunantes olim Chriſtiani etiam à vino abſtinuere.3.129.
Ieiunantibus non omnium carnium edulium dicitur fuiſſe prohibitum,ſed quadrupedum tantum.3.130.
Iehoua nominis vis & myſteria.2.356.

Iephte filia quo ritu plangeretur à fœminis.3.168.
Ieruſalem dicitur Porta populi dei,& porta populorum.2.241.
Ieruſalem Palæſtinę metropolis.2.243.
Ieruſalem omnium vrbium Orientis præclariſſima fuit.2. 241.
IESVS, Saluatoris noſtri nomen, quibus literis ſcriptum ſit in Hebræo.3.242.
Imaginibus duplici ratione Dei maieſtatem lædi.2.347.
Incuruare, in diuina Scriptura aliquando vaſtare ſignificat.3. 63.
Indi capitis tonſionem grauiſſimum eſſe ducebant ſupplicium.3. 131.
Indurationis & excæcationis peccatoris quadamtenus Deus cauſa eſt.1.32.
Infelicitas compeſcit inuidos, ſed inimicitias non tollit.3.207.
Inferi portæ quæ ſint.2.114.
Infernus & Mors, idem ſæpe ſignificant in diuina ſcriptura. 2.109.
Infernus Iupiter, Mors.2. 110.
Inferni regia.2. 111.
Iniquitas quid.1.38.
Iniquitas, pro pœna ponitur iniquitatis.3. 64.
Iniuriam pati, quam inferre, multò eſt ſatius.1.36.&.2.263.
Inſatiabilitas & ambitio, elementa malorum ſunt.2.106.
Interfecti aut mortui perpetuo, qui dicantur.1.173.
Interrogationis vis.2.336.
Inuidi libenter commiſerentur.3.207.
Ioannes Annius falſò dicitur, confinxiſſe Metaſthenem & Beroſum.2.231.& 3.141.
Ionathæ virga, ſceptrum fuit.3.194.
Ioppe oppidum antiquiſſimum.3.81.
Ioſeph iurat protenſo ſceptro.3.201.
Ioſephus ſibi ipſi contrarius.2.166.
Iouis ſimulacrum riſiſſe.2.352.
Iphinoes Alcathoi filiæ tumulo primitias capillorum conſecrabāt puellæ.3.168.
Iſmael filii quas regiones tenuerint.3.83.
Iſmaelitæ & Madianitæ, Æthiopes vocantur.3. 83.
Iſmuc terra ſerpentes perimit.1.135.

Iſocrates præeligendum eſſe putauit male facere, quam pati. 2. 263.
Iudæ tribui non defuit Princeps, qui ſceptrum geſtaret, vſque ad Herodem Aſcalonitam. 3. 195.
Iudæorum principes quales fuerint. 1. 61.
Iudæi in difficilibus locis Scripturæ ad fabulas confugere conſueuerunt. 2. 287.
Iudæi nubes colere ſunt exiſtimati. 3. 102.
Iudæi in Ægypto Idola coluerunt. 3. 19.
Iudex in clementiam, quam in ſeueritatem, debet eſſe procliuior. 1. 138.
Iudicia quas ob cauſas reperta ſint. 1. 51.
Iudicii finis Iuſtitia eſt. 1. 54.
Iudicium quid ſit? 1. 52.
Iudicii vocabulum apud Scriptores diuinos, plures habet ſignificationes. 1. 44.
Iudicis probi atque ſapientis munus. 2. 23.
Iudices Romani tabella proferebant ſententias. 2. 23.
Iudicium quando erit iuſtum. 1. 51.
Iudicium & Iuſtitia per endiadyn figuram copulantur. 1. 56.
Iudith hiſtoriam quo argumento impugnare tentarunt hæretici. 3. 143.
Iulianus Apoſtata ſemel in vita vomuiſſe gloriatur. 2. 315.
Iulius Cæſar vitam contempſiſſe creditur. 3. 65.
Iuniperorum carbones. 1. 89.
Iunonis ſimulachrum locutum fuiſſe dicitur. 2. 347. 349.
Iurabant olim Principes per ſceptrum, aut illud faciendis fœderibus interponebant. 3. 198. 199.
Iuramenta à Deo præſtita Patriarchis, quæ fuerint. 3. 104.
Iuſtitia quid ſit? 2. 76.
Iuſtitia eſt habitus recte operandi. 2. 76.
Iuſtitia eſt finis Iudicii. 1. 54.
Iuſtitia abſque fide non præſtat vitam. 2. 77.
Iuſtitia in ſe virtutem omnem complectitur. 2. 76.
Iuſtus quis dicatur. 2. 76. 85. 89.
Iuſtiniani Imperatoris cōſtitutio, de Latina libertate tollēda. 3. 126.
Iuuentius Talua gaudio mortuus. 3. 210.

L.

Labor actiue & paſſiue ſumitur.1.38.
Labrum inferius cur tremat in metu.3.218.
Lacedæmoniorum lex, de coma nutrienda.3.120.
Lachrymæ communes ſunt lætitiæ ac mœrori.3.211.
Lactis potus olim in vſu fuit.2.325.
Lætitia quid ſit.3.221.
Lætantes cur exudent.3.214.
Lætitia nimia lachrymas excutit.3.211.
Lætitia plurimi perierunt.3.209.
Lætitia cor tremefacit, & ſudorem elicit.3.214.
Lætitia inopinata non ſatis compotem ſui animum improuidum eſſe ſinit.3.212.
Lætitiæ geſtientis affectus.3.212.213.
Lætitiæ motus ex corde oritur, ſicut & triſtitiæ.3.209.
Lætiſſima difficulter credi, præ animi diffidentia.3.222.
Lagetas Pluto.2.111.
Latopolitani Latum piſcem coluerunt.1.159.
Laudatio libera eſt à lege narrantis & texentis hiſtoriam.3.10.
Laus quid ſignificet in diuina ſcriptura.3.38.
Legum munus quod.1.52.
Leges anima ſunt ciuitatis.1.52.
Leges duodecim tabularum in qua materia fuerunt ſcriptæ.2.16.
Lex Caſſia.2.22.
Lex Gabinia.2.22.
Lex Lacædemoniorum, de coma nutrienda.3.120.
Lex tabellaria quæ.2.22.
Leonem coluerunt Leontopolitani.1.159.
Leucippus comæ productioris auxilio Daphnidem Virginem deludit.3.119.
Libani montis deſcriptio & nomina.2.317.
Libani nomine templum nonnunquam intelligi.2.333.
Libanus riget perpetuis niuibus.2.317.
Libatio quid Ethnicis diceretur.2.273.
Libera eſt laudatio à lege narrantis & texentis hiſtoriam.3.10.

Libros Ethnicorũ perſæpe ad diuinę Scripturæ cognitionem conducere.P.23.
Literalis ſenſus qualis ſit.P.17.21.
Literarum informitate & ambiguitate diuerſos aliquando ſenſus Spiritus ſanctus in diuinas Scripturas induxit.1.10: &c.1.69.
Litote figura.2.102.
Logicæ munus.P.4.
Longobardi maximum opprobrium eſſe duxerunt capitis tonſuram.3.155.
Lorica à loro.2.123.
Lucretius Epicureus.2.64.
Lucullus philoſophiæ deditus.3.87.
Lunus Deus.1.164.
Lipi ſæuitia.1.80.
Luporum velocitas.1.81.
Luporum plura genera.1.80.88.
Lupus cur Appollini dicatus fuerit.1.85.
Lupum Lycopolitani coluerunt.1.159.
Lupus præcipue primo diluculo venatum egreditur.1.83.86.
Lybs ventus.3.27.
Lycophos quod tempus dicatur.1.84.
Licopolitani lupum venerati ſunt.1.159.

M.

Machabæorum mater gaudio exanimata.3.210.
Madianitæ Æthiopes.3.75.83.
Madian filii quas regiones tenuerint.3.83.
Magi Perſarum idola penitus ſuſtulerunt. 2.343.
Magi Perſarum, Sacerdotes Ægyptii, & Philoſophi Pythagoræi, carnibus abſtinuiſſe feruntur perpetuo.3.129.
Magiſtratus legum propugnator & cuſtos.1.52.
Magnę rei, quantulumcumq; poſſederis, participem fieri, non minima eſt gloria.P.6.
Mala tanto ſunt tolerabilla, quanto breuiora.3.65.
Mala euentura cur prædici voluerit Deus.2.7.
Maledicere Dei, damna inferre ſignificat.3.183.
Malitia timida res eſt.2.74.

Manaſſe quo tempore regnauerit.2.182.
Manethonem Annianum debilibus argumentis exiſtimari ab Annio fuiſſe confictum.3.249.
Manethon hiſtoricus mendaciſſimus fuit.3.151.
Mane vnde dicatur.1.85.
Manichæi blaſphemabant,cum audiebant tonitrua.3.102.
Manilii nullus veterum meminit.2.163.
Manilius ſenator per ſeſe doctus.P.5.
Manus aquarum quæ ſint.3.93.
Manus Dei quid dicatur.3.45.
Manus vocabulo Hebræi ſpatium,locum,& menſuram ſignificant. 3.93.
Manumiſſi ſerui quibus donarentur inſignibus.3.125.
Mare Atlanticum olim inſula fuit.2.281.
Mare nonnunquam appellatur fluuius.3.93.
Mare plurimas terras & ciuitates abſorbuit.2.281.
Mare terra eſt inferius.2.284.
Mare tellurem circum quaque ambit.2.280.
Maris Rubri fundum herbidum apparuit,cū Iſraëlitæ tranſierunt, 3.187.
Martis nomine, vim iraſcentiæ notarunt Philoſophi.2.139.
Maſoretæ excogitarunt puncta,pro vocalibus Hebræis.3.73.
Mediaſtini qui dicerentur.3.124.
Medici induxit eſt carmina recitare, cum vlcus ſectionem deſiderat.2.249.
Medium quid ſignificet in diuina Scriptura 3.17.
Medorum regnum nunquā fuit par regno Aſſyriorum, neq; Medi obtinuerunt Monarchiam.2.204.
Medorum reges poſt Sardanapalum.2.215.
Megaſthenes Indicarum rerum fabuloſus ſcriptor.2.153.164.
Mel iterum in fine conuiuii apponebatur.2.324.
Mel & ouum,initio conuiuii ſolebant apponi.2.324.
Memnon cur dictus Auroræ filius.3.76.
Memnon Æthiops Orientalis.3.76.
Memnon ab Achille interemptus.3.77.
Memnonia Regia.3.76.

Mendeſii capram & hircum coluerunt.1.159.
Mentiri ſignificat fallere,2.34.& 3.238.
Merodach Baladan rex Babylonis, rex etiam Aſſyriorum fuit. 2. 211.
Merodach quo tempore miſerit literas & munera ad Ezechiam. 2. 206.207.213.
Meſraim primus in Ægyptum deduxit colonias.3.138.
Metaphoricus ſenſus qualis ſit.P.18.
Metaſthenis Anniani defenſio.2. 152.159.
Metaſthenis verba.2.160.
Metaſthenes quatenus fuerit Beroſum ſecutus.3.159.
Metiri,venire in poſſeſſionem,diuinis autoribus eſt. 3.57.
Meton rex Tartarorum. 2. 46.
Miltiades plus preſidii in celeritate,quam in ſociis eſſe dixit,1.71.
Miluum pauperes adorabant ceu regem 3. 62.
Minæ in diuina Scriptura nonnunquam parentibus intentantur, & non illis ſed poſteris inferuntur. 2. 118.
Mineruæ nomine rationem ſignificarunt Philoſophi. 2. 339.
Miſcere,ſignificat præbere potum.2.300.
Modiperatoris arbitrio bibebant olim conuiuæ.23.12.
Mœchus confiſionis genus.3.116.
Montium & collium nomine Principes & Magnates ſignificantur. 3.56.
Mors & Infernus,idem ſæpe ſignificant in diuina Scriptura.2.109.
Mors & Diabolus,cornua Dei dicuntur. 3.41.
Mors Ethnicis Infernus Iupiter dicebatur. 2.110.
Mors putredo quędam eſt.3.219.
Mors Regina confingitur ab Scriptura diuina. 2. 111.
Mortis aculeus.3.5.
Mortis celeritas inter fortunæ bona computabatur.3.65.
Mortis conditio optima eſt,cum vita grata eſt.3.213.
Mortis palatium,2.111.
Mortis portæ quæ ſint. 2.114.
Mortui aut interfecti perpetuo,qui dicantur. 1.173.
Mortni dicuntur,qui in Afflictione conſtituti ſunt.3.16.
Moyſes cur Chriſtus dicatur.3.113.

Moyſes

Digitized by Google

Moyſes gaudio balbus, effectus. 3.218.
Moyſis Penthatheucum vno tantum libro fuiſſe cõſcriptum. 1.154.
Moyſis Pentatheucum in quinque libros diuiſum, Septuaginta Seniores Græcis titulis prænotarunt. 3.160.
Muflones in Sardina. 1.81.

N.

Nabathei vnde dicti. 3.86.
Nabuchodonoſor humanum ingenium in ferinum mutauit. 1.117.
Nabuchodonoſor quas nationes ſubegerit. 2.140.141.
Nabuchodonoſor Magnus duos filios habuit. 2.221.
Nabuchodonoſor præcepit, vt ipſe ſolus diceretur deus. 1.153.
Nabuchodonoſor quos Annos regnauerit poſt captiuitatem Iudæorum. 2.228.227.230.
Nabuchodonoſor quomodo Tyrum expugnauerit. 1.124.
Nabuchodonoſor quomodo Babylonem adauxerit & ornauerit. 2.208.
Naſturtium ſputum inhibet & vrinam. 2.315.
Naſus pro Ira & indignatione. 3.110.
Nazaræi capita radebant. 3.118.
Nemeſis ſignum. 3.99.
Nero Cæſar primam barbam conſecrauit. 3.118.
Nilo Aſiam ab Africa diuidi. 3.79.
Niniue quomodo fuerit punita à Deo. 2.219.
Niniues ac Babylonis imperium, vnum atque idem Aſſyriorum fuit. 2.205.
Niniue à quo fuerir condita. 2.207.
Nocens & iniuſtus nemo ſuam de ſe ipſo poteſt euitare ſententiam. 2.74.
Noë an genuerit filios poſt egreſſum ex arca. 3.146.
Nomades Scenitæ, infeſtatores acerrimi Chaldęorum. 3.85.
Nominis Iehoua myſteria. 2.356.
Nouitas ſępe ſuſpecta eſt. 2.84.
Nubes procul, prope eſt nebula. 1.116.
Nubes, quadrigæ aut currus Dei dicuntur. 3.10.
Nuptiales coronę diuerſis ex floribus & herbis fiebant, 2.321.

Nuptiarum veterum ritus.2.319.320.
Nudare pro tondere.3.164.
Nudum conſpici magno probro olim fuit.3.133.
Numa Romanorum rex,prohibuit idola confingi.2.343.
Numenii philoſophi ſomnium.2.339.
Numerorum diſcordiam non vitant Hebræi, neque Græci etiam interdum & Latini.3.105.
Numquid non? affirmationem importat.2.127.

O.

Oceanus appellatur fluuius,3.99.
Omnis non,pro nullus vſurpatur in diuina Scriptura.2.355.
Onus quid Prophetis ſignificet.1.21.23.
Operire quid ſignificat in diuina Scriptura.2.331.
Oppianus lupi genus fecit hyænam.1.109.
Opiſtographa.2.31.
Oratio iuſti,clauis eſt cœli.3. 7.
Orcus cur dicatur Mors.2,111.
Orcus quid ſignificet.2.109.
Ouem coluerunt Thebani & Saitæ.1.159.
Ouum & mel,initio conuiuii ſolebant apponi.2.324.

P.

PAcis nomine omnia bona ſignificantur Hebræis.2.61.
Pactum Dei filiis Iſrael.2.1.
Palæſtinę vbertas & excellentia.3.245.
Palęſtini præ cæteris,albas columbas coluerunt.1.154.
Paleſtinæ reſpectu notant aliquando diuini ſcriptores cœli plagas, & ſitus regionum: non eius loci reſpectu, quo quis vadit, aut vnde digreditur.3.29.
Palatium Mortis.2.111.
Pantheæ Reginæ eunuchi ſceptrigeri.3.197.
Panyaſis negebat,abſtemios vllomodo viuere.2.72.
Parabola quid ſit.2.121.123.
Parabolæ & Ænigmata ex variis rebus conficiebantur.2.124.
Paratilmos tenuiorum adulterorum ſupplicium.3.132.
Pardi velociſſimi.1.76.

Papy-

Digitized by Google

Papyrus vnde dicatur.2.123.
Pati iniuriam,ſatius eſſe,quam inferre.2.263.
Patria ſua vnicuiq; gratiſſima eſt.3.245.
Patriarchæ fuerunt Prophetæ.3.113.
Patrui vocabulum multos gradus cognationis complectitur.2.192.
Paulus Apoſtolus verſiculos poëtarum gentilium vſurpat.P.25.
Pauperis nomen pro multis ac diuerſis vocabulis Hebræorum reponit Vulgatus iuterpres.3.189.
Pauper non eſt qui parum habet,ſed qui plura cupit.3.189.
Pauſanias quo fuerit tempore.2.48.
Peccatori nulla grauior pœna infligitur in hoc ſeculo, quam vt liberè peccare ſinatur.1.28.
Peccatum pro pœna peccati.3.64.
Pelles pro tentoriis.2.87.
Pentetherius quid diceretur.3.265.
Perſæ columbas albas deteſtabantur.1.154.
Perſarum regum numerũ & annos,varie narrant Hiſtorici.2.169.
Perſarum imperium quotannos durauerit.2.196.
Perſarum Magi idola penitus ſuſtulerunt.2.341.
Perſarum incredibilis abſtinentia.2.315.
Perſarum reges quot fuerint.2.155.159.
Perſarum Magi,Sacerdotes Ægyptii, & Philoſophi Pythagorici carnibus abſtinuiſſe feruntur.3.129.
Perſæ in luctu capita radebant.3.169.
Percutiebant capita dolentes.3.178.
Pererius quibus argumentis Metaſthenem refellat.2.153.
Peruigilia in honorem deorum agebant Ethnici.2.139.
Petrus Apoſtolus attonſus fuit.3.134.
Pharan ciuitas,& Mons,& vaſta Solitudo fuit: quæ decem & octo manſiones Iſraelitarum complectitur.3.30.33.34.
Pharan & Seir,idem mons fuit.3.35.
Pherecydes per ſeſe doctus.P.5.
Philemon poëta Græcus,antiquior Menandro.2.238.
Philemon poeta riſu enectus.3.210.
Philippides comædiographus,gaudio enectus.3.210.
Philiſtion comicus gaudio enectus.3.210.

Philoſophi fabulis quatenus vterentur.2.338.
Philoſophi Gentilium, & Vnum Deum eſſe cognouerunt, & idola irriſerunt.2.337.
Philoſophi Gentilium nonnulla cognouiſſe videtur, quæ naturali ratione non poſſe indagari videantur.2.340.
Phyſicę munus.P.4.
Pii viri multis de cauſis aliorum criminibus quatiuntur.1.36.
Pilati ſententia contra Saluatorem noſtrum Ieſum.3.242.
Pileus inſigne fuit ſpectatæ virtutis.2.127.
Pileus inſigne libertatis fuit.3.125.
Pilos quoque pedum olim radebant in luctu.3.172.
Piſces & columbas coluerunt Syri.1.154.
Pityron quid ſignificet.P.28.
Pixis genus vaſis.2.27.
Plato condiſcipulus Xenophontis fuit.2.144.
Plato Socratis fabrica.3.14.
Pleonaſmus frequens eſt Hebræis.3.47.
Ploce figura.1.167.
Pluralis pro ſingulari, & ſingularis pro plurali ab omnibus nationibus vſurpatur.3.98.&.2.239.
Pluto mortuorum deus Ethnicis habitus fuit.2.109.
Pluto cur auarus & rapax dicatur.2.111.
Poculo eodem bibere, prouerbium.2.293.
Pocula maiora aut pleniora honoratioribus apponebantur. 2.312.
Pœna & vltio differunt.1.139.
Pœna nulla grauior in hoc ſeculo peccatoribus irrogatur, quam ſi liberè peccare ſinantur.1.28.
Pœnitentiam agentes capita deradebant. 3.182.
Poëticę figuræ frequentes in diuina Scriptura.3.73.
Polycrita gaudio exanimata. 3. 209.
Populus quid ſit.2.277.
Portę Inferi quæ ſint.2.114.
Portæ Mortis quæ ſint.2.114.
Portæ ciuitatum munitiſſimæ olim fuerunt.2.244.
Portarum nomine Hebræi omne genus munitionis intelligunt. 2.244.

Portæ

Porta populi Dei,& porta populorum,dicitur Ieruſalem.2.242.
Portis Vrbium inerant olim fora iudiciorum.2.243.
Portæ templi Ieruſalem quales & quantæ fuerint.2.214.
Potus metaphora Scriptores diuini calamitates ſignificant.2.290.
Præteritis & futuris promiſcuè vtitur Scriptura diuina,cum hiſtorias tranſactas enarrat.3.23.
Præteritum pro futuro,&contrà,perſæpe vſurpatur.1.67.127.&.2.134.&3.23.
Priamus caput percutit præ dolore.3.178.
Prima ſequentem,honeſtum eſt in ſecundis, tertiiſque conſiſtere. P.6.
Princeps maior eſt exemplo,quam imperio.1.60.
Principis laudi vel vituperio,plerumque dantur ſubditorum facinora.1.121.
Principes Iudæorum quales fuerint.1.61.
Principes omnes olim ſceptra geſtarunt.3.193.
Procul diſſita maiorem terrorem incutiunt.1.116.
Procumbere ante miluum.Prouerbium.3.62.
Prophetæ quomodo Teſtamenti noui myſteria prodiderint. P.15.
Prophetę cur poſt minas conſolationem attexant.2.8.
Prophetas increpabant Iudæi, quod triſtia vaticinarentur.2.5.
Propheticum munus quod ſit.2.46.
Prophetæ variis modis afflantur à Deo.1.22.25.
Prophetæ qualem Dei vocem audiant. 2.11.
Prophetis ſextus quidam ineſt ſenſus.1.26.
Propoſitionis nomen quid ſignificet apud Pſalmographum. 2.121.
Proſopopæiam frequenter vſurpant Scriptores diuini.2.266.
Proſperitas humana decipit ad modum vini.2.100.
Proſtheſes,Epètheſes,paragoges,aphereſes, ſyncopę Apocopę,& Metatheſes poëticæ, frequentes ſunt in diuina Scriptura.3.73.
Prouidentia diuina cur futura prænunciet. 2. 7.
Pruſias Bithiniæ Rex raſo capite pileatus.3.125.
Pſammenitus caput percutit.3.178.
Pudoris definitio quæ ſit.2.260.
Puluere quodam fugantur ſerpentes.1.135.
Puluere Sertorius Characitanos ad deditionem coëgit.1.126.

Digitized by Google

Puncta pro vocalibus Maſoretæ inuenerunt.1.98.&.3.73.
Punctorum Hebraicorum varietas plurimum fœcundat Scripturam diuinam.1.95.
Purpura operiebantur Principum ſedes.3.110.
Purpuriſſo tingebant olim genas virgunculæ, ob pudorem.2.322.
Pythagoræ Symbola.2.122.
Pythagoræi Philoſophi, Sacerdotes Ægyptij, & Perſarum Magi carnibus abſtinuiſſe feruntur.3.129.
Pythagoram ſalutauit Cauſus fluuius. 2.352.

Q.

Quadrupedum caro, non autem auium, prohibita fuiſſe dicitur ieiunantibus.3.130.
Quercus Dodonęa quomodo ediderit reſponſa.2.348.352.
Quid pro Nihil. 2.336.
Quinti Curtii nullus veterum meminit.2.163.
Quintilianus Xenophontem inter philoſophos, non inter hiſtoricos recenſuit.2.144.

R.

Radebant olim capita multis de cauſis.3.116.
Radebât olim capita in luctu, maxime vero in funere charorũ.3.165.
Radebant capita Nazaræi.3.120.
Radebant capita pœnitentia agentes.3.128.
Radebant olim ſeruorum capita.3.122.
Raſura capitis loco pœnæ olim fuit.3.131.
Recreare, verbum tranſlatitium.3.16.
Recte viuere, iucunde & hilariter degere ſignificat.2.63.
Reges Aſſyriorum poſt Sardanapalum.2.216.
Reges Babylonis à captiuitate Iudaica vſque ad Cyrum.2.222.226.
Reges Babylonis pro diis ſe coli & adorari fecerunt.1.153.
Reges Medorum poſt Sardanapalum.2.215.
Regis ad exemplum componitur Reſpublica.1.60.
Regis vituperio vel laudi dantur plerumque ſubditorum facinora. 1.121.
Relatiua ſæpe redundant Hebræis.3.47.

Relati-

Digitized by Google

Relatiuum ſine antecedente frequenter ponitur in diuina ſcriptura.1.74.121.
Relatiua duo ſæpe pro vno ponunt Hebræi.1.136.
Religioni addicti cur tondeant capita.3.134.
Religionis virtutis officium.2.87.
Religio iuſtitiæ annexa.2.87.
Repetitio eiusdem verbi,vel nominis quid importet.2.39.
Repetitiones creberrimæ in diuina ſcriptura.1.47.75.
Repetitio eiusdem verbi,aut æquipollentis, concitatiorem efficit orationem.1.66.& 1.47.
Repentina magis terrent.2.135.
Reſeph quid ſignificat Hebręis.3.47.
Reſurrectionem mortuorum cognouerunt Philoſophi.2.341.
Reuerentiæ & timoris indicium eſt ſilere.2.359.
Rhea dea pluuiarum præſes.1.162.
Ridere tam proprium eſt homini, quam ſit articulata locutio.2.352.
Rhinocolura ciuitas.3.191.
Riſiſſe Iouis ſimulachrum.2.352.
Ritus veterum nuptiarum.2.319.320.
Roſæ & flores vocantur pii homines in diuina ſcriptura.3.229.
Rubri Maris fundum herbidũ apparuit,quando Iſraelitæ tranſierunt.3.187.

S.

Saba filius Chus.3.86.
Sabæi vnde dicti.3.86.
Saitæ & Thebani ouem coluerunt.1.159.
Salecus Turca,gaudio peremptus.3.210.
Sandalium quod genus calceamenti fuerit.3.172.
Sanguis alimento eſt corpori.2.273.
Sanguinem eſſe animam,nonnulli philoſophi putauerunt.2.275.
Sanguinum nomen quid ſignificet in diuina ſcriptura.2.273.
Sapientes Gentiliũ irriſerunt idola,& vnũ Deũ cognouerũt.2.333.
Sardanapalus falsò putatur Aſar-Haddon.2.217.
Sarraceni ſoli Deo eſſe attribuendam victoriam, pluries quotidie proclamant.3.249.

Scaurus Romam aduexit oſſa belluæ marinæ, cui expoſita fuit Andromeda.3.81.
Scenitæ Arabes.1.108.
Scenitæ cur ſic appellati.3.87.
Scenitæ Nomades, infeſtatores accerrimi Chaldæorum.3.85.
Sceptrum pro Principatu, & Principatus pro ſceptro, ponitur in diuina Scriptura.3.193.203.
Sceptra geſtarunt olim principes, vniuerſi.3.193.
Sceptrum Iuſtitiæ ſymbolum.3.198.
Sceptris ciconiam ſupernè, Hippopotamum infernè affingebant. 3.198.
Sceptrum olim iuramentis interponebant.3.198.
Sceptrum coluit Cœneus.3.198.
Sceptrum Agamemnonis coluerunt Cheronæi.3.198.
Sceptris diuinitatem ineſſe putarunt.3.198.
Scipio maior noluit Romæ ſepeliri.3.231.
Scripturę diuinę cognitioni omnes fere diſciplinas eſſe vtiles.P.26.
Scripturæ vtilitas.2.13.
Scripturæ diuinæ canon.2.55.
Scripturæ diuinæ fœcunditas ex varia punctorum appoſitione. 1. 95.
Scythæ capitis cutem cum capillis reſecabant in luctu.3.166.
Seculum, & Æternum, longiſſimam durationem ſolet ſignificare Hebræis.3.60.
Sedes Principum olim purpura ſternebantur.3.100.
Seir & Pharan, idem mons fuit.3.35.
Seir Mons eſt regionis Edom.3.21.
Seir & Sinai, idem mons fuit.3.35.
Selah quid Hebræis ſignificet, incertum eſt.3.39.
Seleucia ciuitas.2.49.
Seleucus Nicanor Seleuciam condidit.2.49.50.
Seleucus Nicanor poſt Alexandrum primus Syriæ, atque Aſiæ imperauit.2.50.
Semiramis regina effigiem ſuam adorari præcipit.1.153.
Seneca, non Florus, Epitomam ſcripſit Romanorum geſtorum.2. 193.

Senſus

Digitized by Google

Senſus ſextus Prophetarum, præſcientiæ capax. 1. 26.
Senſus literalis quis ſit. P. 17. 21.
Senſus metaphoricus qualis ſit. P. 28.
Senſus vnius proprium, alij tribuitur in diuina Scriptura. 1. 27.
Sententia Pilati contra Dominum Ieſum. 3. 242.
Sententias tabella proferebant Iudices Romani. 2. 23.
Sephora Moyſis vxor, Æthiopiſſa vocatur. 3. 75.
Septuaginta interpretes duplicem nonnunquam eiuſdemmet verbi interpretationem poſuerunt. 1. 162.
Septuaginta interpretum verſio ab Eccleſia ſepploſa non eſt. 1. 102. 105.
Sepulchrorum varia genera. 2. 110.
Sepulchra multi incoluerunt, vt laterent. 1. 175.
Sepulchris auitis inferri, optabile ſemper habitum eſt. 2. 271.
Sertorius Characitanos quomodo ad deditionem coëgerit. 1. 115.
Serui, cum manumittebantur, quibus donarentur inſignibus. 3. 125.
Serpentes puluere & terra quorundam locorum fugantur. 1. 135.
Serpentum virus, eſt eorum fel. 2. 285.
Seruorum ordines tres. 3. 124.
Serui olim tondebantur. 3. 122.
Sibylla vaticinandi munus refugit. 2. 5.
Silere, indicium eſt reuerentiæ & timoris. 2. 559.
Simætha venefica. P. 29.
Similis ſolùm id ſe vixiſſe dicebat, quod in otio & quiete tranſegit. 2. 71.
Simulachrum nullum Deo vero confinxit antiquitas. 2. 338.
Sinai & Seir, idem mons fuit. 3. 35.
Sixtus Papa huius nominis tertius. 2. 93.
Socrates apud Ariſtophanem, nubes veneratur. 3. 103.
Sol cœli Regina nuncupatur Hebræis. 1. 164.
Sôl fœminei generis eſt Hebræis. 1. 164.
Solon quid Cræſum monuerit. 2. 60. 292.
Solonis leges in tabulis ligneis fuerunt ſcriptæ. 2. 16.
Solon peruidit, ob peccata parentum filios puniri. 2. 218.
Sophocles idololatriam exagitat. 2. 345.

Digitized by Google

Sophocles gaudio periijt.3.209.
Soſtratus puer Herculi in amoribus fuit.3.165.
Sphines gymnoſophiſta ſponte ſe morti tradidit.3.170.
Sponſi olim coronabantur.2.319.
Strabo falſus eſt in hiſtoria Cyri ſenioris.144.
Struthionis crudelitas in filios ſuos.2.147.
Styli ſcriptorij figura.2.25.28.
Stylum non minus agere, cum delet.2.25.
Suffragia à populo Romano tabella ferebantur.2.22.
Summa parum excurrens, negligit ſolet ab Hebræis in computatione. 2.202.
Superbi gloria cito ſit ignominia.2.100.
Suſa ciuitas.2.47.
Suſcitare per metaphoram quid ſignificet.1.68.
Suſia regio.3.78.
Synonimis vti & æquipollentibus, familiare eſt Vulgato interpreti. 1.152.
Synonimia figura.1.41.
Syri coluerunt columbas albas, & piſces.1.154.161.
Syri cur à piſcibus abſtinuerint. 1.161.

T.

Tabellæ iudiciariæ.3.2.24.
Tabellæ ſcriptoriæ quomodo clauderentur.2.29.32.
Tabellaria lex quæ. 2.22.
Tabellæ ſcriptoriæ quomodo ſignarentur.2.30.32.
Tabellarius vnde dictus.2.18.
Tabulis olim ſcribebatur.2.16.
Tabularum ſcriptoriarum diuerſa materia.2.16.
Tabularum nomen ad varias materias deriuatum eſt.2.125.
Taras Neptuni filius, & Tarenti conditor.3.86.
Tarentum à quo fuerit condita.3.86.
Taxali, Brachmanæ, & Iberi, vulturibus obijciebant corpora defunctorum.2.110.
Tecmeſa Aiacis concubina.3.165.
Telemus hoſtilia prædicens.2.5.
Templi Ieroſolymitani portæ quales & quantæ fuerint.2.214.

Tem-

Digitized by Google

Templum nonnunquam Libani nomine deſignari.2.333.
Terentius Scipionē triumphantem inſequutus eſt pileatus. 3.125.
Terra ab hominibus habitata & exculta, ipſa eſt vtilis & pretioſa poſſeſſio. 3. 234.
Terra mari eſt altior. 2. 284.
Terrę promiſſionis vbertas & excellentia. 3. 245.
Terræ nomine genus humanum ſignificatur.3.59.
Teſtamenti noui myſteria quomodo tradita ſunt à Prophetis P.15.
Teſtamenti noui Scriptores nonnulla veteris teſtimonia iuxta ſenſum myſticum adduxerunt.P.16.22.
Teſtes plures non ſunt, vbi plures vnius ore loquuntur. 2.145.
Tharaca Orientalium Æthiopum rex.3. 85.
Thebani Aquilam coluerunt.1. 159.
Thebani & Saitæ ouem coluerunt.1.159.
Theman regio, Villa, & vir nepos Eſau. 3. 26.
Theman pro Auſtro ponitur aliquando. 3. 27.
Theodorus Gaza, Lupi genus eſſe hyænam, intellexit. 1.110.
Theognis poëta. 2. 98.
Theognis Solonis contemporaneus.2.118.
Theologus quibus diſciplinis eſſe debeat inſtructus. P. 26.
Thomas librum Iob iuxta literalem ſenſum expoſuit.P. 12.
Theſſalæ equæ præſtantiſſimæ.P. 30.
Theſeis tonſuræ genus. 3. 118.
Theſeus priorem capitis partem abraſit.3.118.
Theſpia vrbs à quo fuerit condita. 3. 86.
Thetis cur Argentipeda diceretur. 1. 155.
Theutamus Aſiæ rex.3. 76.
Threpta ſunt Græcis, quæ Latinis Nutritia.3. 118.
Threpterius tonſuræ genus.3.118.
Tibias nudas olim geſtabant. 3. 172.
Timoris indicium eſt Silere. 2. 359.
Tireſias vaticinandi artem deteſtatur.2.5.
Tithonus Memnonis pater. 3. 76.
Titulus Crucis in buxo fuit ſcriptus.2. 19.
Titus orbis atq; vrbis deliciæ, nimia lætitia prope enectus. 3. 209.
Tonante vel fulgurante Ioue, comitia haberi nefas fuit. 3. 102.

Tonitrua mirifice extimuit Calligula.3.102.
Tonitrua & fulmina non timere, non eſt fortis, ſed furentis.3.102.
Tondebantur olim multis de cauſis.3.116.
Tondebantur olim inluctu, maxime vero in funere charorum.3.165.
Tondebant barbam viri nobiles, Scipionis Africani temporibus.3.121.
Tondere capita clericorum vnde fuerit ab Eccleſia receptũ.3.133.
Traianus Babylonem obtinuit.2.45.
Tremor tria præcipue ſolet inuadere, genua, labra, & cor.3.216.
Trinitatis myſterium ſubindicaſſe videntur nonnulli Philoſophorum.2.341.
Trogus Pompeius & alii gentilium hiſtorici, diuinæ Scripturæ aduerſantur.3.145.
Tyranni nomen in bonam partem.1.10.
Tyrum quomodo expugnauerit Nabuchodonoſor.1.124.

V.

Vacia vir prætorius atque prædiues, in villam ſeſe abdidit.2.71.
Væ, quid ſignificet in diuina Scriptura.2.272.
Vates cur poſt minas conſolationem artexant.2.8.
Vates olim accuſabantur, quod triſtia prędicerent.2.5.
Veientium quanta res fuerit.3.87.
Velleij Paterculi nullus veterum meminit.2.163.
Venari, & agricolari, officia ſeruilia appellauit Saluſtius.P.3.
Venena conficiebantur olim bibendi cauſa.2.289.
Venię deſperatio in contumaciam peccatores impellit.2.8.
Veneris diuerſos effectus variis nominibus ſignificauerunt Philoſophi.1.165.
Veneris nomine concupiſcendi vim ſignificauerunt Philoſophi.2.339.
Venus in piſcem mutata.1.161.
Ventilare cornu, quid ſignificet.3.41.
Venti appellantur equi Dei.3.100.
Venti aliquando mutuantur nomina à regionibus, à quibus ſpirant.3.27.

Ventrem

Ventrem pro Corde ponunt nonnumquam Scriptores diuini. 3. 217.
Verba ſingula expendentem, & de ſingulis philoſophantem, archetypa conſulere oportet. 1. 66.
Verbum idem in eodemmet loco eleganter contraria ſignificatione vſurpatur. 1. 167.
Verecundia quid ſit. 2. 260.
Veritas ſine veriſimilitudine non facit fidem. 1. 67.
Veſpera noctem ſignificat Hebræis. 1. 81.
Veſtis pro Barba. 3. 164.
Veſticipites qui dicantur. 3. 164.
Vexillum pro militum centuria. 3. 196.
Victores cur donarentur corona. 1. 58.
Victorias Deo attribuit Scriptura diuina. 3. 249.
Victorias Iſocrates Fortunæ aſcribit temeritati. 3. 249.
Victoriam ſoli Deo eſſe tribuendam, quinquies quotidie Saraceni proclamant. 3. 249.
Videre, pro aliis ſenſibus vſurpatur in diuina Scriptura. 1. 27.
Vino eſt ſimilis humana proſperitas. 2. 100.
Vinum, malorum amuletum, omnis cantilenæ comes. 2. 72.
Vinum quomodo decipiat potantem. 2. 98.
Vinum quid ſignificet in diuina Scriptura. 2. 311.
Virga Ionathæ, ſceptrum fuit. 3. 194.
Virga, vel baculus, vel ſceptrum, ſæpe in diuina Scriptura pro familia vel tribu vſurpatur. 3. 196.
Virgæ, quas Aaron introduxit in tabernaculum fœderis, ſceptra fuerunt Principum Iſraëliticarum tribuum. 3. 194.
Virgines olim ob pudorem, genas capillis velabant, & purpuriſſo tingebant. 2. 325.
Virgines Deliorum capillos conſecrabant Hecaergæ. 3. 168.
Virgines ante nuptias capillos conſecrabant Hyppolito. 3. 168.
Virtus falſa eſt, etiam in optimis moribus, ſi deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis. 2. 77.
Virus ſerpentum eſt eorum fel. 2. 285.
Viſa ſacra cuiuſmodi ſint. 1. 12.
Vita vitæ indigens, non eſt vita. 2. 70.

Vitæ breuitas ex miſericordia Dei prouenit.1.34.
Vitæ æternæ nomine quid in Apoſtolorum ſymbolo intelligitur. 2.72.
Viuere pro lętè ac tranquille degere, vſurpatur.2.70.
Viuificare quid ſignificat Hebræis.3.16.
Vlmum locutam fuiſſe Apollonio.2.352.
Vltio & pœna differunt.1.139.
Vngebantur & coronabantur olim conuiuæ.2.326.
Voluptates veræ non ex ignauo ocio, ſed è rectis actionibus & laborum tolerantia oriuntur.2.71.
Vomitus quibus ex cauſis proueniat.2.314.
Vomitus nomine ingens copia deſignatur.2.313.316.
Votum Argiuorum de radendis capitibus.3.120.
Vox Dei cuiuſmodi ſit.2.11.
Vrbes quare ſunt inſtaurandæ.3.230.
Vrbs per antonomaſiam, Romam ſignificat.2.241.
Vrgus idem quod Mors.2.111.
Vſus verus atque legitimus, non abuſus, ſpectandus eſt, cum de aliqua re iudicatur.2.91.
Vulcanus cur fingeretur claudus.3.40.
Vulgato intepreti familiare eſt, ſynonimis & æquipollentibus vti. 1.152.

X.

XEnophanes Colophonius quo tempore fuerit.2.202.
Xenophanes irridit idola. 2.343.
Xenophon & Herodotus valde diſſentiunt de Cyri maioris hiſtoria.2.137.
Xenophontem Quintilianus non inter hiſtoricos, ſed inter Philoſophos, recenſet.2.144.
Xenophon non ad effigiem inſti imperii, ſed vero ad fidem hiſtoriæ, ſcripſit Cyripediam.2.145.
Xerxes quo gradu Cyrum patruum habuerit.2.193.
Xerxes nepos fuit Cyri ex Atoſſa Cyri filia.2.194.
Xerxes Ponto verbera infligi, & iniici compedes, iuſſit.3.99.
Xerxes templa Babylonis euertit. 2.43.

Xerxes

Xerxes vocatur etiam Artaxerxes. 2. 179.
Xiſtus Papa huius nominis tertius. 2. 93.

Z

ZElus quid ſit. 2. 251.
Zeno Citieus templa & idola fieri vetuit. 2. 344.
Zeugma figura quæ ſit, & quibus modis fiat. 3. 67.
Zeuſis pictor riſu mortuus. 3. 210.
Zoroaſtres mortuos reſurrecturos eſſe dixit. 2. 342.
Zoroaſtres, pro voto, fulmine ictus occubuit. 3. 65.

FINIS.

DEO GLORIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-6-2

Digitized by Google